PRINCIPIA, ET LOCI COMMUNES, SEU REGULAE, TAM DECISIONUM, QUAM...

Simão Vaz Barbosa, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
31
4 A
18

1. BVEE 75784
2. BVEE 20513

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCIPIA,

ET

LOCI COMMVNES,

ſeu Regulæ,

TAM DECISIONVM, QVAM Argumentorum vtriuſque Iuris, cum pleniſſima Doctorum allegatione collecta

per

DOCTOREM SIMONEM VAZ BARBOSAM Luſitanum

In Regia Conimbricenſi Academia Artium Magiſtrum, ac publicum Baccalaureorum, & Licentiatorum eiuſdem facultatis Examinatorem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Coloniæ Allobrogum,

Apud Ioann. de Tournes, & Iac. de la Pierre.

M. DC. XXX.

IMPRIMATVR,

Si videbitur Reuerendiſſ. P. Magiſtro Sacri Apoſtolici Palatij.

P. Epiſcopus de Curte Viceſger.

Approbatio Operis.

Ex Reuerendiſs. P.D. Fr. Hyacinthi Petronij Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri iuſſu, *Regulas haſce, ſiue Principia, & Loca communia, tàm Deciſionum, quàm Argumentorum vtriuſque Iuris* recenſui, & nihil inuenio quominus permitti earum editio debeat, ſubſignaui. In Vrbe xvij. Kal. Februarij M. DC. XXI.

Marcus Antonius Petilius.

Imprimatur.

Fr. Gregorius Donatus Magiſter Reuerendiſſ. P. F. Hyacinthi Petronij Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri Socius Ord. Prædicatorum,

Digitized by Google

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D.

D. SCIPIONI COBELLVTIO S.R.E. CARDINALI, & BIBLIOTHECARIO.

Ex frequentioribus, Illuſtriſsime Princeps, & fere quotidianis plurimorũ Doctorum lucubrationibus, vtriuſque iuris principia, ac loca communia vndique ſparſa in vnum redegi; cumque ea in lucem proferre decreuiſſem, multa

Digitized by Google

multa fuerunt; quæ me ab incæpto retrahebant, & manum (vt aiunt) de tabula amouere ſuadebant; verebar enim ne id, quod in mei tantum gratiam, & vſum conſcripſeram, ſi ad aliorum manus perueniſſet, cenſuram, & obeliſcos non effugeret, niſi ſub magnificentiſsimo patrono, eiuſque tutelari protectione in publicum prodijſſet. Primus igitur animo volutanti, & cogitanti occurriſti, Illuſtriſsime Princeps, cui iure optimo perexiguum hoc munus offerre debeam, namque eiuſmodi eſt tuus in litteratos animus, & voluntas, ea in ſtudioſos humanitas, ac beneuolen-

Digitized by Google

tia, vt illicò hæc tyrocinij mei ſigna ad ædium tuarum poſtes ſuſpendere non dubitauerim. Accipe igitur, Illuſtriſsime Princeps, puſillum hoc munuſculum, fideliſsimæ ſeruitutis, ac ſummæ obſeruantiæ meæ in Celſitudinem Tuam ſignum, & teſtimonium, nec tam oblatum munus, quam offerentis voluntatem Amplitudini Nominis Tui deuinctiſsimam reſpicias. Vale. Romæ die 20. Septembris 1621.

Illuſtriſsimæ Dominationis Veſtræ
Minimus, at obſequentiſs. ſeruus

SIMON VAZ BARBOSA.

AD LE-

AD LECTOREM
vtriuſque iuris ſtudioſum.

HÆc vtriuſque iuris principia, & loca communia, ex Ariſtotelis, & aliorum Doctorum libris deprompta, variiſq; ſcriptis Perilluſtris, & Excellēt. Domini Auguſtini Barboſæ I. V. D. peritiſſimi, ac inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurarij maioris collecta, alphabetico ordine diſpoſita, typis mandare in ſtudioſorum gratiam operæpretium duxi, tū quia ob vulgatas iuris regulas, ac receptas ſcribentium deciſiones tot illorum allegationibus fulcitas, vtiliora iudicaui, tum etiam quia à nemine tam laborioſe in vnum congeſta hucuſq; viderim. Quam neceſſarius ſit axiomatum, ac locorum cōmunium vſus ex multis facile conſtat, nam ingenium ſui breuitate delectant gloſ. in l. 1. ff. quod met. cau. l. 1. ff. de re iudic. memoriam non onerant, ad ſcientiam celerius perducunt, & linguam quā maximè erudiunt. Deinde per regulas, & elegātes formulas longe clarius, ac promptius mentis conceptum explicamus, idque

¶ 4

veriſsimũ eſſe quotidiana experientia edocemur, imò qui huiuſmodi regulas non callent, per inutiles verborũ circuitus, & inextricabiles peryſſologias vagari circa ea coguntur, quæ duobus verbis commodiſsimè exprimi poſſent. Plane ex regulis cõponimus ſyllogiſmos perfectiſsimũ diſputãdi genus ex Ariſtot. 1. Prior. Inſerui inſimul cũ huiuſmodi principijs breuiùs, & ſuccinctiùs aliquo principaliores, & vtiliores argumẽtationum modos alphabetica ſerie diſpoſitos, communes ẽnim loci ingenium vehementer excitant, & ad rectum veritatis tramitem facile ducunt, & quod liquidò conſtare non poteſt, argumentis ſubtiliter cognoſcendũ eſſe aſſerit Iuriſcõſultus in l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re mil. Licet autẽ hæc omnia videantur generalia, tanto magis ſunt neceſſaria, quia magna res eſt tractare de eo, quod vulgariter per totum iuris corpus eſt effuſum, l. vni. in princ. & ibi Cyn. C. de rei vxor. act. difficileq; & periculoſum eſt intrare materias brocardicas, in quibus nõ reperitur fundus, ſecundum Ioan. Fab. in §. fuerat in fin. inſtit. de action. & in quibus non poteſt dari certa regula, vel do-

ctrina,

Digitized by Google

ctrina, ſecundũ Hoſt. Ioan. Andr. & Doct. in cap. dudum 1. de elect. cum plenæ ſint sẽſibus, vt ait Cyn. in l. inuitus, C. de procur. Quibus permotus à brocardicis nõ licere arguere indiſtinctè aſſeruit Corn. conſ. 7. incip. rudis, & incõpoſita ſub n. 5. verſ. nõ obſtat vol. 1. & in materia brocardica certũ fundamentum nõ conſtitui ſolus cenſuit Hyppol. in pract. §. ſecunda ſub n. 57. verſ. ex quibus, & deciſionẽ factã per viam brocardicam non eſſe tutam, abſq; fundamento reſoluerunt Fului. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 25. n. 98. Card. Tuſch. pract. concl. tom. 1. lit. B. concl. 132. n. 1. Attamen huiuſmodi Doctorum reſolutiones accipiendæ ſunt de brocardicis non à iure, ſed à frequẽtiori Iuriſperitorum vſu deſumptis, ac ſolida ratione cõpoſitis, hæc verò, quæ principia, & loca cõmunia vtriuſq; iuris nominantur, ipſius auctoritate nituntur, ac plurimorũ Doctorum cuiuſq; facultatis allegationibus confirmãtur, his tutò vtere beneuole Lector: ſi quid in eis colligendis reliqui, ſcribentis condona ætati, ſi quid peccaui typis mandando, amicorum ignoſce importunitati, & me ama impensè amantem.

Digitized by Google

INDEX PRINCIPIORVM,

&

LOCORVM COMMVNIVM

vtriuſque iuris, quæ in hoc libello continentur.

A

ABſoluere pag. 1
Abſolutus 2
Abſurdum 2
Abundans 3
Acceſſorium 3
Accidens 4
Accingendus 5
Accuſator 5
Acquirendum 6
Acta 6
Actio 6
Actor 9
Actum 12
Actus 13
Additamentum 22
Aequiparatum 22
Aequitas 22
Affectio 25
Affectus 23
Afflictus 25
Agens 25
Agere 27
Allegare 27
Allegatio 27
Alienabilis 27
Alienatum 27
Alienum 28
Ambigua 29

Amicitia

INDEX.

Amicitia 29
Amiſſum 30
Annale 30
Annexum 30
Anima 31
Antecedens 32
Approbare 33
Approbatum 33
Arbitrium 33
Argumentum 34
Arma 89
Ars 89
Aſſerens 90
Aſſuetum 90
Auctoritas 90
Augmentum 90

B

Benefacere 91
Beneficium 92
Bona 93
Bona fides 94
Bonus 94

C

Calliditas 95
Caſus 95
Cauſa 98
Certus 103
Charitas 103
Circuitus 104
Clarum 105
Commodum 105
Commune 106
Communio 106
Conceſſum 106
Concluſio cauſæ 107
Conditio 107
Connexum 110
Confeſſio 110
Confiteri 112
Coniectura 112
Conſentire 113
Conſequens 113
Conſilium 114
Conſuetudo 116
Cōtinentia cauſæ 103
Contractus 117
Contrarium 121
Copulatum 124
Correctio 124
Correctum 124
Correlatiuum 124
Corpus 126
Crimen 128
Culpa 128

D

Damnum 130
Dare 130
Debitor 131
Declarare 131
Declaratio 131

Digitized by Google

Definitio 132
Delictum 133
Demonſtrare 136
Denominatio 136
Dictum 137
Dies 137
Dignum 138
Diſpoſitio 139
Diſtinguens 143
Diuerſum 143
Diuerſitas 143
Diuinare 144
Dolus 146
Donare 147
Dubium 148
Dubius 149

E

Effectus 150
Electio 151
Eligere 151
Emergens 152
Errans 152
Error 152
Eſſentia 154
Exceptio 154
Excipiens 156
Executio 156
Exemplum 156
Exitus 158
Experientia 158
Expreſſum 159
Extremum 162

F

Facere 162
Factum 163
Falſum 170
Fama 171
Familiaritas 171
Fauor 171
Fictio 172
Fieri 174
Fides 174
Finis 175
Forma 176
Forum 178
Fraus 178
Fruſtra 179
Fundamentum 180
Funiculus 180
Futurum 180

G

Geminatio 181
Generalis 181
Genus 183
Gratis 185
Grauare 185
Grauatus 186

H

Habere 186
Habile 175

Habitus

Digitized by Google

Habitus 187
Homo 187
Honor 188

I

IActare 189
Ignorans 189
Ignorantia 190
Illatio 190
Impedimentum 190
Impeditus 191
Imperare 191
Impoſſibile 192
Inanis 193
Incertitudo 193
Incluſio 194
Incommodum 195
Incontinenti 195
Indefinita 195
Inferior 197
Infinitas 198
Iniuria 198
Inſtituere 199
Intellectus 199
Intentio 199
Intereſſe 200
Interpretari 200
Interpretatio 201
Interrogatus 201
Iudex 201
Iudicatum 203
Iudicium 204
Iura 205
Iuramentum 205
Ius 207
Iuſte 211

L

LEx 212
Liberum 222
Liberale 222
Limitatum 223
Locupletari 223

M

MAgis 223
Maior 223
Maius 225
Mala 226
Male 226
Mali 227
Malitia 227
Malum 228
Malus 229
Mandatum 230
Medium 230
Melius 231
Membrum 231
Mendacium 232
Mens 232
Mentiri 233
Meum 233

Digitized by Google

Minimum 233
Minus 234
Modicum 234
Mora 235
Mos 235
Moriens 235
Mors 236

N

NAtura 236
Naturalis 236
Naturaliter 236
Neceſſarium 237
Neceſſitas 237
Negans 239
Negatio 239
Negatiua 239
Negligentia 240
Nemo 240
Neſcire 241
Nihil 242
Nolle 242
Nominatio 242
Non ens 242
Non eſſe 243
Non fieri 244
Non ſuccedere 245
Noſtrum 246
Nullum 246

O

OBſcure 248
Odium 249
Officium 249
Omne 250
Onus 250
Operarius 251
Oppoſitum 252
Ordo 252

P

PActum 254
Par 255
Pares 256
Paria 256
Parum 257
Pecunia 257
Pæna 258
Periculum 261
Permiſſum 261
Perſona 262
Pluralis 263
Pluralitas 263
Plus 264
Poſſe 265
Poſſeſſor 265
Poſſidens 266
Poſterius 267
Potentia 267
Præſcriptum 268
Præſumptio 268

Pri-

Digitized by Google

INDEX.

Primordium 269
Principium 270
Prior 271
Priuatio 273
Priuilegiatus 273
Priuilegium 275
Probare 276
Probatio 276
Probatum 278
Proæmialia 278
Prohibens 279
Prohibere 279
Prohibita 280
Prohibitum 281
Propter 283
Proteſtatio 283
Puniendus 283

Q

QValitas 283
Quis 286

R

RAtio 289
Regula 292
Rex 296
Reus 294
Relatum 294
Remedium 295
Reprobatio 296
Reſolutum 301
Reſpondere 302

S.

SCire 302
Sententia 303
Separata 303
Sequentia 303
Sermo 304
Signum 304
Simile 305
Singula 305
Soluere 306
Subiectum 307
Subrogatum 307
Superior 309

T

TAcens 309
Tacitum 312
Tempus 313
Titulus 314
Totum 314
Tractus 315
Turpitudo 315
Turpius 316

V

VElle 317
Verba 317
Veriſimile 335
Veritas 335

Digitized by Google

Verum 337
Via 338
Vigilans 339
Vis 339
Vincens 340
Vincula 342
Vitia 342
Vltima 342
Vltimus 342
Voluntarium 343
Voluntas 344
Vox 347
Vtile 348
Vtilitas 349

FINIS.

DOCTO-

Digitized by Google

DOCTORIS SIMONIS VAZ BARBOSÆ LVSITANI

In Conimbricenſi Academia Artium Magiſtri

Principia, & loca communia tam deciſionum, quàm argumentorum vtriuſque iuris.

A

1 ABSOLVERE qui poteſt, condemnare etiam poteſt *Farin. in fragment. crimin. p. 7. verbo abſoluere num. 6. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 40.* quia qui condemnare non poteſt, nec etiam abſoluere *l. nemo qui condemnare de regulis iuris. Menochi. de arbitrar. lib. 1. q. 43. num. 25. Narbona de appellat. à vicario ad Epiſcopum p. 1. num. 193.*

2 Abſoluere debet potius iudex in dubio, quam condemnare argum. *text. in l. Arrianus,*

Digitized by Google

ff.de actio.& obligat.l.fauorabiliores, l.ſemper in obſcuris ff.de reg.iuris cap.3.de probat. plures citat *Cou.varï.lib.*1.*cap.*1 *num.*2.*verſ.quarto, Mexi. in* tract. taſſæ panis concl.1.num.171. nouiſſime *Anton.Monach.Florent.deciſ.*36.*num.*2.*Cardin. Tuſch.tom* 1.*lit.A.concl.*41.*n.*1.

3 Abſoluere nocentem ſanctius eſt, quam condemnare innocentem, *l.abſentem, ff.de pænis, Cardin.Tuſch.tom.*1.*lit.A.concl.*41.*num.*3 Cauendum nanque eſt ne reſpectu nocentis, innocens patiatur, *l.fi.C.de his, qui latro.l.prægnantis ff.de pæn.*

4 Abſolutus expreſsè dicitur, qui non eſt condemnatus, *Sigiſmund.Scac.de appellat.q.*17. *limit.*6.*memb.*9.*ſub num.*70. *& limit.*21.*num.*37. *in fine.*

5 Abſurdus intellectus ab omni diſpoſitione eſt reiiciendus, *l.nam abſurdum, ff.de bon. libert.l.*1.*§.vnde quæritur, ff. de publicia. in rem actio.l.obſeruare, §.fin.ff.de offic.proconſ. l.Saluius Ariſto*5.*ff.de leg.præſt.cap.quemadmodum de iure iur.cap.cum inter.de except.cap.dudum de præben.lib.ſexto, Prob.ad Monachum in cap.generali de elect.eod.lib.num.*18. *cum ſeqq. Valaſc.conſult.* 174.*num.*11. Abſurdum enim ſemper eſt vitandum, *Anton.Monach.Bonon.deciſ.*11 *n.*63*, Card. Tuſch.tom.*1.*lit.A.concl.*66. Et ad illud euitandum in ſtatuto, omnis interpretatio eſt admittenda, *idem Anton.Monach. Lucenſ. deciſ.*64. *num.*30.

6 Abun-

Digitized by Google

6 Abundans cautela non nocet, *l. teſtamentum, Cod. de teſtam. Surd. deciſ. 13. num. 14. Sebaſt. Naui. in l. non ſolent 95. ff. de reg. iuris, Farinac. in praxi crimin. p. 3. q. 89. num. 123. Rota Rom. apud eundem deciſ. 319. num. 9. tom. 1. p. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 6. à num. 26. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 141. n. 12. Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 67.*

7 Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis *l. etiam, C. de iure dot. reg. acceſſorium 42. de reg. iuris lib. ſexto*, exornant *Socin. reg. 5. Menoch. conſ. 58. num. 13. cum ſeq. Surd. de alim. tit. 9. q. 31. num. 8. cum ſeqq. & deciſ. 88. num. 10. Put. deciſ. 1. num. 2. lib. 1. Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſtici p. 2. cap. 16. num. 70. Anton. Monac. Bonon. deciſ. 27. num. 4. & deciſ. 28. num. 56. Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 76. Pichard. ad §. ſi quis alium num. 32. Inſtit. de inutilibus ſtipulat. Mari. Anton. vari. lib. 1. reſol. 72. num. 6.* Intellige cum acceſſorium eſt à ſuo principali inſeparabile, vt per *Menoch. de interdict. remed. 6. recuper. poſſeſſ. num. 45.* Etiamſi acceſſorium ſit magis dignum, & pretioſum, quam ipſum principale, cui annectitur ex *D. Barb. in l. cum prætor, §. fin. num. 211. ff. de iudiciis, Tuſc. d. concl. 76. num. 26.* Limita tamen vbi militat diuerſa ratio ex tex. in *l. ſi is, C. de prædiis minor.* Et adductis per *Brunor. à Sole in locis commun. verbo acceſſorium, Franciſc. Molin. de ritu nuptiarum lib. 1. comparat. 12. num. 22. Tuſch. d. concl. 76. num. 36.* Limita

etiam,quando acceſſorium eſt maius ipſo principali,vt per *Ioſeph.de Seſſe Aragoniæ deciſ.* 185. *num.*82. Limita deinde in actibus denotantibus tranſlationem dominij, *Tuſch. d. lit. A. concl.* 79. de quibus etiam vide *Thomam de Thomaſettis in floribus legum reg.*8.*&* *reg.*234.

8 Acceſſorium corruit ſublato principali, *l.qui liberis,ff.de vulg. & pupil.ſubſtit. l cum principalis,vbi Dec.ff.de reg.iuris §.fideiuſſores inſtit. de fideiuſſor.Surd.conſ.*318 *nu.*5. *Thomas de Thomaſettis reg.*92. vbi dicit procedere in coniunctis,& vbi militat eadem ratio.

9 Acceſſorium, quando venit in neceſſariam conſequentiam principalis,cõceſſo principali, cenſetur conceſſum acceſſorium,& alia ſine quibus ſtare non poteſt, *l.2.ff.de iuriſdict. omn.iud.Card.Tuſch.tom.*1.*lit.A.concl.*77.

10 Acceſſoria,& ea,quæ veniunt in conſequentiam non attenduntur, *Card.Tuſch.tom.*1. *lit.A.concl.*78.vbi *n.*9. limitat,quando in acceſſorio militat diuerſa ratio,quia tunc eſt verum, quod imò attenditur,vt principale, quibus adde notata infra *lit.C.n.*51.

11 Accidens non poteſt dari ſine ſubiecto, & ſubſtantia, vt aſſerit *Curſus Conimbricenſis in cap.2. de complexis in præambulis prædicamentorum*, probat *tex.in l.4.in fine ff.de actio.empt.*tenent *Maſcard.de probat.concl.*21.*&* *concl.*1248.*n.*4.*Surd.de alim.tit.*2.*in præamb.num.*2.*&* *tit.*9.*q.*29.*num.*23.*&* *deciſ.*70.*num.*6.*&* *conſ.*234.*num.*23.

& *conſ.*

Digitized by Google

& conſ.335.num.13.Gonzal.ad reg.8. Cancel.gloſ.5. §.7.num.70.& gloſ.57.num.32.Card.Tuſc.tom.1. lit. A.concl.82.num.13. Et regulariter ſequitur naturam ſui ſubiecti, *l.eius artificij, C.de oper.libert.* Et ſupponit ſubſtantiam *Anton. Monach. Florent.deciſ.56.num.5.* Ac proinde non poteſt mutare ſubſtantiam rei, *Guter.pract.lib.3.q.16. num.91.* Vnde accidentia non migrant de ſubiecto in ſubiectum, *l.quis ergo,& ibi glo.ff.de pecul.l.3.ff.pro ſocio.*

12 Accidentia poſſunt mutari, non vitiata ſubſtantia, ſecus è contra, *Card.Tuſch.tom.1.lit. A.concl.82.* Et accidentia extrinſeca poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, *l.falſa,ff.de condit.& demonſt. l.pacta conuenta,ff. de contrah.empt. l.pro voluntariis, ff. de impen.in reb.dota.fac.* tradit *Porphyrius in prædicabilibus cap.de accidente,& ſcribit Surd.conſ.179.n.7.*

13 Accidentaliter euenientia non immutant rei ſubſtantiam, *l.naturale, §.pauonum,ff.de acquir.rerum domin.D.Thom.in 4.diſt.41.q.vni. art.1.ad ſecundum.*

14 Accingendus de proximo habetur pro accincto, *l.ex eo tempore,ff.de teſtam.milit.Card. Tuſch.tom.1.lit.A.concl.83. Thomas de Thomaſettis reg.231.*

15 Accuſatore non probante reus abſoluitur, *l.qui accuſare,C.de edendo, cap.accuſator 6.q. 5.* cum aliis, quæ adducit *Farin.in fragmen.crimin.p.7.verbo accuſatore num.26.* vbi *num.ſeqq.*

Digitized by Google

late agit de intellectu huius axiomatis.

16 Acquirendum facilius impeditur, quam impediatur acquiſitum, *l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, l. 1. §. caſum, ff. de poſtulan.* cum aliis, quæ notaui infra *lit. I. n. 62.*

17 Acta faciunt rem notoriam, *l. fin. C. de re iudic. cap. ex inſinuatione de appell. cap. cum olim de verbor ſignific. Cephal. conſ. 602. num. 21. lib. 4. Tiraq. de retract. lig. §. 36. gloſ. 2. num. 44. Menoch. de interdictis remed. 1. recuper. poſſeſſ. num. 232. & de arbitr. iudicum caſu 166. num. 6. Maſcard. de probat. concl. 1101. num. 13. & 14. Farin. in praxi crimin. p. 1. quæſt. 21. num. 14.* nouiſſime *Mendez a Caſtro in praxi Luſit. lib. 3. cap. 15. num. 4.*

18 Actio ſemel extincta non reuiuiſcit, *l. qui res §. aream, ff. de ſolutio, l. ſi vnus §. ſed ſi pactum, ff. de pact. l. electio, cum ibi notatis ff. de noxal. actio. l. inter ſtipulantem §. ſacram verſ. nec reuocari, ff. de verbor. oblig. l. Manius, §. duorum, ff. de legat. 2. l. hæredibus, vbi gloſ. 1. ff. ad Trebel. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo ſuſceperit, num. 191. C. de reuocandis donat. Gam. Luſit. deciſ. 162. num. 4. in fine Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 133. num. 9. Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 116. num. 3.* vbi *num. 4.* extendit procedere etiam hoc axioma, quando actio extinguitur per tranſactionem, & *num. 5.* reſtringit, niſi contrarium ſit conuentum.

19 Actio cui conceditur, multo fortius retentio,

ıtio, *l. ſi per retentionem, C. de vſur. Rota Bonon. ciſ. 77. num.* 4. Et facilius conceditur retentio, ıam actio, *l. patre furioſo, ff de his qui ſunt ſui, el alieni iuris, l. pluribus, ff. de verbor. oblig. Surd. e alim. tit. 5. q. 7. num. 12. & tit. 8. priuil. 28. num. 3. ard. Pereira de renouat. emphyt. q. 7. nu. 28. verſ. ro hoc, & de poteſt. eligendi cap. 10. n. 27.*

20 Actio cui conceditur, multo fortius exceptio. *l. 1. §. qui ſuperficiem, ff. de ſuperfic. l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iuris cap. qui ad agendum eod. tit. lib. ſexto, Surd. conſ. 577. nu. 45. Palat. in repetit. cap. per veſtras de donat. inter virum, & vxorem, § . octauo n.* 2. vbi limitat.

21 Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem, *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l. eum cui, C. de actio. & oblig. Surd. deciſ. 52. num. 3. & deciſ. 173. num. 9. & deciſ. 236. num. 8. & de alim. tit. 8. priuil. 48. num. 3. & priuil. 51. n. 2. Card. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ. 168. num. 1. & deciſ. 529. num. 1. Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. fin. caſu* 42. *verſ. & licet.*

22 Actio perſonalis, quæ debetur reſpectu rei, tollitur re perempta, *l. 1. in fine, C. de iure emphyt. l. Titiæ textores, § fin. ff. de legat. 1. l. in naue Sauphei, ff. locati, Gom. vari. tom. 2. cap. 3. n.* 18.

23 Actionem nemo conſequitur de improbitate ſua, *l. itaque fullo, ff. de furtis cap. ſi ad peccatum, vbi gloſ. verbo conqueritur* 22. *q.* 4.

24 Actionem habens rem habere dicitur, *l. rem in bonis, ff. de acquir. rerum domin. l. qui a-*

Digitized by Google

ctionem, ff. de reg. iur. l. id apud ſe 143. ff. de verborum ſignific. Menoch. conſ. 77. num. 17. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 136. num. 5. Ioann. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. deciſ. 214. num. 291. in 1. edit. & reſolut. 193. num. 5. in 2. edit. Bertazol. tract. clauſular. inſtrum. clauſ. 27. gloſ. 6. num. 3. & in repet. l. ſi quis maior, C. de tranſact. num. 612. cum ſeqq.

25 Actionem non habere, vel inutilem habere paria ſunt, *Anto. Monach. Bonon. deciſ. 54. num. 12.*

26 Actiones ſuas remittentibus, non eſt dandus ad eas regreſſus, *l. quæritur, §. ſi venditor ff. edilit. edict. l. fin. ff. de remiſſ. pignor. §. ſi quis itaque inſtit. de bonorum poſſeſſ. cap. ex tranſmiſſa de renunciat. cap. ex ore de priuil. cap. quam periculoſum 7. q. 1. Cou. var. lib. 2. cap. 4. num. 1. Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloſ. 9 num. 119. Surd. deciſ. 231. nu. 13. Flamin. de reſignat. lib. 1. qu. 13. nu. 8. Thomas de Thomaſettis reg. 272. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 104. n. 14.*

27 Actiones directas melius eſt habere, quam vtiles, *l. mutus, §. ſi procurator, ff. de procurat.*

28 Sine actione nemo in iudicio experitur, nec alium cogere poteſt, *l. ſi pupilli, §. videamus, ff. de negot. geſt. l. quoties, §. ſi temporali de adminiſtrat. tutor. Gom. tom. 2. vari. cap. 11. nu. 24. Soar. de Paz in praxi tom. 3. in initio num. 5. Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 189. num. 2. Anton. Monach.*

Florent.

Digitized by Google

Florent.deciſ.70.nu.28. Card. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.649.num.1. Mari. Antonin.vari.lib.3. reſol.41.num.2. Card.Tuſch.tom.1.lit. A. concl. 60.vbi *num.29.* ampliat in tantum,vt iudex repellat agentem ſine actione, etiam parte non opponente.

29 Actor debet ſequi forum rei,in iure ciuili,probat tex.in *l.in criminali,C.de iuriſd.omn. iud.& in l.iuris ordinem,C.eod.tit.* Et in iure canonico *cap.ſane cap. cum ſit generale cap.ſi clericus de foro compet. & vtrobique gloſ. & Doctor. omnes.* Et apud noſtros Luſitanos conſtitutum eſt per *Ordinationem Regiam lib.3. tit.11.in princip.* Et apud Hiſpanos *l.32.tit.2. p.3. & l.8. & 9. tit.3.lib.4.nouæ recopil.exornant Brunor.a Sole in locis commun.verbo actor 2. Anton.Oliban.de iure fiſci cap.11.num.12.pag.201. Gutier.de iura.conſ. p.3.c.12. a num.1. Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocat.verbo actor num.5. Ioſeph.de Seſſe de inhibit. c.8.§.3.num.7.& c.26. num.3. Caſtil.lib.3. quotid. cap.25. num.8. Franc.Molin. de brachio ſeculari cap.35. num.2. Ioan.Franciſ.Leo in theſauro fori eccleſ.p.2.cap.14.num.18. D.Barb.in l.hæres abſens §.proinde a num.8. cum ſeqq.ff. de iudiciis Mari. Anton. vari lib.1. reſol.15. num.1. Aloyſ.Ricci. in collect. deciſ. p.5.collect.1930. Cardin.Tuſch. tom.1. lit. A. concl.122. Cardin.Seraphin.Rota Rom.deciſ.1018.num.1.Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.9.*vbi dicit procedere in actione perſonali,non tamen in reali.

Digitized by Google

30 Actore non probante reus abſoluitur *l.extat 25.ff.de iure fiſci, l.vlt.C.de rei vend.l.qui accuſare, C.de edend.l.actor, C.de probat. l.1.C.de alienat.iudic.mutan.cau.fact.§.retinendæ inſt. de interdict.cap.vlt.6.q.4.cap.cum eccleſia de cauſa poſſeſſ.& propriet.cap vlt.§.ſane de iure iur. cap.vni.poſt principium,vt eccleſiaſt.benefic.cap.inter dilectos de fid.inſtrum. cap.fin.de iure iur.Duenh. reg.22.Hipol.ſing.169.& ſeq.& in l.vnius §.in ea cauſa,num.3.& 4.ff.de quæſtio.Hieron.de Monte de finib.regund.cap.48.a num.1. Cou.vari. lib.1. cap.1.num.8.Clar.in pract.crimin.lib.5.§.fin.q.62. num.1.* relati ab *Alphano collect.*102.*Garc.Falcon.reg.*7.plures alios refert *Cened.ad Decretal. collect.*123.*num.*1. quibus adde *Menoch.de arbitr. caſu* 98.*num.*16 *Maſcard.de probat concl.36.Surd. de alim.tit.9.q.12.num.7.cum ſeqq.& conſ.328.nu. 1.Seraphin. de priuileg.iuramenti priuil.27.nu.1. Flor.ad Gam.deciſ.36.num.1.Flamin.de reſignat. lib.11.qu.14.num.10.& de confident.qu.63. num.23. Alexand.Trentaſinq.vari.lib.2.tit.de probat.reſolut.2.num.1.& num.16.Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocat.verbo actor num.4. Ioan.Franciſc.Leo in theſauro fori eccleſ.p.3.cap.7.num.108.Ioſeph. de Seſſe Aragon.deciſ.217.num.4. Aloyſ.Ricci.in deciſ.curiæ Archiepiſc.Neapol.p.1.deciſ.71.num.8. & deciſ.211.num.6.Anton.Monach.Lucenſ.deciſ. 33.num.46.Card.Seraphin.deciſ.1422.nu.15.Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.11. Aldouin.conſ.60.num.12. & conſ.61.num.6. Donel. com-*

Digitized by Google

comment.iur.ciuil.lib.19.cap.15.colum.1.& lib.20.
cap.2.col.fin. Farin.in praxi crimin. q.4.num.28.
Mari.Antonin.vari.lib.3. reſol.1. num.5 & reſol.
37.num.6.Rota Romana apud eundem, Farin.de-
ciſ.409.num.6.tom.1.p.1.Mendez a Caſtro in pra-
xi Luſit lib.5.cap.1.num.95.Card.Tuſch.tom.1.lit.
A.concl.117.vbi num.10. extendit etiam ſi reus
eſſet prædo,& nihil omninò probaſſet, & licet
conſtet de non iure rei, cui ſubſcribit Marc.
Ant.num.6.d.loco. Ex perſona actoris ius metien-
dum eſt, Surd.de alim.tit.6.q.4.num.9. Et à
probatione pendet victoria, Surd.deciſ.36.num.
12. An autem regula hæc procedat in beneficia-
libus? vide Gonzal.ad reg.8.cancel.gloſ.11.num.
29.& 30.

31 Actore non probante obtinet is, qui poſ-
ſidet, l.1.C.de alien.iudicij mutandi cauſa facta, §.
retinendæ inſt.de interd. Surd. de alim. tit.9.q.12.
num.7.

32 Actori incumbit onus probandi, nota-
ui infra hac ead.lit.n.74.

33 Actori non licet, quod reo denegatur,
cap.2.4.q.4.cap. non licet actori 32. de reg.iur.lib.
ſexto, Thomas de Thomaſettis reg.204 Scaci.de
appellat. q.18.limit.7.num.23. Card.Tuſch. tom.1.
lit.A.concl.119. vbi num.2. ampliat in caſu con-
uerſo. Nam à pari procedunt actor,& reus, iux-
ta reg.tex.in cap.1.de mutuis petit.l.vlt.C.de fru-
cti.& liti.expenſ.& quæ late proſequuntur Va-
laſc.conſult.25.per totam Gabr. comm.opin.tom.

Digitized by Google

3.tit. de clauſul. concl.1. à num.66. Cardin. Tuſch. tom.6. concl.49. Et actor, & reus ſunt correlatiua, *Mart. Antonin. vari. lib.3. reſol.9. n.3.*

34 Actum nihil dicitur, cum quid ſupereſt ad agendum, *l. cum Sylanianum, vbi Iaſ. num.3. C. de his quib. vt indign. l. pen. C. ad ſylani. l. Titia ff. de verbor. oblig. facit cap. cum ſuper de offic. deleg. Hippol. conſ.122. num.15. Flamin. de reſignat. lib.8. q.8. num.42. & num.97. Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.25. num.7. & Florent. deciſ.19. num.5. & Bonon. deciſ.28. num.22. Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num.1133. Thomas de Thomaſettis reg.199.* vbi aſſerit procedere, quando illud, quod ſupereſt, eſſentiale eſt, & ſubſtantiale: ſecus autem, ſi accidentale ſit, & parui momenti.

35 Actum, qui gerit in dubio præſumitur magis velle, vt ille valeat, quam pereat, *l. quoties, ff. de verbor. oblig. l. quoties, ff. de rebus dubiis, l. quoties, ff. de reg. iur. l.3. ff. de milit. teſtam. Alciat. de præſumpt. reg.3. præſumpt.34. Vant. de nullit. in princ. num.24. Card. Mant. de coniecturis vltimarum voluntatum lib.2. tit.15. à nu.2. Brunor. à Sole in locis comm. verbo actus* 10. *Menoch. de arbit. caſu 223. n.27. & de præſumpt. lib.1. q.6. n.5. Guter. canon. lib.1. cap.2. n.4.*

36 Actum faciens cenſetur ſe aſtringere legibus loquentibus de illo, *Surd. conſ.347. nu.24.*

37 Actum fruſtratorium nemo præſumitur facere, *l.1. in fine, ff. ad municip. l. vni, C. de theſaur.*

lib.

*lib.*10. *Surd.conſ.*307. Actus enim fruſtratorios lex abhorret, *l.hæc ſtipulatio, ff.vt legat.ſeu fidei-commiſſ. nomine caueat. Surd.decis.*260.*nu.*5. *cum ſeqq. & deciſ.*276. *num.* 4. *cum ſeqq. & conſ.*345. *num.*18.

38 Actum celebrare, & ei conſentire paria ſunt *l.vtrum, & l.ſeq.ff.ad leg.Pompe.de parricid. Tiraq.de retract.lig.§.*1.*gloſ.*9. *verſ.prætereà tex. & de iure primog.q.*26. *verſ.*3. *limita Card.Mantic.de tacitis, & ambiguis conuent.lib.*4.*tit.*2. *à n.* 12. *Melchior Phæb.Luſit.deciſ.*60.*num.*3. Vnde alienare, qui non poteſt de iure, nec alienationi conſentire, *l.*3.*C.ſi aduerſus donationem, Bar.conſ.* 70.*nu.*1.*lib.*1.*Roland.conſ.*15.*nu.*30.*lib.*1. *Tiraq.ad leg.connubi.gloſ.*8.*n.*147. *Cald.Pereira de reſolut. emphyt.cap.*5.*num.*40.

39 Actũ non celebrare, vel minus rite celebrare paria ſunt, *Portol.de conſortibus cap.*19.*n.*8. quæ enim non rite fiunt pro non factis habentur, *Hippol.in l.de vno quoque nu.*120.*ff.de re iud. & ſing.*431.*Tiraq.de retr.lig.§.*1.*gloſ.*10.*n.*31. *Perez.l.*1.*tit.*3.*lib.*3.*ordin.pag.*517.

40 Actus non poteſt ſubſiſtere ſine ſubſtantia, *l.cum hi, §.prætor ait, ff.de tranſact. l.cum precario, ff. de preca.cap. tua nos de ſponſal. Franciſc.Molin.de ritu nuptiarum lib.*1.*cap.*26.*nu.*106. Nec conſiſtere poteſt ſine ſua materia, *l.nec emptio, ff. de contrah.empt.*

41 Actus omnis à fine iudicatur, *l.verum, ff. de furtis, l.ſi is qui in aliena, verſ.nemo enim, ff.de*

Digitized by Google

rer.dom.l.rem non nouam,C.de iudiciis,cum aliis; quæ notaui infra lit.E.num.28. Omne enim agens agit propter finem, & ad eum principalis intentio dirigitur, *l.1.ff.ſolut.matr.l.eam, quam vbi Bald.in princ.C.de fideicomm.*& fruſtratorius eſt actus, qui non aſſequitur finem ſuum, *l.verbis,ff.de vulg. & pupil.*

42 Actus ſumunt ſuam denominationem ab obiecto, *l.verum.ff.de furtis cap.cum voluntate in princip.de ſentent.excomm. D.Thom.* 1.2. *q.* 18 *art.6.in corpore ad finem,& q.1.art.3.*

43 Actus regulatur ſecundum naturam ſui ſubiecti, *l.eius.ff.de oper.libert.* Actus, & potentia ſimul eſſe non poſſunt notatum eſt infra *lit.P.num.*34. Et actus agentium ſunt in patiente bene diſpoſito, *l.1. C. de hæred.inſtit. l.in omnibus 2. ff. de actio. & oblig. l.ſi ergo, ff. ſi cert. petat.*

44 Actus extrinſecus probat intrinſecum animum, *l.ei qui ff.de tutor.& curator.* Actus debet ſemper intelligi ſecundum naturam rei, de qua agitur, *l.inſulam, ff. de præſcr.verb.l.damni infecti, ff.de damn.infec.l.ſi vno, ff.locati, iunctis quæ infra notaui lit.V.num.9.*

45 Actus corruit omiſſa forma legis, *l.cum hi, §.ſi prætor,ff.de tranſact.l.traditionibus, C.de pact.reg.quæ contra de reg.iuris lib.ſexto cap. cum dilecta de reſcript.cap. quia propter de elect. cap.1. de rebus eccleſ.non alie.lib.6. Euerard. in Topic. legal.loco 53.Rebuf.in tract.de pacificis poſſeſſor.nu.* 155.

Digitized by Google

155.*Surd.deciſ.268.num.*8. *Cald.Pereira de poteſt. eligendi cap.7.num.*13. *Valaſc.conſult.*103.*num.*3. *& conſult.*133.*num.*4.*Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.* 30.*num.*10.*Ferrer.in conſtit.Cathalon.gloſ.*1.*num.* 350. *Mari.Antonin.vari.lib.*1.*reſol.*26.*num.*3. *& lib.*2.*reſol.*17.*num.* 17. *Ioan.Franciſc.Leo in theſauro fori eccleſ.p.*2.*c.*4.*num.*21.*& p.*1.*cap.*2.*num.* 104. *Anton.Monach. Lucenſ. deciſ.* 53. *num.* 35. *Eſcobar de ratiocin.cap.*11.*num.*19. *infinitos refert Farin.in praxi crimin. p.*4.*conſ.*65. *in addit. lit. D.* Intellige etiam ſi omittatur in minimo, *Tiraq.de retract.conuent.*§.4.*gloſ.*6.*num.*31. Procedit quando omittitur forma eſſentialis, & neceſſaria, vt per *Thom.de Thomaſettis reg.*213. Et paria ſunt aliquid fieri contra legem, vel non ſeruata forma legis, *auth. qui res cum ibi notat. C.de ſacroſanct.eccleſ.*

46 Actus culpabilis, & pœna dignus non eſt aliquo præmio legali afficiendus, *l.ſiue* 25.*ff. de negot.geſt. l.conuenire, ff. de pact.dotal.cap.ex parte de conſuetud. cap.vlt.verſ. cum generaliter de præſcript.*

47 Actus agentium nunquam operatur, vltra eorum intentionem, *l.non omnis, ff.ſi cert. pet.l.in agris, ff.de acquir.rerum domin. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.*13. *Flamin. de confident.q.*27.*num.*139.*Gom.tom.*1.*vari. cap.*7. *num.*4. *Caſar Argel. de contradictore legitimo q.* 10.*num.*36.*Rota Romana apud Farin.deciſ.*555.*nu.* 4.*tom.*2.*p.*1.*Aloyſ.Ricci. in deciſ. curiæ Archiep.*

Digitized by Google

Neapol.p.1.deciſ.75. num.22. & deciſ.175.num.10. nouiſsime Anton.Monach.Lucenſ. deciſ.14.num. 41. Cardin.Seraphin.deciſ.890.nu.2.Card.Tuſch. tom.1.lit.A.concl.125.vbi num.12. limitat ad tollendum dolum,& abſurdum. Et actus quantumcunque fauorabilis contra voluntatem agentis minime ſuſtinetur, *l. ſi idem ſeruus, ff. de leg.2.l.ſi cui pure in fin.prin.ff.ad Trebel.l.verbis, vbi Doct. ff de vulg.& pupil.*

48 Actus ſemper tribuitur ordinanti, & non exequenti, *l.item eorum, §.decuriones.ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine,l.vnum, §.1.ff. de leg.2.l.2.§.omnia,C.de vete.iur.enucle. §.cumque hoc in proœm.inſti.cap.ſuper litteris de reſcrip. cap.cum aliquibus,eod.tit.lib.ſexto, Surd. de alim. tit.8. priuil.56. num.88. & priuil.65.num.47.& deciſ.292. num.9. Card.Tuſc. tom.1.lit.A. concl.* 144. *Mari.Antonin.vari.lib.3.reſolut.19.n.5.*

49 Actus vitiatur, ſi deuenitur ad eum caſum,à quo incipere non poteſt, *l.pro parte* 11.*ff. de ſeruit.l.pluribus,§.& ſi placeat,ff.de verborum obligat.* Limita in actu conſumato, *l.ſi gaudentius,C.de contrah.empt.* Et non valet actus,cuius effectus in tempus prohibitum confertur, *l. quod ſponſæ,C.de donat.ante nupt.* Et nihil ab eo caſu incipere poteſt, quo finiri debet, *l. vſumfructum,ff.de vſufr.lega.*

50 Actus,vel diſpoſitio in dubio debet intelligi ſecundum qualitatem perſonæ proferentis,& non aliàs,*l.plenum, §.equitij,ff. de vſu, & habit.*

Digitized by Google

& habitat. & ibi gloſ.& Doct.de quibus Cardin. Mantic.de coniectur.vltimarum volunt.lib.6.tit. 11.à princip.

51 Actus à principio nullus, nullum producit effectum, *l.4.§.condemnatum, ff.de re iudic. cap.ad præſentiam de appellat. Aloyſ.Ricc. in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.250.num.2. in 1. edit. & reſolut.219.num.2.in 2.edit.Card.Tuſch.tom.1.lit. A.concl.139.* Et actus ipſo iure nullus conualeſcere non poteſt, *Cardin.Seraphin.Rota Romanæ deciſ.229.n.2.*

52 Actus ſimpliciter geſtus cenſetur factus eo modo, quo debuit, *l.Gallus, §. quidam recte, ff.de liber.& poſth.l.ſi hæreditas, §.ſeruus alienus, ff. de teſtam. tutel.* Actus indifferens in meliorem partem accipi debet, *l.cum creditor, ff.de furtis.*

53 Actus iudicialis potentior eſt extraiudiciali, *l.pacta nouiſſima, C.d.pact.* Actus naturalis efficacior, & potentior eſt violento, *Bart. in l.& per iuſiurandum, §.qui ita, ff.de acceptil.*

54 Actus, qui ſequitur declarat intentionem præcedentem, *l.ſi hi qui, C.de adult. §. pauonum inſtit.de rerum diuiſ.Tiraq.in l.ſi vnquam verbo donatione largitus, num.257. C.de reuocandis donat.Surd.deciſ.326. num.85. Flamin. de reſignat.lib.7.q.1.num.72.Stephan.Gratian. diſcept. forenſ.cap.58.n.25. & ſeq.* vbi etiam aſſerit, quod ſecundus actus recipit declarationem à primo. Et actus ſemper præſumitur factus in execu-

Digitized by Google

tionem tractatus præcedentis, *l.4.§.vnde quæri poteſt.ff.de manumiſ.l.qui in aliena,§.ſi is qui putabat, ff. de acquir. hæred.* cum alijs, de quibus *Maſcard de probat:concl.619.numer.2.& concl.1239.num.8. Menoch.de præſumpt.lib.2.q.74.n.3. & lib.3.q.49.num.3.Surd.deciſ.325.num.7.Cardin. Tuſch.tom.1.lit.A.concl.152.*

55 Actus cenſetur perpetuus, qui certo temporis ſpatio non concluditur, *l. iuris peritus in princip.& ibi Bart.ff.de excuſat. tutor.l.de pupillo,§.ſi quis ipſi prætori, ff.de noui operis nunciat. cap.ſi gratioſe de reſcript.lib.ſexto, Flamin.de reſignat.lib.11.q.5.n.42.*

56 Actus ſemel confirmatus perpetuus eſt, etiam ſi ceſſet cauſa perficiens, *Cald. Pereira de empt.cap.23.nu.48.*

57 Actus ſemper iudicatur à principali intentione agentium, *l.ſi quis nec cauſam, in princip.& ibi Bald.ff.ſi cert. pet.l.1. C. ad leg. Cornel. de ſica. l.qui exceptionem.ff.de condict.indeb. Tiraq.de retract.lig.§. 30.gloſ.1.numer.4.Cou.lib.2. vari.cap.4.nu.5.Gom.tom.2.cap.2.num.*10.Qualitas enim actus agentis intentionem demonſtrat, *l.non codicillum,C.de teſtam.*Et qualis eſt actus, talis præſumitur animus, *l.ſi non conuitij, C.de iniur.* Actus non à nomine, ſed ab effectu iudicatur, *l.inſulam, ff. de præſcript. verb.l.cum manu ſata, §.fin.ff.de contrah. empt.l.ſi olei iunct. gloſ.C.de locat.*

58 Actus duo vbi reperiuntur facti, cenſetur

fa-

factus, qui præcedere debuit, *Maſcard. de probat.concl.244.n.4.Surd.deciſ.288.num.33. Mol.de primog.lib 2.cap.7.num.51.Cot. in memorab. verbo actus. Flamin. de reſignat. lib.4.q. 2.num.36. cum ſeqq.P.Sanch.de matrim.lib.3.diſp.35.num.19.* Et actus duo eodem die, & loco, & coram eiſdem teſtibus geſti ſunt correſpectiui, *l.ſi ventri*, *§.fin.ff.d.de priuil.credito.l.lecta, verſ.dicebam.ff.ſi cer.pet.Surd.de alim.tit.1.q.42.n.48.Bernard.Græu.ad pract.cameræ Imper.lib.2.concl.12. num.7.Cardin.Tuſch.tom.2.lit.C.concl.1043. cum ſeq.Cardin. Seraphin. Rota Romana deciſ.359.numer.14.*

59 Actus geminatus inducit maiorem firmitatem,& plus operatur,quam ſimplex,*l.Baliſta,32.ff.ad Trebell.l.4. iuncta gloſ.vlt.ff.pignorat.act.Bart.in l.cum ſcimus, C.de agricol. & cenſit.lib.11.Tiraq.in l.ſi vnquam,verbo reuertatur, à num.49. C.de reuocandis donat. Pinel.in l.2.C.de reſcind.vendit.p.2.cap.2.à numer.4.& cap.4.num. 31.& in rub.1.p.n.14.verſ. inde etiam, & num.43. C.de bon.matern.Menoch.de arbitr. caſu.213. num. 37.& conſ.10.numer.1. Maſcard. de probat concl. 347.num.37. cum ſeqq. & concl.621. num.37. Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap.395. num.35. Mari. Antonin.vari.lib.1.reſol.61.numer. 6.& reſol. 110.num.1.& lib.3.reſol.1.n.32.Card. Tuſch.tom.4. lit.G.concl.28.Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig.conuent.lib.19.tit.2.num.9. Corſet.in tract.de verb.gemin.qui habetur in 12. vol. diuerſ. Doct.in*

antiq. Brun. tract. de augm. q. 4. princ. num. 15. Gig. tract. de penſion. q. 100. num. 5. Hyppol. in ſing. verbo geminatio, & ad l. 1. ſub. num. 38. C. ad leg. Cor. de ſic. Euerard. in cent. locis cap. 91. à locutionis germinatione per totum, & antea cap. 5. pag. 2. in fin. Perez in addit. ad Seg. in l. ſi ex legati cauſa num. 183. ff. de verb. oblig. plura Coſta in l. ſi ex cautione fallent. 14. C. de non numer. pec. Surd. deciſ. 21. n. 10. & nu. 20. & deciſ. 232. nu. 2. Caſſan. in catal. gloria mundi p. 8. conſid. 27. ad finem, infinitos retulit Gabr. lib. 7. com. tom. 1. verb. geminatio, & concinit vulgaris Poeta

Forſitan hæc aliquis (nam ſunt quoque) parua vocabit,
Sed quę nõ proſunt ſingula, multa iuuãt.
Tu tantũ numero pugna, perceptaq; in vnũ
Contrahe, de multis grãdis aceruus erit.

60 Actus diſpoſitio interpretari debet, vt videatur prouiſum cauſæ magis neceſſariæ, & vtili, *l. cum ex pluribus, ff. de ſolutio. Bart. in l. triticum, ff. de verb. oblig. & in l. vlt. C. de alim. pupil. præſtan. Menoch. conſ. 195. nu. 5.* Et actus in dubio cenſetur potius ex cauſa neceſſaria, quam volnntaria factus, *l. Ariſt. §. 1. ff. de iu. delib. l. pater filium in fin. ff. ad l. Falcid. l. miles, §. fin. ff. de adulte. l. proxime, ff. de rit. nupt. l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſol. mat. l. huiuſmodi, §. cum pater, ff. de legat. 1.*

61 Actus debet ſemper interpretari, vt aliquid operetur, non autem, vt ſit inanis, & inutilis,

Digitized by Google

lis, *l.quoties,ff.de rebus dubijs, Cardin.Tuſch.tom.* 1.*lit. A.concl.*135.*& n.*2.dicit,quod in dubio quilibet præſumitur elegiſſe viam, per quam diſpoſitio ſua ſit vtilis,& habeat effectum,non autem vt impugnari poſſit, & reddi ad nihilum. Et verba impropriari debent, ne actus reddatur inutilis, *l.Titia,*1.*§.Lutius,ff.de legat.*2.

62 Actus in dubio debet interpretari validus,*l.quoties,ff.de reb.dub.l.quoties, ff.de verbor. oblig.Surd.conſ.*44.*numer.*21. *Mari. Anto.vari. lib.*1.*reſol.*20.*numer.* 16.*Card.Tuſch.tom.*1.*lit.A. concl.* 136. *Bertazol. tract. clauſular. inſtrumen. clauſula* 1.*gloſ.*4.*nume.*5.*& in repetit.l.ſi quis maior,C.de tranſact.num.*506.*Pichard.ad* §.*ſi quis alium*, *nu.*4.*inſtit.de inutilibus ſtipulat.* Et paria ſunt actum non eſſe nullum, vel de nullitate opponi non poſſe, *gloſ.ſingu.in l.qui habebat,§.* 1.*in verbo conſilium in fin.ff. de manu.teſt. pulchre Deci. conſ.*456.*conſului,in princip.*

63 Actus meræ voluntatis excludit iuris neceſſitatem, *gloſ.vbi Doctor.in l.ſolent, § fin.ff. de offic. proconſ. & in l.cum de in rem verſo, ff.de vſur.gloſ.in verbo temporis in cap.cum eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet. Garc. Girond. de priuilegiorum,ſeu exemptionum explicat. num.* 278.

64 Actus omnis iuſtificatur propter ſcientiam, & patientiam ſuperiorum, *l.quis ſit fugitiuus*, §.*ego puto,l.quod ſi nolit* 31.*§.qui aſſidue, ff. de ædilit.edic. cap.niſi eſſent de præb.Gōzal.ad reg.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

8. *Cancel.gloſ.9.§.2.n.88.* Vnde auctoritas ſuperioris excuſat à pœna, *gloſ.in cap.dixit.24.q.5. Farin.de indit.q.52.n.83.* quem citat *Mari. Antonin.vari.lib.3. reſol.19. num.4.* Et facit licitum, quod aliàs eſt illicitum, *l.non videtur, §.qui iuſſu,ff.de reg.iur.cap.quiſquis, de reg.iur.in 6.Doct. in l.iuſtè poſſidet,ff.de acquir. poſſeß. Farin. q.97. n.1.cum ſeq.* quem etiam refert *Mari. Antonin. vbi proximè.*

65 Actus non dicitur perfectus, quando eſt partim factus, & partim non, *l.2.ibi, quia ipſi animaduertunt aliquid deeſſe, ff. de orig. iur.* plura adducit *Gonzal. ad reg.8.gloſ.63.numer.31.* Paria ſunt actum non incipere, vel cœptum non perficere, *l.fin.§.illud.C.de codicil. §. pen. inſtit. quibus mod.teſtam.infirm.*

66 Additamentum non mutat naturam eius, cui adiicitur, *Card.Tuſc.tom.1.lit.A.concl.182.*

67 Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio, *l.1.ff.de legat.1.gloſ.in l.ſi quis ſeruo, C.de furt. & in cap.ſi poſtquam, §.fin.de elect.in 6. Menoch. de arbitr.caſu 88.nu.8. Aloyſ.Ricci.in deciſ.curiæ Archiepiſcop.Neapol.deciſ.223.nu.4.p.2. Anton. Monach.Bonon.deciſ.68.nu.19.Card. Tuſch.tom.3.lit. E.concl. 308. Flamin. de confid. q. 27. numer. 74. & q.28.numer.82. Mari. Anton.vari.lib.3.reſol.25. nu.10.*

68 Æquitas præfertur rigori, *l.1.§.ſi ego, ff. ſi pars hæred. pet. l.fin. in fine ff. de offic. præſid. l. maiorem,ff.de pact.l.1.C.de legib.l.placuit.C.de iudic.*

Digitized by Google

.cap.fin.de tranſact.Hyppol.ſing.685. Bernard. g.245. Tiraq. de retr. lig.§.35.gloſ.1.numer.4. trach. de mercat. tit. quomodo procedendum in auſa mercaturæ,num.4.Sarn.in lib.3.ſelect.cap.8. umer.4.ad fin. Cou.in reg.poſſeſſor.p.2.§.6.à n.2. Fachin.lib.1.contro.cap.3. & lib.11. cap.3. Donel. comment. iur. ciu. lib.23.cap.2. Mendoc. de pactis lib.1.cap.3.num.9.Thomas de Thomaſettis in floribus legum regul.17.Valaſc.iure emphyt.quæſt.5.numer.4. Morl.in emporio iuris par.1. titul.1.q.11. per totam, Anton. Monach. Lucenſ.deciſ.68.num.35. Dummodo ſit ſcripta idem Anton. Monach. Bonon.deciſ.19.nu.3.& Florent.deciſ.70.numer.33. Bertazol.in repetit.l.ſi quis maior, C.de tranſact. num.32.Rendina in promptuario receptar.ſentent. tom.1.tit.100.num.11. Nam æquitas non ſcripta, ſcripto rigori ſuccumbit, Doctor. in d.l.placuit, l.proſpexit,ff.qui,& à quibus. Vnde vbicumque æquitas ſuadet, eſt ſubueniendum,l.Dinus,ff. de in integr.reſtit.

69 Æquitas in paribus cauſis, paria iura deſiderat, Anton. Monach. Lucenſ.deciſ.55.nu.34. & Bonon.deciſ.62.ſub num.4.& Florent.deciſ.18. nu.19.& deciſ.70.n.45. Et ſimilis æquitatis ratio ſimilia iura ſuadere videtur, l. fin. C. ad leg. Falcid. cap. cum dilecta, de confirmat. vti. vel inut.

70 Affectus non punitur,niſi ſequatur effectus, l.cogitationis,ff.de pœnis, l.1.in fine, ff.quod quiſque iuris, Aloyſ.Ricci.in collect.deciſ.p.5.collect.

Digitized by Google

1895.*& in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.589.nu.2.in* *1.edit.& reſolut.520.nu.2.in 2.edit. & deciſ.curiæ Archiepiſcop.Neapol.p.1.deciſ.70.n.6. Benedict. Aegid.in comment. l.ex hoc iure, ff.de iuſtitia, & iure, cap.7.num.32.Cardin.Tuſch.tom.2. lit.C.concl. 544. Thom. de Thomaſettis in floribus legum reg.18. Franciſc.Galet. in margarita caſuum conſcientiæ, verbo affectus*, vbi ampliat in cenſuris, cui ampliationi ſubſcribit *Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap.21.nu.3.verſ.tertio.* Limitatur in *l.generaliter in princip.ff.de calumniator.l.ſi à ſeruo, ff.de condict. ob turpem cauſam, l. quiſquis in princip.ff.ad l.Iul. maieſt. l.is qui cum telo, C.ad l. Cornel.de Sicar.l. ſi quis perſuaſerit, C.de furtis, l. ſi quis non dicam, C.de Epiſcop.& cleric. cap.1.de præſumpt.Sayr.in claui regia lib.3. cap.8. num.28. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo delictum.num.55. Brunor. à Sole in ſuo compendio verbo affectus*, vbi aſſerit verum hoc eſſe in delictis atrocioribus,& conſuetudines,& ſtatuta pœnalia ſemper intelligi de delictis effectu conſumatis.Limitatur etiam in crimine aſſaſſinij,vbi punitur conatus,etiam ſi effectus ſequutus non fuerit ex *Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ.p.5.collect. 1867.Farin.de delictis p.5.q.123.num.77.Tuſch.d. concl,544.nume.8.Mari. Antonin.vari.lib.3.reſol. 47.nu.6.* Limitatur deinde in atrociſſimis delictis V.g.in crimine læſæ maieſtatis,ſimoniæ,& in volente aliquem veneno perimere, *Aloyſ. Ricci.d.collect.1895.verſ.eſt tamen,Farin.d.p.5.q.*

122.

Digitized by Google

122.*num.*14.*Tuſch.d.concl.*544.*nu.*21.*Mari.Antonin.d.reſol.*47.*num.*7. vbi idem aſſerit de crimine veneficij.

71 Affectio nulla cadit,nec poteſt conſiderari in ignotum,& incognitum,*Ferrer.in conſtit. Cathalon.gloſ.*1.*n.*91. In ſpeciebus cadit affectio, ſed non in genere,vel quantitate, *l.nummis,ff. de in lit.iurando,l.ſi fundus,vbi Alex.ff.ad l.Falcid.*

72 Afflicto non eſt danda afflictio, *l.nauis, §.cum autem, ff.ad leg. Rhod.de iactu,l. Diuus Marcus in princip.ff.de offic.præſid.l.ſi idem,ff.de iuriſdict.omn.iudic.l.pœna,§.fin.ff.ad l. Pompe. de parricid.l.tam dementis,C.de Epiſc.& cleric.cap. ex parte,de cleric.ægrot.cap.ſi quis à proprio,* 11.*q.* 5.*cap.*1.*§.ſcriba,de prohib.feud.aliena.per Federi. Barthol.*Perett.*ad extrauag.ambitioſæ,de rebus eccleſiæ non alien.verbo & ſi per ſex menſes, num.*4. *Frat.Anton.à Souſa in relect. de cẽſur.bullæ cœnæ cap.*5.*diſp.*38.*nu.* 3. *Aloyſ.Ricci.in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.*628.*num.*3.*& in deciſ.curiæ Archiepiſcop.Neapol.deciſ.*45.*numer.*10.*p.*2. *Anton. Monach.Lucenſ.deciſ.*34.*nu.*10.*& Florent.deciſ.*12.*nu.* 14.*& Bonon.deciſ.*11.*nu.*64.*Thomas de Thomaſettis reg.*20. *Card. Tuſc.tom.*1.*lit. A. concl.*240.*vbi nu.*4. limitat,quando afflictus dat cauſam nouę afflictionis, quia tunc debet addi noua afflictio.

73 Agentes,& conſentientes pari pœna puniuntur,*l.iubemus, §.œconomus, C.de ſacroſan.ec-*

*cleſ.cap.1. de offic.deleg.cap.qui cum fure, de furtis cap.quanta, de ſentent. excomm. Thomas de Thomaſettis reg.*21. Quod axioma procedit, quando conſentientes cum agentibus cooperantur poſitiue, præbendo cauſam efficacem, & propinquam principali actori delinquenti, prout tenent *Cou. in reg. peccatum p.*2.§.12. *à n.* 1. proſequitur latè *Menoch. de arbitr. caſu* 348. *cum ſeqq. Clar. in pract.* §.*fin. q.*87. *vſque ad q.*90. incluſiuè, quem ſequitur *Farin. in praxi crimin. p.*4 *conſ.*66. *numer.*18. *P. Mol. de iuſt. tract.*2. *diſp.* 732. *ſub nu.*1. *Flamin. de confident. q.*22. *numer.*5. Ex quibus ita eleganter exponit doctiſſimus, & omni æuo memorādus præceptor meus Doctor Ludouicus Ribeiro à Leiua Senator Regius meritiſſimus in eruditiſſimis, atque vtiliſſimis aunotationibus ad *cap. non inferenda*, 23.*q.*3. *nu.* mihi 27. quas publicè interpretatus fuit, dum Decretorum cathedram in Conimbricenſi academia non minus iudicij acumine, & litterarum ſplendore, quam ſingulari modeſtia, incomparabilique vitæ integritate, ac morum probitate omnium applauſu, & æquali iucunditate gubernaret. Hæc quæ adeo nota ſunt ſilentio præterire non potui, laudem enim alienam occultans furi comparatur, & eadem pœna eſt dignus, vt per *l. hæreditatum, ff. ad legem Falcid. dicit Steph. Gratian. diſcep. forenſ. cap.*111. *nu.*23.

74 Agenti incumbit onus probandi, *l.*2. *&*

l. ve-

l.verius,ff.de probat.l.actor,& l.fruſtra, C.eod.tit. l.fin.ff.de rei vend.l.qui accuſare , C.de edendo, §. non ſolum inſtit.de legat.cap.vni. verſ. cum enim vt eccleſiaſt. benefic.ſine diminut. conferant. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.19.*Flamin.de confident.q*.18.*n*.3. Agens enim ante omnia debet probare ſe eſſe talem , qualem dicit, aliàs audiri non debet , *l.Diuus , ff. de re indic. Brunor. à Sole in locis commun.verbo agens* 2.

75 Agere inuitus nemo compellitur , *l.vni. C.vt nemo inuitus, Ioſeph.de Seſſe Aragon. deciſ.* 115.*nu*.3.*Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocat.verbo agere. num*.3. *Brunor à Sole in locis commun. verbo compellere, Cal.Pereira quæſt.forenſ.in comment.ad l.vni. C.ex delict.defunctor.p*.3.*nu*.20.*in fine*, vbi tenet non procedere in eo qui ſemel cœpit agere, quia deſiſtere ante finem litis non poteſt.

76 Allegare nihil, & allegatum non probare paria ſunt, *Roland.conſil*.35.*numer*.10. *& numer*.20.*lib*.1. *Card. Tuſch.tom*.1.*lit. A.concl*.117. *nu*.19.

77 Allegatio partis non facit ius, *gloſ.verbo non poſt multum,in cap*.2.*de his, quæ ſunt à prælat. Palat.in repetit.rub*.§.17.*nu*.22.

78 Alienabilis res ſemel facta, perpetuò manet alienabilis, *cap*.2.*de feudis. Cald. Pereira de renouat.emphyt.q*.11.*num*.30.*Ceual.commun.q*.897. *Scac.de appellat.q*.17.*limita*.47. *memb*.1.*num*.111. *Gonzal.ad reg*.8.*Cancel.gloſ*.6.*nu*.194.*Ioan.Fran-*

Digitized by Google

ciſ. Leo in theſauro fori eccleſ. p. 1. cap. 15. numer.3.

79 Alienatum non dicitur,ſi non durat alienatum, *l.ſi pro parte,§.verſum,ff. de in rem verſo cap.1.quid iuris ſi ſit vaſſallus poſt alienationem feudi*, cum traditis per *Menchaq.illuſtr.cap.32. num.3.*

80 Alienum factum nemo promittere poteſt,*l.ſtipulatio iſta in princip.ff.de verbor.obligat. l.ſicut ,ff.de fideiuſſo.§.ſi quis alium, inſtit.de inutil.ſtipulat*. Vnde curare nemo poteſt de alieno facto,text.eſt in *l.Marcellus,§ 1.ff.de actio.rerum amotar.* facit *ordinatio regia Luſitanorum lib. 3. tit. 52. §. 3. & tit. 59. §. 7.* cum ibi notatis.

81 Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt , *l.2.§.mutui datio, & ibi gloſ.fin.ff.ſi cert. pet.l.promiſſor, §.fin.ff.de conſtit. pecun.l.item liberatur, §.qui paratur ,ff.quibus mod.pignus , vel hypotheca, l.eum à quo cum l.ſeq.C.de ſolut.Cot.in memorab.verbo ſolui, pag.767. Donat. à Fin. tom.2.commun. opin. lib.8. tit.27. de ſolut.numer. 36.pagin. mihi 393. Guter. de iuram. confirm. p. 1. cap. 29. Eſcobar.de ratiocin.cap.17.numer.1. Pichard.in diſpu. de mora numer.97. Surd.deciſ. 224.numer.16. Ceual.comm. contra commun.tom. 4.q.899.numer.97. Girond.de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat.num.203. Anton.Monach. Bonon.deciſ.35. num.8. Vitalis de Cambanis tract. clauſular. pag. 376. numer. 1. Cardin. Tuſch. tom.*

om. 7. lit. 5. concl. 354. Thomas de Thomaſettis reg. 31.

82 Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, *l. non debet, ff. de regulis iuris. l. debitorum pactionibus, Codic. de pactis, capit. ſi compromiſſarius, §. porro, de elect. libro ſexto, cap. non debet, 22. de regulis iuris eod. lib. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. A, concl. 313. vbi numero ſecundo*, extendit etiam inter Iudæos. *Thomas de Thomaſettis regula* 33. vbi aſſerit procedere in acquiſitis, ſecus autem in acquirendis, & regul. 20. intelligit procedere, quando quis in culpa non fuit.

83 Ambiguis in rebus media via eſt eligenda nouiſſimè *Anton. Monach. Florent. deciſion. 12. numer. 23. & Bonon. deciſ. 19. numer. 21.* Et ambiguis in rebus non debet eſſe abſolutum iudicium, *cap. habuiſſe 33. diſt.* Et in ambiguis ſequimur, quod eſt minimum, *l. apud Iulianum, §. ſcio, ff. de leg. 1. l. ſemper in obſcuris, ff. de regul. iur. cap. in obſcuris, eod. tit. in 6. Thomas de Thomaſettis regul. 152.* vbi intelligit procedere, quando medium non eſt.

84 Amicitia vera ſimilis eſt conſanguinitati proximiori, vt per *Cou. in cap. requiſiſti numer. 7. de teſtament. Rebuſ. de priuileg. ſcholar. priuileg. 104. Tiraq. de pœnis temper. cauſa 22. Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 89. num. 70. Surd.*

Digitized by Google

de alim.tit.6. q.21.num.4. Azeu. ad l.34. num.3. tit.6.lib.3. noua recopil. Morl. in empor. iuris ciuilis p.1. tit.2. in prælud. num.201. P. Sanch. de matrim.lib.6. diſp.26.nu.2. Card.Mantic.de tacitis,& ambig.conuent. tom.2. lib.13. tit.20.à nu.2. cum ſeqq.D.Chriſtophorus de Paz inſchol.ad leges ſtyli, l.63. nu.34. Stephan.Gratian.diſcept.forenſ. cap.200.num.4.Cardin.Tuſch.tom.1.lit.A.concl. 326. Vnde amicus in iure frater nuncupatur, *l. nemo dubitat, verſ. qui frater, ff. de hæred. inſtit.*

85 Amiſſum non dicitur, quod non durat amiſſum, *l.pro parte,§.verſum, ff.de in rem verſo Fr.Emman.Roder. tom.2. regular.q.78. artic.12. verſ.nec etiam obſtat*,& faciunt quæ *Menchaq.illuſtr.cap.32.num.3.* Paria ſunt rem amittere, vel deteriorem factam recipere, *l.nauis onuſtæ,§.fin. ad leg. Rho.de iac.*

86 Annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum, *l.pure,§.fin.ff.de doli exceptio.l.licet,C.de exceptio. l.4. C.qui admitti. Cald.Pereira in l.ſi curatorem, verbo infra num.15. C.de in integrum reſtit.minor.Surd.deciſ.277. num.17. Stephan.Gratian.Marchiæ deciſ.151.nu.12.Dom.Chriſtoph. de Paz in ſchol.ad leges ſtyli l.84.numer.3.* Quod axioma intelligi debet,quando quis nõ poteſt ius ſuum proponere in iudicio principaliter agendo, ſed tantum excipiendo, quia tunc perpetuo poteſt excipere, ſecus verò, quando ius ſuum poteſt proponere etiam principa-

cipa-

cipaliter agendo infra certum tempus, quia tũc ſimiliter tenetur infra illud excipere, argum. text. in *l. Papinianus, §. ſi filius, ff. de inoffic. teſtamen.* qui intellectus colligitur ex reſolutis per *Gom. tom. 2. vari. cap. 6. num. 2. prope finem*, alium vero præſtat. *Guter. pract. lib. 1. q. 66. num. 3. verſ. ſed nihilominus.*

87 Annexi, & connexi idem eſt iudicium, etiam ſi annexum ſit maioris valoris, *cap. cum ſingulis iuncta gloſ. verbo annexi, de præben. lib. ſexto, gloſ. verbo connexa in cap. quanto de iudic. Hyppol. ſing. 251. Guilhelm. in cap. Raynutius, verbo & hortum à nu. 1. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 45. & lib. 2. caſu 95. Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. nu. 751.*

88 Anima pretioſior eſt corpore ex auctoritate *Chriſti Domini Matth. cap. 5. & Luc. cap. 12.* & *text. in cap. ſedulo, 38. diſt. cap. præcipimus, 12. q. 1. cap. cum infirmitas ad finem, de pœnitent. & remiſſ. Cardoſ. in praxi iudicum, & advocat. verbo anima à nu. 1.* Et dicit Philoſophus *lib. 1. de anima, cap. fin.* corpus animi cauſa conſtitutum eſſe. Anima igitur cæteris rebus anteponenda eſt, *l. ſancimus, C. de ſacr. eccleſ. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ in præfat. num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 112. nu. 4. & q. 152. nu. 4. Maſcard. de probat. concl. 1171. num. 5. Surd. deciſ. 196. n. 12. Guter. in repetit. l. nemo poteſt, nu. 486. ff. de legat. 1. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 28. nu. 10. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. A.*

*concl.*333.*Bertazol.in repetit.l.ſi quis maior , C.de tranſa.nu.*12.*Barthol.Perett.ad extrauag.ambitioſa , de rebus eccleſiæ non alien. verbo præterquam numer.*11.*pag.*178. *Mari. Antonin. vari.lib.*2.*caſu.*37.Et vbi agitur de ſalute animæ non debent attendi apices iuris, *Tiraq.d.tract. de priuileg. piæ cauſæ priuil.* 164. *Cenal. commun. contra commun.q.* 71. *numer.* 1. Et tutior pars eſt ſequenda, *l.& ſunt perſonæ, ff.de religioſ.& ſumpti.funer. cap.conſilium de obſeruat. ieiuniorum , Nau. in man. præludo.* 1. *numer.* 1. *& numer.* 4. *& ſeq. & cap.*25. *numer.*6. *Reminald.,conſ.*358. *à numer.* 260. Et leges pœnales: quæ ſubditorum animæ conſulunt fauorabiles ſunt cenſendæ,& extendi debent, *Tiraq. vbi proximè priuil.* 161. *Cou.de ſponſal.p.*2.*cap.*6.*in princip.nu.*12. *Azeu.l.*2.*num.*4.*tit.*1.*lib.*5.*nou.recop. Perez l.*1.*tit.*1.*lib.*5. *ordin. pag.*39.*P.Sanch.de matrim.lib.*1.*diſp.*39.*numer.*5. *& lib.*3.*diſp.*1.*num.*8.

89 Antecedenti conceſſo, conceditur & conſequens,vel antecedens videtur,qui voluit conſequens, *l.* 2. *ff. de iuriſdict. omn. iudic. Euerard.in topic.legal.loco* 94. *Anton. Monach. Florent.deciſ.*29.*n.*15.Intellige,quando antecedens eſt neceſſarium ad conſequens conſequendum ex reſolutis per *Ferrer.in conſtit.Cathalon.gloſ.*5. *nu.*78.*& n.*82.

90 Antecedenti deſtructo, nullum eſt dare conſequentiam, *l.*1.§.*huius rei , ff.de officio eius,l.veteres , ff.de iti.actuque priua. Euerard.in topic.*

Digitized by Google

topic.legal.loco 96.*Crauet.conſ.*231.*nu.*2. *Anton. Monach.Florent.deciſ.*29.*nu.*16. vbi tenet, quod remoto antecedenti, eius conſequens remouetur.

91 Approbare quis non poteſt, quod ſemel impugnauit, *l.diſpenſatorem, ff.de ſolut. Menoch. conſ.*395.*n.*89.*Surd.conſ.*157.*nu.*10. *& conſ.*169.*n.*2. *cum ſeqq.& conſ.*364.*n.*27. Et actum impugnans non poteſt illum approbare, nec ſe in illo fundare, *Rota Rom.apud Farin.deciſ.*636.*n.*8.*tom.*2. *p.*1.*& deciſ.*596.*n.*5.*ibid.*

92 Approbatione totius quælibet eius pars approbata cenſetur, *Ant.Mon.Bon.deciſ.*55.*numer.*11.

93 Approbatum ſemel, non poteſt amplius reprobari, *l.Pomponius, ff.de negot.geſt. Surd. conſ.*18.*nu.*2. *& conſ.*351.*nu.*41. *& deciſ.*132.*nu.*4. *P.Sanch.de matrim.lib.*9.*diſp.*6.*n.*9. *Anton.Monach.Bonon.deciſ.*34.*nu.*2. *Thomas de Thomaſettis reg.*37. *Mari.Antonin. vari. lib.*2.*reſol.*30. *nu.*25. Sed contra eſt in *l.ſed & reprobari, ff.de excuſat.tut. & l.vt gradatim, §.reprobari, ff.de munerib.& honor.* At hoc in principe, illud in priuatis.

94 Arbitrio iudicis relinquitur, quod in iure definitum non eſt, *l.*1.*ff.de iure deliber. l.in venditione, ff.de bon.auctor.iud.poſſid.cap.de cauſis,* §.1. *de offic. deleg.* vbi doctores pluribus comprobant *Corraſ. lib.*4. *miſcel. cap.*12. *nu.*5. *cum ſeqq. Neuiz.in Sil.nupt. lib.*5. *numer.*74.

Digitized by Google

Menoch.de arbitr.lib.3.in proœm.nu.5.& q.14. numer.3.cum ſeqq. quos citat *Ioan.Petr. Monot.tract. de diſtribut.quotid.p.3.q.10.nu.4.vbi num.*5.oſtendit ex eodem *Menoch.* locum id habere non modo in iure ſcripto, ſed & in non ſcripto, ſeu conſuetudine, *& nu.*7.id locum obtinere etiam quo ad pœnam.

95 Argumentum valet ab abſurdo, *l.ſcire oportet, §.aliud.ff. de excuſat.tutor.l. nam abſurdum, ff.de bonis libert.l. ſiue hæreditaria in fine, ff. de negot.geſt.l.1.§.vnde quæritur.ff.de public.l.ita vulneratus, verſ.quod ſi quis abſurde, ff.ad leg. Aquil.l.diuortio,ff.ſol.matrim.l.aliud, §.fin.ff.de reg. iur. cap. venerabilem circa medium, cap.in geneſi de elect. cap. ex ore, de priuileg.cap. ſolitæ, de maior.& obed.cap.cum inter, de excep.cap.quemadmodum, de iureiur. cap. cum ſatis ſit abſurdum de offic.archi.Euerard.in topic. legal. loco* 8. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 42. *Menoch. conſil.* 12. *numer.* 3. *& conſil.* 37. *numer.* 118. *& conſil.*76. *numer.*12. *& conſil.*84. *numer.*23. *& conſi.*95. *numer.*76. *Surd. conſil.*116. *numer.*45. *Seraphin.de priuileg.iuramen.priuil.*30. *num.*12. *Flam.de confident.q.*26. *nu.*20. *Mari.Antonin.vari.lib.*2. *reſol.*32. *nu.*12. *& reſol.*59. *caſu* 19. vbi aſſerit procedere etiam in ſtatutis. Et fortiſſimum, ac firmum eſt in iure noſtro, *Anton.Oliban.de iure fiſci, cap.*13. *nu.*60. *pag. mihi* 262. *nouiſſ.Rota Roma. apud Farin.deciſ.*256. *num.*4. Valet tamen, quando verba nihil operarentur, etiam ſi inducatur

iuri

iuris correctio, *Seraphin.d.tract. de priuileg. iuram.priuil.*107.*nu.*40. *P.Sanch. de matrim.lib.*4. *diſp.*23. *nu.*37. In omnibus vero diſpoſitionibus ſemper eſt vitandum, *l.ſi ita* 39. *in fine, ff.de oper. libert.d.cap.in geneſi, Euerard.d.loco* 8. *Peregr.de fideicomm.art.*11.*n.*46. *Card.Mantic.de coniectur. vltim.volunt.lib.*3.*tit.*7.*à princip.& de tacitis, & ambiguis conuent. lib.*2. *tit.*13. *per totum, Valaſc. conſult.*174. *nu.*11. *Farin.d.deciſ.*256.*nu.*3. iunctis quæ ſupra notantur hac ead. *lit.nu.*5. & infra *lit. I.nu.*26. Et in omni diſpoſitione, vel actu interpretatio fieri debet, vt abſurditas euitetur ex d. *l.nam abſurdum, l.fin.in princip.C.de vſu.rei iudica.l.diuortio, ff.ſolut.matrim.l.de pupillo, §.ſi quis forte, ff.de nou. oper.nuntia.l.pen.ff.ad exhib.Rota Romana apud Farin.deciſ.*552.*nu.*12.*tom.*2.*p.*1.

96 Argumentum ab adulto ad pupillum non valet, vt per *Card. Tuſch.pract.concluſ.tom.* 1.*lit.A.concl.*510.*nu.*12.

97 Argumentum validum eſt ab æquiparatis, *Menoch.conſil.*32.*num.*17.*Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.cap.*298.*nu.*70. Procedit ſolum in caſu æquiparato, *l.Stichus, ff.de manum. teſtam. Surd.de alim.tit.*9.*q.*1.*nu.* 9. *& conſil.*393.*nu.*36. *Franciſc. Molin. de ritu nup. lib.* 3. *q.*46.*nu.*24. Quando ſcilicet eſt ſimilitudo in eo, in quo fit æquiparatio, *Surd.deciſ.*119.*nu.*16.*&* 21.*Card. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 288. *numer.* 5. Non habet tamen locum in correctorijs, *Anton.Monach.Lucenſ.deciſ.*49. *nu.*13. *Cald. Pereira*

Digitized by Google

de poteſt.eligendi cap.7.n.5. Nec ſumitur vbi militat ratio diuerſitatis, *Surd.conſil.*50.*nu.*25.

98 Argumentum affirmatiuum non deducitur ex verbis negatiuis, vt in ſimili ſpecie probat *tex.in l.Titia, §.Lucius, ff.de manum.teſtam.* conſonat *tex. in l. ex facto* 19. *ff.de hæred.inſtit.* ex quibus ita reſoluit *Bald. in l.* 2. *C.de conditio. inſert.* communem fatetur *Euerard. in topic. loco* 4. *verſ. ſecundo iſtud limitatur*, & conſtanter ſequitur *Garc. reg.*45. *nu.*1. & tenet *Seraphin.de priuil.iuram.priuil.*1.*nu.*4.

99 Argumentum non valet ab alienatione ad locationẽ, vt per *Anton.Monach.Bonon.dec.* 16. *nu.* 9. Secus tamen ſi ſit locatio ad longum tempus, quia alienatione prohibita, illa prohibetur, *Cald.Pereira de renouat. emphyt. q.*16. *nu.* 7. *& de reſolut.emphyt.cap.*5.*nu.*32. *Benedict. Aegid.in repet.l.ex hoc iure, ff.de iuſt.& iure p.*1.*cap.* 9.*nu.*7. *Cardoſ.in praxi iudicum verbo locatio nu.*9.

100 Argumentum validum eſt de alienatione facta in teſtamento, ad alienationem in contractu geſtam. *Menoch. conſil.*116. *numer.* 44.

101 Argumentum valet de alimentis ad legitimam, & è contra, *Ceual. commun. contra commun. q.*780. *nu.* 243. Sed non eſſe hoc perpetuo verum aſſerit *Valaſc.de partit. cap.*19. *nu.*39. *cum ſeq.*

102 Argumentum validum eſt de alimentis

tis ad dotem, *Euerard. in topic. legal. loco* 29. *Cantiunc. in* 19. *ſpecie loci à ſimili*, *Viui. tom.*1. *commun. opin. lib.*5. *tit.*7. *nu.*120. *pag.*729. *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *q.*189. *nu.*29. *Tiraq. de iure primog. q.*62. *num.* 4. & *nu.*12. *cum ſeq. Lar. in l. ſi quis à liberis*, §. *idem iudex*, *nu.*24. *cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc. Sebaſtian. Naui. ad l. ob æs alienum*, 12. *nu.*2. *C. de prædijs minor. Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſil.*1. *nu.*33. *P. Sanch. de matrimon. lib.*4. *diſp.*26. *num.*1. *Cardin. Seraphin. Rota Romana deciſ.*447. *nu.*7. vbi intelligit ſi ſit eadem ratio. Non habet tamen locum, vbi eſt ratio diuerſi iuris, *Surd. de alim. tit.*9. *q.*1. *nu.*8. vbi *nu.*10. reſoluit, quod ſumitur ſolum negatiuè, non affirmatiuè, ſed affirmatiuè valere dicit *Cardin. Mantic. de tacitis*, & *ambig. conuent. lib.*12. *tit.*16. *nu.*17. Et è conuerſo valet argumentum de dote ad alimenta, *Menoch. d. lib.*4. *q.*191. *num.*2. *Molin. de primogen. lib.*2. *cap.*15. *nu.*8. *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.*3. *q.*46. *numer.*10. Valet tamen affirmatiuè, non negatiuè ex *Surd. d. tract. de alim. tit.*1. *q.*6. *num.*16. *Mantic. d. tit.*16. *nu.*16. Dos enim, & alimenta æquiparantur, *gloſ. in d. l. ob æs*, C. *de prædiis minor. Bart. in l. vlt. nu.*7. *ff. quibus vt indign. Xuar. in l. quoniam limit.*2. C. *de inoff. teſtam. Tiraq. de iure primogen. q.*62. *ex nu.*4. *Mol. Card. Lar.* & *Mantic. dictis locis. Brunor. à Sole in locis commun. verbo dos* 12. cum dos ſuccedat loco alimentorum, ex *Surd. d. q.*1. *num.*14.

103 Argumentum valet de alimentis ad piam cauſam, *Cantiunc.in topic.legal.in* 14.*ſpecie loci à ſimili.* Nam cauſa alimentorum dicitur cauſa pia, *Tiraq. de priuileg.pia cauſa fol.*10. *& ſeq.Card.Mantic. de coniecturis vltim. volunt.lib.* 6. *tit.*3. *nu.*22. *& de tacitis, & ambiguis conuent. lib.*13.*tit.*12.*n.*1.

104 Argumentum de anima ad corpus non eſt validum, vt per *Stephan. Gratian.diſcept.forenſ.cap.*200.*num.*22. vbi è contra aſſerit valere de corpore ad animam. Anima enim pretioſior eſt corpore, vt ſupra dictum eſt hac ead.*lit. num.*88.

105 Argumentum valet ab antecedenti, *Euerad.in topic. legal.loco* 94.*&* 96. *Cantiunc.loco* 16. Et argumentum ab antecedenti neceſſario validum eſt in omni materia, quantumuis ſtricta,& etiam in ſententiis,ex *Cardin.Seraph. Rotæ Romanæ deciſ.*776.*n.*1.

106 Argumentum ab auctoritate Doctorum validum eſt, *l. antiqui, ff.ſi pars hæred.cap. cum haberet de eo,qui duxit in matrim.cap. omnes principes de maior.& obed. cap.ſignificaſti,* 2. *de homicid. Euerard.in topic.legal.loco* 48. *Petrus Andreas Gammarus in Dialectica legali lib.*2. *loco ab auctoritate Menoch. conſ.*9.*nu.*8.*& conſ.*18. *nu.*7.*&* 13.*& conſ.*33.*nu.*27.*Iacob.Valdes de dignitate Regum,regnorumque Hiſpaniæ cap.*2. *num.*1. Valet etiam argumentum ab auctoritate alterius magni viri, *l.ſi pater, ff.de ſolut. l. ſeptimo menſe,*

Digitized by Google

menſe, ff. de ſtatu hominum, Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 490. vbi *num.* 2. limitat quando auctoritas magnorum virorum, prout Ariſtotelis, & ſimilium eſt contra legem, quia non attenditur.

107 Argumentum valet de bello ad peſtem, ita *Ripa tract. de peſte in princip. nu.* 11. Peſtis enim dicitur bellum inter Deum, & homines, ex *Bart. in l. naturaliter, nu.* 23. *ff. de vſucap. Ripa vbi proxime, Iodoc. in enchiridion parium, verbo peſtis.*

108 Argumentum validum eſt de beneficiis ad officia, vt per *Mandoſ. ad regul. Cancel. regul.* 32. *q.* 2. *n.* 2. *Cabed. Luſit. deciſ.* 91. *num.* 4. *p.* 2. Et è contra valet de officio ad beneficium, *Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo læſis, nu.* 39. *Cod. de in integr. reſtit. min. Anton. Oliban. de iure fiſci cap.* 13. *numer.* 61. nam beneficia dantur propter officia, vt notatum eſt infra *lit. B. nu.* 3.

109 Argumentum non valet à caſibus expreſſis ad non expreſſos, vbi non eſt facta totalis æquiparatio, maximè nõ concurrente identitate rationis, *Cardin. Seraph. Rotæ Romanæ deciſ.* 353. *nu.* 3.

110 Argumentum à cauſa valet, *Claudius Cantiunc. in topic. legal. loco* 20. *Ioannes Appellus de ratione explicandi Dialecticam, cap.* 3. *de cauſa, Petrus Andreas Gammarus in Dialectica legali lib.* 1. *loco* 11. vbi *loco* 12. deducit argumen-

Digitized by Google

tum à cauſa materiali, & *loco* 13. à cauſa formali, & *loco* 14. à cauſa efficienti, & *loco* 15. à cauſa finali.

111 Argumentum à ceſſante ratione valet, *l. quod dictum eſt, ff. de pact. Euerard. in topic. legal. loco* 85. *Menoch. conſ.* 60. *numer.* 71. *& conſ.* 93. *nu.* 9. *& conſ.* 95. *nu.* 84. *& conſ.* 96. *nu.* 10. *& conſ.* 124. *n.* 76. *& de præſumpt. lib.* 4. *q.* 190. *num.* 25. *Surd. conſ.* 383. *nu.* 14. Et eſt infallibile in iure, ex *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.* 21. *nu.* 2.

112 Argumentum à charitatiuo ſubſidio ad decimam Papalem validum eſt, *Ioan. Pet. Monet. tractat. de decim. cap.* 9. *q.* 3. *nu.* 125. *& de diſtribut. quotid. p.* 3. *q.* 9. *n.* 23. vbi citat *Bellenz. tract. de ſubſid. charitat. q.* 37. *nu.* 3. *& Remig. eod. tract. q.* 37. *nu.* 14. *&* 23.

113 Argumentum à ciuilibus ad criminalia potentiſſimum eſt, frequens, & vtile, *Euera. in topic. legal. loco* 77. *Cantiunc. in* 35. *ſpecie loci à ſimili, Maſcard. de probat. concl.* 332. *nu.* 6. An, & quomodo valeat in materia confeſſionis, vide *Farin. in praxi crimin. p.* 3. *q.* 81. *nu.* 64. *& ſequent.*

114 Argumentum à collatione ad imputationem in legitimam optimè procedit negatiuè, ſecus affirmatiuè, *Cardin. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 568. *nu.* 7.

115 Argumentum à communiter accidentibus validum eſt, *l. certi condictio*, § *ſi nummos ibi cum quotidie, ff. ſi cert. pet. l. ideoque vbi gloſ. ff. de*

legi.

*legi.l.quadam,§.nummularios,ff.de eden.glo.fin. in l.neque natales,*C.*de probat.cap.*1.*de cleric.non reſid. Euerard.in topic.legal.loco* 56. *Petr. And. Gammar.in Dialectica legali lib.*1.*loco* 20.*Pariſ. conſ.*87.*nu.*24.*vol.*3.*Maſcard.de probat.concl.*144. *nu.*20. *& concl.*445.*nu.*6. *Menoch.conſ.*5. *nu.*2. *& conſ.*10.*n.*7.*& conſ.*670.*nu.*7.*& de præſumpt.lib.* 6.*q.*19.*nu.*5. *Brunor.à Sole in locis commun. verbo argumentum* 1.*Surd. deciſ.* 231.*nu.*18. *& de alim. tit.*7.*q.*9.*nu.*15.*& conſ.*132.*nu.*22.*& conſ.*135.*nu.*30. *& conſ.*452.*nu.*46. *& conſ.*540.*nu.*26. *Aldouin. conſ.*44.*nu.*5.*Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.*121.*nu.*3. *Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.*16.*nu.*36. *Cardin.Tuſc. tom.*1.*lit. A.concl.*493.Et fortiter valet ad excludendam copulam carnalem, & probationem honeſtatis, *Farinac.in praxi crimin.p.*5. *q.*136.*nu.*192. Et in probanda meretricia turpitudine frequenter admittitur, *Euerar.vbi ſupra,Maſcar.concl.*103.*nu.*20.*Tuſch.d.concl.*493. *nu.*6. Nam à communiter accidentibus ſequitur præſumptio veritatis,*d.l.neque natales,* C.*de probat.*& quod communiter fit,cenſetur legitimè fieri,*d.l.certi condictio,* §.*ſi nummos,ff.ſi cert. pet.*& ad communiter accidentia lex ſe facilius adaptat *l.nam ad ea,ff.de legib.* cum alijs infra citatis,*lit.I.nu.*43.

116 Argumentum à connexis valet, *Cantiunc.in topic.legal.loco* 15.*Petr. Andr.Gammar. in Dialectica legal.lib.*2.*loco* 2.iunctis, quæ infra notaui *lit.* C. *numer.*41. Et ab adiunctis colli-

Digitized by Google

git argumentum, *idem Cantiunc. loco* 14.

117 Argumentum à coniunctione plurium diſpoſitionum, vel ſtatutorum validum eſt, vt per *Cardin. Tuſch. tom.* 1.*lit. A.concl.*503. Et à coniunctione, ſeu combinatione duarum legum deducit argumentum, *Euerard.loco* 11.

118 Argumentum à conſequenti valet, *Euerard.in topic.legal.loco* 95.*&* 97.*Cantiunc.loco* 17. *Petr. Andr.Gammar. in Dialectica legali lib.*2. *loco* 6.

119 Argumentum à conſtitutione municipali,& ſtatuto ad reſcripta validum eſt,quia pariter interpretantur, vt reducantur conformia iuri communi, *Cardin.Tuſch.tom.*1.*lit. A.concl.* 496.*num.*1.

120 Argumentum à conſuetudine ad priuilegium valet, *cap.cum contingat,de foro compe. Flamin.de confident.q.*38.*nu.*16.nam conſuetudine poteſt introduci, quicquid poteſt per priuilegium concedi, *Cardin.Tuſch.tom.*2.*lit.C.concl.* 808.

121 Argumentum de conſuetudine ad ſtatutum validum eſt, *Surd.de alim.tit*,8.*priuil.*56. *nu.*27.*& conſ.*2.*num.*29.*Mari.Antonin.vari.lib.*1. *reſol.*1.*num.*3. *Cardin. Tuſch. tom.*1.*lit. A. concl.* 507.*nu.*20.Et è contra de ſtatuto ad conſuetudinem valet argumentum, *l.de quibus, ff.de legi. Remig.tract.de charitat. ſubſid.q.* 61. *in fine num.* 6 .*Sigiſmund.Scacci.de apppellat. q.*2. *numer.*29. *verſ.tertia.*Nam conſuetudine, quæ nõ poſſunt intro-

Digitized by Google

introduci, neque ſtatuto valent, ex *Cardin. Tuſch.tom.2.lit.C.concluſ.*810.

122 Argumentum de contractibus ad iudicia, & è contra valet, *l.ſi quis ſeruum, & l.ſi quis cum filio,ff.de pecul.l.omnem, ff.de iudic.gloſ. communiter recepta in auth.ſacramenta puberum,verbo contractibus,C.ſi aduerſus venditionem, Guter. de iuram.confir. p.*1. *cap.*1. *nu.*35. *Melchior.Phœb. Luſit.deciſ.*62.*num.*5.*tom.*1.

123 Argumentum de contractu ad quaſi contractum validum eſt, *l.ſi pupilli, §.ſi quis ita, ff.de negot.geſt.l.apud Iulianum,§.fin.cum l.ſeq.ff. ex quib.cauſ.in poſſeſſ.eatur,l.ait prætor in princip. iuncto §.non ſolum.cum ſeq.ff. de minor. Euerard. in topic.legal.loco*18.*Cant iunc. in*8.*ſpecie loci à ſimili.Cæſar. Argel.de contradictore legit.q.*3.*num.* 30.Non procedit in præiudicium tertij, *Ioſeph. de Seſſe de inhibitio.cap.*9.*§.*3.*nu.*13.

124 Argumentum de contractu ad diſtractum valet, *l. Pomponius, §.præterea,ff.de acquir. poſſeſſ.l.item veniunt in princ.iuncto* §.1.*ff.de petit. hæred.cap.de illis* 1.*in princ.de deſponſ.impub. iuncto cap.vni.*§.*idem quoque, eod. tit.lib.*6. Euerard. *in topic.legal.cap.*19. *Cantiunc. in* 9.*ſpecie loci à ſimili,D.Barb.in l.hæres abſens,*§.*proinde, num.* 13. *ff.de iudic.Sebaſtian.Næui.ad l.nihil tam naturale* 36.*n.*3.*cum ſeqq.& ad l.fere* 195.*ff.de reg.iur.*Contractus enim, & diſtractus à pari procedunt, & ſunt eiuſdem naturæ, *d.*§.*præterea,l.ab emptione* 59.*ff.de pact.l.de tutela, C.de in integr.reſtit. min.*

Digitized by Google

Surd.de alim.tit.8.priuil.22.nu.6. Pichard.in diſput.de mora, nu.141. Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.7.nu.15.Stephan.Gratian.diſcept.forenſ. cap.168.nu.7. & 10. cum ſeqq. Ceual.comm.contra comm.q.897.nu.886.tom.4. Card. Mantic.de tacitis, & ambiguis conuent.lib.1.tit.2.à nu.15.cum ſeqq. Eſcobar.de ratiocin.cap.14.num.42. Barb.vbi proxime. Vnde quando contractus celebratur per ſcripturam, non poterit probari ſolutio, vel diſtractio, niſi per aliam æquiualentem, *d.l.nihil tam naturale, ff.de reg.iur. Alex.conſ.209.num.23. lib.2. Azeu. l.1. numer.17. tit.4. lib.5. noua recopil.*

125 Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, vel è contra validum eſt. *l.pactum inter hæredem, vbi notatur, ff.de pact.l.quæ de legatis, l.ſeruum filij 46.§.eum qui chirographum, ff.de legat.1.l.fin. C.de legat.princip.inſtit. de leg. Fuſia.Can.toll.l.eum, qui ita in princ.ff.de verbor. oblig.Euerard.in topic.legal.cap.17.Cantiunc.in 7. ſpecie loci à ſimili, Dec.conſil.69.numer.8. Menoch.conſ.58. numer.23. & conſ.89. numer.36. & conſ.97.numer.27.& conſ.162.num.8. & conſ.374. num.7. & de præſumpt.lib.4.q.127.num.9.& lib. 10.q.146.numer.11.Surd.de alim.tit.2.p.10.num.7. & tit.5.q.1. numer.15. & tit.9. q.18. numer.8.& 9. & conſ.235.numer.2.& conſ.470.num.14.Brunor. à Sole in locis commun. verbo argumentum, 2.Camil.Gallin.in comment.ad tit.de verb. ſignif.lib.5. cap.16.nu.74. Pichard. ad §.ex conditionali, 6.n.*

2.inſtit.

Digitized by Google

2.*inſtit.de verb.oblig.& in diſp.de mora num.*203. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum, reg.*41. *Franciſ. Molin.de ritu nupt.lib.*3.*q.*18. *numer.*14. *Card.Tuſch.tom.*1.*lit.A.concl.*495. vbi intelligit affirmatiuè tamquam de minori ad maius, ſecus negatiuè,& *concl.*507.*nu.*22.*Cardin. Mant. de coniectur.vltim.volunt.lib.*3.*tit.*18.*per totum*,& *de tacitis*, & *ambiguis conuent. tom.*1.*lib.*2.*tit.*15. *num.*1. vbi *num.*16. intelligit ſubſiſtente eadem ratione, & *nu.*17. limitat niſi ratio diuerſitatis probetur,quod etiam aſſerit *Ioann.Petr.Monet. tractat.de diſtribut.quotid.p.*3.*q.*4. *numer.*14. per *text.in d.l.quæ de legatis,ff.de leg.*1.Leges tamen loquentes de ſolemnitate adhibenda in contractibus, vel quaſi, non extenduntur ad vltimas voluntates, nec è contra, *Peralta in l.cum pater*, §.*à filia,num.*58.*ff.de legat.*2. quem refert *Armendarez in proæm.addit.ad recop.legum Nauarræ nu.*175.Et aliquando in caſibus à iure expreſſis fauorabiles ſunt vltimæ voluntates contractibus,*l.in teſtamentis,ff.de reg.iur.l.ſi cui* §.*ſi vinum*, *ff.de tritico leg.Thomas de Thomaſettis reg.*121.

126 Argumentum de contractibus ad legata validum eſt, *Menoch. de præſumpt. lib.* 4.*q.* 144.*numer.*10.& *q.*199.*numer.*5.Et de contractibus ad fideicommiſſa, *idem Menoch.conſ.*97.*nu.* 71.

127 Argumentum de contractibus ad delicta,& è contra valet,*l.omnem, ff.de indic. iuncta*

gloſ.in l.hæres abſens, §.1.ff.eod.l.2. §.fin.ff.de cuſto.reo. auth. qua in prouincia, C.vbi de cri.agi opor.cap.fin.de for.compet. Euerard.in topic.legal. loco 20. Cantiun.in 10.ſpecie loci à ſimili, Cardin. Tuſch. tom.1.lit.A.concl.495.nu.8. & concl.507. nu.26.

128 Argumentum de contractu dotis ad alios contractus non valet, *Seraphin. de priuil. iuram.priuil.60.n.11.*

129 Argumentum à contractu mutui ad contractum cenſus validum eſt, *Menoch. conſ. 49.nu.16.*

130 Argumentum à contrario ſenſu validum eſt *l.1.§.huius rei,ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.l.qui teſtamento,§.mulier, vbi gloſ.ff.de teſtam.l.ſi procuratorem,§.ſi ignorantes,ff.mand.l.ſi quis locuples 57.ff.de manum.teſta.l.conuenticula, & ibi Cin.à princip. C.de Epiſcop. & cler. l.apud antiquos 21.C.de furtis cap.qualis 25.diſt.cap. cum apoſtolica,de his quæ fiunt à prælat.Euerard.in topic.legal. loco 4.Petrus Andr. Gammar.in Dialectica legali lib.2. loco à contrario ſenſu, Soccin. reg.28. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.39.Pichard. in diſp.de mora num.132. Maſcard.de probat.concluſ.1146.num.3.Brunor.a Sole in locis comm.verbo argumentum,3.Surd.de alim. tit.1.q.42.num.40.& tit.6.q.11.n.2.& 3. Cald.Pereira de nominat.emphyt.q.12.num.26.Cæſar Argel.de contradictore legitimo,q.7.num.3. Cardin. Tuſch.tom.1.lit. A.concl.498.Mari.Anton.vari.*

lib.

Digitized by Google

*lib.*1.*reſol.*1.*nu.*4. Et eſt fortiſſimum, frequens, & vtiliſſimum, *Maſcard.concl.*1280.*num.*65. *Farinac.in praxi crimin.p.*4. *conſ.*30.*nu.*219. *Ioſeph. de Seſſe Aragon.deciſ.*10.*num.*15. Et debet ſumi à tota oratione cum ſuis qualitatibus, ex *Seraphin.de priuileg.iuram.priuil.*1. *nu.*10. *Cardin. Mantic. de tacitis, & ambiguis conuent. tom.*1. *lib.*2. *tit.*14. *numer.*2. Etiam in dictis Doctorum, vt per *Ludou.Rodolph. poſt tractat. de ſuprema, ſeu abſoluta principis poteſtate, concl.*5. *num.*7.

131 Intellige argumentum hoc validum eſſe, quando contrarium non eſt expreſſum in iure, nec abſurdum aliquod reſultat *text. eſt in l.*2.*C.de condit.inſert. & in cap. cum virum de regular.cap.à nobis*,2.*de ſentent. excomm. Doct.in d.l.*1. *ff.de officio eius cui mand. eſt iuriſd. & in d. l.conuenticula, C.de epiſc.& cler. Euerar.d.loco* 4. *Garc.Falcon.reg.*45. *Menoch.de præſumpt.lib.*3.*q.*93.*num.*5. *& lib.*4.*q.*83.*nu.*55. *Fachin.controu. iur.lib.*13.*cap.*3.*cum ſeqq. Valaſc.conſult.*136.*nu.*7. *Gam.Luſit.deciſ.*167.*num.*8.*Card.Mantic.de coniectur. vltim. volunt. lib.*3.*tit.*15.*num.*13. *& tit.*17. *num.*1.*&* 7.*& d.tit.*14.*per totum, Brunor. à Sole in locis commun.verbo argumẽtum* 3. *Guter.pract. lib.*3.*q.*44.*num.*4.*Surd.deciſ.*75.*num.*7. *& conſ.*25. *num.*37. *Ioſeph. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib.*2.*cap.*28. *num.*32. *Morl.in empor.iur. p.*1.*tit.*1.*q.*3.*num.fin. & tit.*5.*q.*1.*nu.*41. *P.Sanch.de matrim.lib.*6.*diſp.*21.*num.*9. *Seraphin.d.priuil.*1.

Digitized by Google

num.6. Ignat. del Villar in ſylua reſponſ. reſp.16. cap.3. num.10. Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 146. nu.13. Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ. 4. num. 304. Anton. Monach. Bonon. deciſ. 67. num. 38. Sayr. de cenſur. lib.5. cap.18. num.18. Card. Tuſch. d. concl. 498. à n.84. Hieron. Ferdinandez de Otero in interpret. cap. fin. de pactis, nu.62. Etiam ad legum correctionem ſumendum eſt, quoties lex, ſtatutum, ſiue teſtatoris diſpoſitio in ſenſu directo nihil operari poſſunt, vt per *text. in auth. ex teſtamento, iuncta l.1. C. de collat. l. dos a patre, C. ſolut. matrimon.* & plures quos citat, reſoluit *Pichard. d. numer.*132. Si tamen hoc argumentum ſumatur ex noua diſpoſitione, etiam ſi inducatur iurium correctio, validum eſt, dummodo in ſenſu directo noua diſpoſitio non reddatur inutilis, vt per *Ferrer. in conſtitut. Cathalon. gloſ.3. num.* 44. vbi *nu.*45. tenet, quod deſumitur etiam ex coniecturata mente teſtatoris.

132 Valet argumentum hoc, quando verba legis ſunt conditionalia, *Surd. d. q.11. numer.3.* Item in contractibus validum eſt, maximè quando in caſu contrario eſt eadem ratio, *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.55. num.22. & 23. Tuſch. d. concl.498. à nu.11. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.3. q.51. num.9.* vbi *num.*10. reſoluit procedere in contractibus, tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris, cui ſubſcribit *Euerard. d. loco 4.* vbi etiam aſſerit procedere in feudis.

Deinde

Digitized by Google

Deinde procedit in ſtatutis, *Portol. de conſortibus, & fideicomm. legal. cap. 36. num. 17. Ceual. commun. contra comm. q. 336. à num. 2. Tuſch. d. concluſ. 498. à num. 38.* licet aliter teneat Doctor quidam modernus; cujus opinio procedere debet, quando ex vno ſtatuto alterius correctio reſultaret ita *Portol. d. cap. 36. num. 18.* Intellige etiam de ſtatuto, quod diſponat in caſu non prouiſo à iure communi, ſecus verò ſi diſponat circa caſum prouiſum à iure communi, quia tunc regulariter non habet locum hoc argumentum in tali ſtatuto, ad corrigendum ius commune, vt notat *Euerard. d. loco 4. Rota Roman. apud Farin. deciſ. 185. num. 7. tom. 1. par. 1.*

133 Non eſt tamen validum hoc argumentum, quando ex eo ſequitur iurium correctio, *gloſ. in cap. ſignificaſti, de foro compet. gloſ. in clem. 1. verbo obſeruare, de ſent. excomm. Euerard. d. loco 4. Hieron. Ferdinandez de Otero d. interpret. cap. fin. de pact. num. 61. Rota Romana apud Farin. deciſ. 491. nu. 9. tom. 2. p. 1.* Nec admittitur in diſpoſitione concepta negatiuè, *Cacher. Pedam. deciſ. 69. num. 28. Surd. d. tit. 6. q. 15. nu. 7. & deciſ. 185. num. 24. Franciſc. Molin. d. q. 51. numer. 5. & 16.* quamuis contrarium dicat verius *Euerard. d. loco 4.* item nec ſumitur ex verbis narratiuis legis, *gloſ. in l. 1. Cod. quando non petent. part. Brunor. à Sole d. verbo argumentum 3. Euerard. d. loco 4.* Nec etiam procedit ex dictis

Doctorum, *Cardin. Seraphin. Rota Romanæ deciſ. 822. num. 6.* Nec admittitur in deciſionibus Rotæ, *Seraphin. deciſ. 1342. num. 1.* Nec procedit in materia ſtricti iuris, *Seraphin. deciſ. 1466. num. 3.* Vnde non habet locum in priuilegijs per *gloſ. in cap. licet in princ. de priuil. in 6. Euerard. d. loco 4.* Nec valet in pactis, *Franciſc. Molin. d. q. 51. à num. 2. & num. 7.* reſoluit, quod non ſumitur vbi inducta ad vnum effectum diuerſum producerent. Nec procedit, quando per illud eſſet inducenda trebellianicæ, vel falcidiæ detractio. *Ferrer. d. gloſ. 4. num. 303.* Nec quando ex eo reſultaret abſonus intellectus, *Portol. d. tract. de conſortibus, & fideicomm. legal. cap. 1. num. 18. Ioſeph. de Seſſe d. deciſ. 146. nu. 13. Hieron. Ferdinandez de Otero nu. 60. d. loco.* Deinde non procedit, quando in caſu contrario militat eadem, vel maior ratio, *Surd. deciſ. 18. num. 24. P. Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 32. num. 11. Molin. d. q. 51. num. 8.* Nec denique ſumitur in materia irregularitatis, ex *Sayr. d. tract. de cenſur. lib. 7. cap. 5. numer. 16.*

134 Argumentum à contrarijs validum eſt, *Euerard. in topic. legal. loco 75. Cantiunc. loco 13. Ioannes Appellus de ratione explicandi Dialecticam cap. 6. Petr. Andr. Gămar. in Dialectica legali lib. 2. loco à contrarietate, Menoc. conſ. 89. num. 54. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg. 47.* vbi aſſerit procedere, quo ad cognitionem, quia vno cognito contrariorum, cognoſcitur & alterum,

alterum, vt in §.1.*inſtit.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*. Et de argumento à repugnantibus, vide *Cantiunc.loco* 18.

135 Argumentum à correlatiuis validum eſt; *l.1.C.ne liceat potentioribus, l.fin.C.de iudic. viduit.tol.Euerard.in topic.legal.loco* 76.*Cantiunc. loco* 19. *Petr.Andr. Gammar.in Dialectica legali lib.2.loco à correlatiuis, Menoch conſ.*32.*num.*18. etiam in pænalibus, *Surd.de alim.tit.*1.*q.*19.*numer.*4. Intellige, quando militat eadem ratio in vtroque correlatiuorum, *Farinac. in praxi crimin.p.*4.*conſ.*85.*nu.*74. Si verò detur diuerſa ratio, non valet, *l.curatorem, C.de interdic.matrim. Euerard.d.loco* 76.*Surd.d.q,*19.*num.*3.*& num.*10. *& q.*41.*num.*4.*& tit.*4.*q.*44.*num.*28.*& deciſ.*47. *num.*7.*& conſ.*52.*nu.*62.*Menoch.conſ.*119 2 *à nu.*15. *&* 21.*lib.*12.*P.Sanch.de matrim.lib.*6.*diſp.*21.*num.* 9.*Steph.Gratian.diſcept forenſ.cap.*26.*nu.*15.*Luſitanus noſter Franciſc.à Souſa in repet.l.fœminæ, ff. de reg.iur.p.*1.*num.*143.*Anton.Monac.Bonon. deciſ.*51.*num.*14.*Cardin.Seraph.Rotæ Romanæ deciſ.* 1442.*nu.*12.

136 Argumentum de crimine læſæ maieſtatis, ad crimen hæreſis non valet, ita *P.Sanch.in præcepta Decalogi lib.*2.*cap.*28.*nu.*5.

137 Argumentum à definitione validum eſt, *l.*1.§.*dolum, vbi Bart.not.ff.de dolo, l.fin.innct.gloſ. ff.de verb.ſignif.cap.dudum,* 2.*poſt princ.de elect. Euerard. in topic. legal. loco* 44. *Cantiunc. loco* 2. *Ioannes Appellus de ratione explicandi Dialecti-*

D 2

Digitized by Google

cam cap.1. à definitione vocis, *Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib.1. loco 1. Surd. conſ. 304. num.5. Ioan. Petr. Monet. tractat. de diſtribut. quotid. p.1. q.4. n.4. Thobias Nonius ad princip. inſtit. de teſtam. nu.25.*

138 Argumentum de delicto in faciendo ad delictum in omittendo, validum non eſt, *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.31. numer.39.* Nam delictum in omittendo leuius eſt, quam in committendo, vt notatum eſt infra *lit. D. numer.17.*

139 Argumentum à diſpoſitione tacita ad expreſſam valet, quando eſt eadem ratio, *l. cum quid, vbi omnes, ff. ſi cert. pet. Menoch. de præſ. lib.4. q.189. num.97.* nam taciti, & expreſſi idem eſt iudicium, vt dictum eſt infra *lit. T. num.3.*

140 Argumentum à diſpoſitione legis, ad diſpoſitionem teſtatoris validum eſt, *l. non impoßibile, ff. de pact. l. ſeruus hac lege, ff. de manumiſ. l. ſi ita fuerit ſeruis duobus in fin. & ibi Bart. no. ff. de manum. teſtam. l. cum quidam, verſ. quemadmodum enim, Cod. de verbor. ſignificat. Euerard. in topic. legal. loco 52. Cantiunc. in 29. ſpecie loci à ſimili, Menoch. conſ.97. num.24. Surd. conſ. 278. numer.9.* Nam in teſtamentis ſemper voluntas teſtatoris pro lege obſeruatur, *l.1. Cod. comm. de leg. l.3. Cod. de liber. præt:* cum fuerit antiquiſſima lege 12. tabul. ampliſſima teſtatoribus tributa facultas, vt vti quiſq; rei ſuæ legaſſet,

ſet, ita ius eſſet, cuius meminit, *l. verbis* 120. *ff. de verbor. ſignificat. l.* 1. *ff. ad leg. falcid. auth. de nupt.* §. *diſponat collat.* 4. *Iuſtin. in* §. 1. *inſtitut. de lege falcidia, refert Pichard. ad rub. inſtitut. eo tit. de lege falcidia numer.* 15. *& in diſp. de mora numer.* 202.

141 Argumentum à diſpoſitione ſtatuti, ad diſpoſitionem teſtamenti valet, *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 496. *num.* 4. *Menoch. conſ.* 50. *num.* 21. *& conſ.* 95. *num.* 84. *& conſ.* 150. *nu.* 46. *& de præſumpt. lib.* 4. *q.* 83. *num.* 24. vbi *nu.* 25. ſecus aſſerit, ſi non eſt eadem ratio, quamuis de ſtatuto ad teſtamentum non valere argumentum reſoluat *Bened. canon. q.* 35. *nu.* 18. Et è contra valet argumentum à diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem ſtatuti ex *Menoch. d. n.* 21.

142 Argumentum à diſpoſitis in teſtamento, ad codicillorum declarationem validum eſt, *Menoch. conſil.* 333. *numer.* 3. *& numer.* 22.

143 Argumentum à diuerſis ad diuerſa non valet, *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 510. *num.* 2. nam illatio non fit à diuerſis, vt dictum eſt infra *lit. I. nu.* 6.

144 Argumentum à diuiſione validum eſt, *Ioannes Appellus de ratione explicandi Dialecticam cap.* 2. *Petr. And. Gammar. in Dialectica legali lib.* 2. *loco* 8.

145 Argumentum de dote ad legitimam validum eſt, *auth. res quæ, C. commun. de legat.*

Bart.in l.Titio centum, §.Titio genero in fin.ff.de condit.& demonſt.Cald. Pereira in l.ſi curatorem verbo ſine curatore numer.96.C.de in integr.reſtit. min. Thomas de Thomaſettis in florib.legum, reg. 45.vbi aſſerit procedere in caſibus à iure expreſſis & vbi militat eadem ratio. Et è conuerſo valet de legitima ad dotem, vt per *Cald.vbi proxime.* Dos enim ſuccedit loco legitimæ, *Menoch. conſ.8.num.8.Mari. Antonin. vari.lib.2.reſol.27. num.5.*

146 Argumentum de dote ad ſtudium non concludit, vt per *Card.Mantic.de tacitis, & ambiguis conuent. tom.2.lib.13.tit.14.num.5.* quamuis contrarium videatur colligi ex *tex.in l.aſſiduis, §.ſi quis enim, C.qui potio.in pigno.habean.* cum cauſa ſtudij æquiparetur cauſæ dotis, ex *D. Barb.in l.1.ff.ſol.matri.p.7.nu.20.& num.23.& nu.49.cum ſeq & nu.53.*

147 Argumentum ab effectu ad cauſam validum eſt, *l.non codicillum, C.de teſtam.cap.at ſi clerici in princip.de iudic. cap.cum ceſſante de appellat.Euerard.in topic.legal.loco* 77. *Cantiunc.loco* 21.*Ioan.Appell.de ratione explicandi Dialecticam cap.4.de effectu, ſiue officio.*

148 Argumentum de emphyteuſi ad locationem longi temporis procedit, data rationis paritate, ita nouiſſimè *Luſitanus noſter Benedict. Aegid.in repet.l.ex hoc iure, ff.de iuſt.& iure par.* 1.*cap.9.num.*8. Æquiparatur enim locatio longi temporis emphyteuſi, vt per *Pinel. in l.1.p.3.nu.*

64.

Digitized by Google

64. C. de bonis mater. Valaſc. de iure emphyt.q.29. num.6.Sarm.lib.3.ſelect.cap.2.num.31.Card.Mantic.de tacitis,& ambiguis conuent. lib.22. tit.2.nu. 55.P.Mol.de iuſtit.tract.2.diſp.445.verſ. hinc oritur,P.Leſſi.eod.tract.lib.2.cap.24.dub.1.numer.4. Ioan.Martius à Coſta in addit.ad tractat.libellorum annotat.15.num.9.Cald. Pereira quaſt.forenſ. lib.1.q.10.num.8.Bartholoma.Pereit.ad extrauag. ambitioſæ, de rebus eccleſ. non alien. cap.2.numer. 38.

149 Argumentum de emphyteuſi ad feudum validum eſt, *Menoch. conſ.16.num.2.* Et è contra de feudo ad emphyteuſim valet, quãdo datur eadem ratio, & iuris regulæ non repugnant,*l.1.§.fin.iuncta gloſ.ff.ſi ager vectigal. cap.1. §.rei autem, de inueſti. de re alie.fac. in vſi.feudo. Euerard.in topic.legal.loco 12.Cantiunc.in 2.ſpecie loci à ſimili,Tiraq.le mort.p.4.declarat.6. num.2. Cou.vari.lib.2.cap.18.num.1.Brunor.à Sole in locis commun.verbo arguere 1.Menoch.conſi.111.num.59. & conſ.129.nu.2.Surd.deciſ.188.nu.5.& deciſ.290. nu.15.& conſ.75.nu.13.& conſ.208.nu.9.& conſ.338. num.33.& conſ.402.num.24.& de alim.tit.4.q.10. nu.15.Valaſc.de iure emphyt.q.39.nu.19. Cald.Pereira de poteſt.eligendi cap.11.num.43. & de nominat.emphyt.q.17.nu.28.& de renouat. emphyt. q.9. nu.17.& de extinct.emphyt.cap.3.nu.1.Anton.Monach.Florent.deciſ.61.n.3.Caſar.Argel.de contradictore legitimo q.16.nu.18.Melchior Phæb.Luſit. deciſ.13.nu.7.Cardin.Tuſch.tom.1.lit.A.concl.507.*

Digitized by Google

*nu.*34. De feudo vero ad alios contractus non valere argumentum aſſerit *Seraph. de priuil.iuram.priuil.*49.*nu.*24.

150 Argumentum de emphyteuſi ad maioratum valet, niſi detur diuerſa ratio, ita *P.Molin.de inſtit.tract.*2.*diſp.*631.*nu.*1. *Melchior Phæb. Luſit.deciſ.*96.*nu.*8.

151 Argumentum de emphyteuſi ad vſumfructum validum eſt,vt per *Cald. Pereira de renouat.emphyt.q.*18.*nu.*15.*D.Barb.in l.diuortio,* §.*fin.p.*2.*nu.*49.*ff.ſolut.matrim.*

152 Argumentum ab ethymologia plurimum ad rei ipſius,de qua agitur naturam,& eſſentiam declarandam conducere ſolet, vt per *Sayr.de ſacram.in genere lib.*1. *cap.*1. *in princ.* Ethymologia nanque veriloquium appellatur ab ethymon,quod Grece verum dicitur,ſecũdum *Cic. in topic. Quintil. inſtit. lib.*1. *Agricol. Dialectica inuent.lib.*1.*cap.*23. & optimis exemplis oſtendit *Fonſec.inſtit.Dialect.lib.*5.*cap.*2. Et licitum eſt,ac validum in iure, & nondum probabile,ſed vtile,& multum frequens , *l.*2.§.*appellata.ff.ſi cert.pet.l.*1. *ff. de furt. l.*1.*ff.de acquir. poſſeſſ.l.*1.*ff.de iuſt.& iure,l.*1.*ff.de teſtam. l.*1.*ff.de nouat.l.*1.*ff.de pact.princ.inſtit.quibus mod. re contrah.obligat.princ.inſtit.de teſtam.Euerard.in topic.legal.loco* 6.*Cantiunc. loco* 3.*Petr. Andr.Gammar.in Dialectica legali lib.*1.*loco* 3.*Garc. Falcon. reg.* 46. *Thobias Nonius ad princip. inſtit. de teſtam.n.*31.*Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*9.§.1.*nu.*5.

Luſi-

Luſitanus noſter Benedict. Aegid. in repet. l. 1. C. de ſacroſanc. eccleſ. p. 1. in initio nu. 14. Pichard. in diſp. de mora nu. 5. Flamin. de confident. q. 26. nu. 8. Ioan. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotid. par. 1. q. 1. n. 7. vbi *n.* 8. intelligit modo negatiuè concipiatur, quem ſenſum præſtant etiam *Euerard. d. loco* 6. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 38. Non valet tamen, vbi repugnat communis vſus loquendi, *Euerard. vbi proxime Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 13. *nu.* 53. ſed non concludere neceſſariò aſſerit *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. conc.* 500. *num.* 1. De argumento ab alluſione vocabuli, quod arrideat, ſed non concludat, reſoluit *Anton. Monach. d. deciſ.* 13. *nu.* 52. Et quod neque affirmatiuè, neque negatiuè neceſſario concludat probat *Thobias Nonius ad princip. inſtit. de teſtament. num.* 30. Imò alluſionem damnant antiqui omnes, vt oſtendit *Rip. in d. l.* 1. *nu.* 18. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & ex *Cic. contra Stoicos Cuiac. obſeruat. lib.* 1. *cap.* 37. Et argumentum à vi verbi validum eſſe notari ſolet, vt per *Mandoſ. ad regul. Cancel. reg.* 2. *q.* 5. *nu.* 5. *Pichard. in diſp. de mora nu.* 5. quod vtique negatiuè omninò eſt efficax, non affirmatiuè, niſi ratio inuentionis vocabuli aliud inducat, aut ab eo, quod olim, & frequentius obſeruatur deductum ſit ex eod. *Pichard. in* §. 1. *n.* 11. *inſtit. de tutel.*

153 Argumentum de exhæredatione ad inſtitutionem non valet, ita *Luſitanus noſter Emmanuel Figueira de Nigreiros in in-*

troduct. vltimarum voluntatum lib. 2. cap. 5. numer. 9.

154 Argumentum ab experientia validum eſt, *Surd. conſ. 132. n. 23.* Experientia enim eſt omnium rerum mater, & magiſtra, vt infra notatum eſt *lit. E. nu. 29.*

155 Argumentum de falcidia ad trebellianicam, & è cõtra in iure admittitur, l. *Marcellus, verſ. quod autem, ff. ad Trebell. l. iubemus,* C. *eod. l. 1. ff. de legat. 1. Euerad. in topic. legal. loco 16. Cantiunc. in 6. ſpecie loci à ſimili. Ferr. in conſti. Cathalon. gloſ. 4. nu. 31.* Appellatione enim falcidiæ, trebellianica quoque continetur, ex *tex. in l. in quartam, & ibi doct. ff. ad leg. falcid.*

156 Argumentum de feudis ad maioratum confici poteſt, *Gam. Luſit. deciſ. 51. nu. 5.* Non eſſe tamen validum, niſi in feudis ſit expreſſum aliquod ius commune dicit *Molin. de primog. lib. 1. cap. 7. à princ. & num. 5.* Vel niſi detur eadem ratio, & iuris regulæ non repugnent, de quo etiam *Cou. lib. 2. vari. cap. 18. nu. 1.*

157 Argumentum à feudo ad regnum valet, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 7. nu. 1. Alex. Rauden. de ſucceſſ. Regni* Portug*al. reſp. 2. num. 96.*

158 Argumentum de feudo ad ius patronatus validum eſt, vt per *Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori. eccleſ. deciſ. 199. num. 223. & deciſ. 220. nu. 319. in 1. edit. & reſolut. 181. nu. 4. in 2. edit.* quo ad modum ſuccedendi, vt poſt *Card. in clem. pluries col. fin. de iure patr.* tenẽt *Lambert. lib. 1. art. 8.* q. 3.

Digitized by Google

q.3.princip.1.p.& Decian.conſ.32.num.12.lib.1. Et è conuerſo de iure patronatus ad feudum, *Menoch.conſ.161.num 43.*

159 Argumentum de feudo ad fideicommiſſum valet, *Menoch.conſ.89.num.65.& conſ.116.num.29.& conſ.124.num.39.& conſ.161.num.40.& conſ.315.num.38.* vbi limitat. Et è contra à fideicommiſſo ad feudum, *Menoch.conſil.16.num.3.& & conſ.104.num.60.& conſ.400.num.42. Surd. conſ.427.num.37.*

160 Argumentum à fideicommiſſo ad maioratum valet, *Peralt.in l.3.§.qui fideicommiſſa, num.91.ad fi. ff.de hared.inſtit.Mol.de primog.lib.1.cap.1.num.7.Valaſc.de iure emphyt.q.50.num.29.* Fideicommiſſum enim familiæ relictum in omnibus fere aſſimilatur maioratui tamquam ſanguinis ſucceſſioni, vt ex omnibus Hiſpanis doct.tradit explicans *Molin.vbi proximè*, & alij, vt per *Ioann.Garſi.de expenſis cap.16.num.3.in fine.*

161 Argumentum de fideicommiſſo ad regnum, vel aliam ſucceſſionem debitam ex cauſa neceſſaria valet, vt per *Alex. Rauden. de ſucceſſ.regni Portugal.reſp.2.num.36.*

162 Argumentum de fructuario ad emphyteutam validum eſt, vt per *Cald. Pereira de renouat. emphyt.q.18.num.15. D.Barb. in l.diuortio in princip.p.2.nu.19.ff.ſolut. matrim. Valaſc.de partit.cap.31.num.8.& 9.*

163 Argumentum à gabella ad laudemium

valet, *Doct.in l.ab emptione,ff.de pact. Surd.deciſ.* 31.*numer.*10. *Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.cap.* 180.*nu.*10.

164 Argumentum de genere ad ſpeciem validum eſt, *l.*1.*ff.ſi cert.pet. Euerard. in topic.legal.loco* 6.*Cantiunc.loco* 7. *Petr.Andr.Gammar. in Dialectica legal.lib.*1.*loco* 7. Valet tamē affirmatiuè prædicamentaliter, non illatiuè, ex *Ludou.Rodolphin.vari. quæſt.lib.*2.*q.*51.*num.*22. Et quod valeat negatiuè ſumptum, non verò affirmatiuè reſoluit *Thobias Nonius ad princip. inſtit.de teſtam.nu.*32. Et è contra de ſpecie ad genus valet argumentum, *Euerard. loco* 7.*Cantiunc.loco* 8.*Gammar.loco* 8.

165 Argumentum ab impoſſibili validum eſt, *l.ſi deceſſerit,ff.qui ſatiſd.cog. Euerard.in top. legal.loco* 78. *Petr.Andr.Gammar.in Dialectica legali lib.*1.*loco* 16.*Menoch.conſ.*332.*nu.*10. *&* *conſ.* 339.*num.*8.

166 Argumentum ab incluſione vnius ad excluſionem alterius valet, *Menoch.conſ.*14.*nu.* 14. *&* *conſ.*98.*nu.*76. nam incluſio vnius eſt excluſio alterius, vt notatum eſt infra *lit.I. nu.*17. Non procedit, vt abſurdum euitetur, *Menoch. conſ.*82.*num.*49.

167 Argumentum ab inconuenienti eſt efficax, vt per *Euerard.in topi.legal.loco* 92. *Marc. Anton.Genu.in pract.eccleſ.q.*160.

168 Argumentum de iudiciis ad vltimas voluntates validum eſt, *l.qui teſtamento,* §.*quacunque,*

Digitized by Google

cunque verſ.in omnibus, ff.de teſtam. Cantiunc.in topic.legal.in 11.*ſpecie loci à ſimili, Menoch.conſ.* 161.*num*.10.*Cald.Pereira de empt.cap.9. num*.14. Et è contra ab vltimis voluntatibus ad iudicia, *l.2.§.1.ff.de tutel. diuiden. Cantiunc. vbi proximè: Cardin. Tuſch.tom.1.lit. A.concl*.507.*nu*.3. *Euerard.in topic.loco* 21.vbi intelligit ſi formetur affirmatiuè rationem adducens, quia quod poteſt teſtator, poteſt & iudex, ex *text.in l.non eſt mirum,& ibi Bart.ff.de pign.act.l.ſolent,vbi gloſ. & Bartol.ff.de alim.& cib.leg.l.ſeruus hac lege,ff. de manumiß.*

169 Argumentum de iudicijs ad arbitria valet,*l.1.ff.de arbitr.Cantiunc.in topic. legal.in* 1.*ſpecie loci à ſimili, Euerard. loco à iudicijs ad arbitria.*

170 Argumentum à iuriſdictione temporali ad terminos eccleſiarum non procedit nouiſſ.*Rota Romana apud. Farin. deciſ*.441. *num*.8. *Card.Seraphin.Rota Romana deciſ*.1422.*nu*.17.

171 Argumentum de iuriſdictione territorij ad dominium rerum particularium non valet *Sbrozz.de Vicario Epiſcopi q*.55.*nu*.28.*Narbona de appellat. vicarij ad epiſcopum p*.1. *nu*.92. *nouißima Rota Romana apud Farin.deciſ*.696.

172 Argumentum de legato ad donationem validum eſt,quia legatum eſt quędam donatio,*l.legatum* 119.*ff. de legat*.1. §.1.*inſtit. de legat. Gilber. Coſtan. lib*.1. *quæſt. capit*.14.*à princip. Gom.vari.tom*.1.*cap*.12.*nu*.3. *Donel. comment.iur.*

Digitized by Google

ciuil.lib.8.cap.1. Cardin.Mantic.de coniect.vltim. volunt.lib.1.tit.4.num.9.Card.Tuſch.tom.1.lit. A. concl.495.num.3.& concl.511.num.4.Mari.Anton. vari.lib.1.reſol.59.num.5.

173 Argumentum à legato ad beneficium valet, *l.legatum, ff.de legat.2. cap.quia diuerſitatem, de conceſſ.preben. Cardin.Tuſch.tom.1.lit.A. concl.506.nu.3.*

174 Argumentum de legato libertatis ad legatum piæ cauſæ validum eſt, *Menoch.de præſumpt.lib.4.q.116.n.31.*

175 Argumentum de legibus communib. Romanis ad ordinationem ſucceſſionis regnorum valet, *Alex.Rauden.de ſucceſſ. regni Portugal.reſp.2.nu.63.& 64.*

176 Argumentum de legitima ad debitum ex ſtatuto validum eſt, vt per *Surd. deciſ.119. num.7.*

177 Argumentum de legitimatione ad adoptionem valet, *not. in l.in adoptionem la 1.C.de adopt. & in l.1. ff.ad municip. reſoluunt Gom.l.9. Tauri nu.62.verſ.ſecundo, Surd.conſil.317.num.33. D.Barb.in l.quæ dotis nu.164.ff.ſolut.matrim.*

178 Argumentum de libertate ad legitimationem validum eſt, vt per *Tiraq.in l.ſi vnquam verbo donatione largitus num.287.C.de reuocandis donat.*

179 Argumentum de libertate ad pias cauſas, & è contra procedit, *l.1. §.ſin autem, C.de com. ſeruo manum. l. contra, C.de teſtam. manum.*

Digitized by Google

num. l. cum inter, Cod. de fideicom. libert. l. 2. tit. 22. p. 4. & ibi Gregor. & in l. 3. verbo raſon, tit. 12. part. 5. Eucrard. in topic. legal. loco 23. Cantiunc. in 13. ſpecie loci à ſimili, Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 17. num. 4. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ in præfat. verſ. item legatum libertatis pag. 15. & priuil. 9. ad fin. & in l. ſi vnquam, verbo donatione largitus numer. 269. & nu. 329. C. *de reuocandis donat. & de iure mariti, gloſ. 8. num. 166. Benedict. Aegid. in repet. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. p. 3. § . 2. num. 16. & p. 5. § . 3. num. 2. verſ. cuius tex. Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 507. nu. 32.*

180 Argumentum à locatione ad ſocietatem non valet, vt per *Menoch. conſ. 122. nu. 80.*

181 Argumentum de loco ad perſonam, & è contra validũ eſt, *l. 1. § . Of filius, ff. ne quis eũ qui in ius voc. eſt vi exi. iunc. l. 2. eo tit. cap. peruenit. iunct. capit. cum eccleſia, de immunit. eccleſ. Euerard. in topic. legal. loco 41. Cantiunc. in 28. ſpecie loci à ſimili, Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 505. n. 3.*

182 Argumentum de loco ad tempus valet, *l. vinum, vbi Bart. n. 2. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. admonendi nu. 201. ff. de iureiur. Euerard. in topic. legal. loco 48. Mari. Anton. vari. lib. 2. reſol. 40. nu. 8. & lib. 3. reſol. fin. num. 6. Menoch. conſ. 132. num. 12. Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ. 2. num. 148. D. Barb. in l. hæres abſens in princip. numer. 169. ff. de iudic. Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 505.* Non valet tamen, vbi ſubeſt ratio diuerſitatis, *Iaſ. in l. etſi inutiliter num. 10. C. de fideicomm.* quem citat

in fi. ff. de aqua plu. l. non ideo, C. de hæred. inſtit. l. maritus, vbi docto. C. *de procurato*. Et cauſa determinat ſuum cauſatum, *Surd. conſ.* 454. *nu.* 30. Deinde cauſa vbi pendet, cauſatum pendet, *l. ſed etſi quis, ff. de vſufr.* Cauſatum tanto dignius eſt, quanto à digniori cauſa procedit, *cap. 2. de præb. in 6. l. reſtituendæ in fi. cum gloſ. C. de aduoca. diuerſo. iudi.* Fauorabilius ſemper eſt cauſatum propinquius, quam remotius, *l. ſuus quoque, ff. de hæred. inſtit. l. Publius*, §. 1. *ff. de condit. & demon.* Omne ius potentius eſt in cauſa, quam in cauſato, *l. digna vox, C. de legi. Paul. conſ.* 129. *vol.* 1.

11 Cauſa ceſſante, ceſſat eius effectus, *l. adigere*, §. *quamuis ff. de iure patron. l. ſi pater. ff. de hæred. inſtit. l. generaliter, C. de epiſcop. & cler. l. cum te, C. de pactis inter emptorem, cap. magnæ in fine de voto, cap. cum ceſſante* 60. *de appellat.* de cuius principij intellectu agunt *Tiraq. in ſpeciali tra. ceſſante cauſa per totum*, & de *iure primog. q.* 40. *num.* 170. *cum ſeq. Duenh. reg.* 82. *Thomas de Thomaſettis reg.* 71. *& regul.* 271. tradunt *Brunor. à Sole in locis commun. verbo cauſa* 2. *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo cauſa num.* 2. *Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.* 10. *num.* 2. *cum ſeqq. P. Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 30. *numer.* 12. *cum ſeqq. Ludou. Rodolphin. vari. quæſt. lib.* 2. *q.* 35. *numer.* 10. *Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 1. *capit.* 15. *numer.* 3. *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.* 5. *numer.* 13. *& q.* 10. *nu.* 27. *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 62. *num.* 17. *Anto.*

Digitized by Google

*Monach.Lucenſ.deciſ.14. num.18. & deciſ.21.nu. 22.& Florent.deciſ.1. num.61. Rota Romana apud Farin.deciſ.437.numer.3.tom.1.p.1. Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.185.num.102.Scac. de appellat.q.5. num.117.Cardin. Tuſch.tom.1.lit.C.concl.*202. Intellige de ſola cauſa finali, *P.Sanc.in præcepta decalogi lib.4.cap.2.nu.42.Euerard.in topic.legal. loco* 85. Intellige etiam vbi cauſa expreſſa eſt in lege, vel ſtatuto, *Ludou. Rodolphin. d.q.35. num.* 16. Amplia in foro animæ, *Tiraq.d.tract.ceſſante cauſa p.1.nu.*18. Limita, quando cauſa produxerit effectum perfectum, & conſumatum, *l.fin. in princip.ff. vnde liberi, l. ſancimus, C.de adminiſtr.tuto.Tiraq.d.tract.ceſſ.cauſ.limit.12.n.2. Gam. deciſ.27. num.4. Valaſc. conſ.57. nu.1. Thomas de Thomaſettus d. reg.271. Franciſc. Molin. d.lib.3. q.25.nu.*34. vbi *nu.*33. idem aſſerit iure iam radicato. Limita etiam in cauſa impulſiua, *Tiraq.vbi proximè limit.1.nu.2.Hyppol.l.ſi quis iudicum nu. 2.& 3.ff.de quæſtio. Rodolphin.d.q.35.nu.10. Euerard.d.loco.Rota Rom.apud Farin.deciſ.387.nu.6. tom.2.p.1.* Limita deinde quoties cauſa requiritur certo aliquo tempore, ſi eo enim tempore fuit, licet poſtea ceſſet, non tamen ceſſat effectus, *l.ſi quis hæredem, C.de inſtit.& ſubſtit.latè Tiraq.d.tract.cauſa ceſſ.in 4.limit. Galet.in margarita caſuum conſcient.verbo cauſa.*

12 Cauſa limitata limitatum producit effectum, *l.in agris, ff.de acquir.rer.domin.l. cancellauerat, ff. de his quæ in teſtamen. delent. l. 2. vbi Bald.*

Bald.ff.de ſeruis export.l.ex facto , §.item quæro, ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.l.cum pater, §.dulciſsimis.ff.de leg.2.l. age cum Geminiano , C.de tranſact. cap.ea noſcitur, de ſentent. excom.latè Tiraq. in tract.ceſſante cauſa p.1.nu.147.& de retract.lig. , §.32.gloſ.1.num.49. Surd.conſ.10.nu. 49.Ugolin. de offic. & poteſt. epiſcopi cap.57.§.2.num.6.verſ. tertio Epiſcopus. Gonzal. ad reg.8. Cancel.§.5. proœm.num.6.Stephan.Gratian.Marchiæ deciſ.56. nu.5. Aloyſ.Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 518.nu.5.& deciſ.curiæ Archiepiſcop. Neapol.par. 1.deciſ.29 nu.7.Brunor.à Sole in locis commun.verbo cauſa 9. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo cauſa num.3. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.10.num.168.& num 224.& q.4.num.52. & q.8.n.11.& q.3.n.108.Guter.pract.lib.3.q.31.nu. 7. Mari.Anton.vari.lib.1.reſol.108. num.18.Rota Romana apud Farin. deciſ.690. numer. 9. tom.2. p.1.

13 Cauſa proxima magis attenditur, quam remota,*l.ſed etſi plures, §.in arrogato, ff.de vulg. & pupil.ſubſtit. l.ligni in fi.ff. de lega.3. Tiraq.de retract.lig.§.36.gloſ.3.num.19.Luſit.Benedict. Aegid.in repetit.l.ex hoc iure, ff.de iuſtit. & iure p.1. cap.6.num.54. Aloyſ.Ricci.deciſ.curiæ Archiepiſc. Neapol.p.1.deciſ.216.nu.3.Franciſc.Galet.in margarita caſuum conſcien.verbo cauſa.*

14 Cauſa remota, quæ non eſt immediata, non debet attẽdi, *Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſio. 187.numer.68.* Cauſa mediata non multum re-

mota, æque conſideratur, vt proxima, *l. vxori quis in fi. ff. de auro, & arg. leg. Aret. conſ. 6. circa fin.*

15 Cauſa naturalis potentior eſt, quam accidentalis, *l. qui habent, ff. de tutel. l. filio quem pater, ff. de liber. & poſth. cap. præſenti, §. idem, de præben. lib. ſexto, Gom. vari. tom. 1. cap. 5. nu. 34. & cap. 6. nu. 8. Menoch. conſ. 1. nu. 16. Ceual. commun. contra commun. tom. 4. q. 905. num. 53. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. C. concluſ. 147. Mendez a Caſtro in praxi, Luſitan. lib. 2. cap. 3. num. 20. Franciſc. Galet. in margarita caſuum conſcientiæ verbo cauſa.* Finita cauſa naturali, attenditur accidentalis, *l. 1. C. de curatore furi.*

16 Cauſa naturalis præualet ciuili, *l. fin. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt*, cum pluribus doctoribus, quos infra citaui *lit. V. n. 14.*

17 Ex cauſa de nouo ſuperueniente licitum eſt ab omni diſpoſitione recedere, *l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrogator. action. cap. non debet, de conſanguinit. & affinit. cap. ſuggeſtum, de decimis, Ancha. conſ. 83. prima facie, Deci. conſ. 335. viſo conſilio, vol. 2.* cum alijs, quæ notaui infra *lit. E. num. 8.*

18 Cauſa, quæ nocet inſpicitur, non quæ prodeſt *l. ſi quis in graui, §. vlt. cum l. ſeq. ff. ad Silan. l. 3. ff. de ſuſpect. tutor. Felin. in cap. 1. col. 5. in 2. limit. de re iudicata, Surd. conſ. 361. nu. 16. Brunor. à Sole in locis commun. verbo cauſa 14.* vbi intelligit axioma hoc procedere, quando ambæ

cauſæ

cauſæ eſſent æqualis potentiæ, ſecus quando ea, quæ prodeſt eſſet potior, & per eã actus eſt factus principaliter, ad hoc eſt *tex. in l. 3. §. ſi quis palam, ff. de iure fiſci.*

19 Cauſæ continentia diuidi non debet, *l. nulli, C. de iudic. cap. fin de reſcript. Bart. in l. eum quem temere in fine princip. ff. eod. tit. de iudic. & in l. à Diuo Pio, §. 1. nu. 2. ff. de re iudicata, Boer. deciſ. 69. num. 24. & 25. Menoch. de arbitr. iudicum caſu 371. num. 2. cum ſeqq. & conſ. 130. num. 1. Bernard. Græu. ad pract. cameræ imper. lib. 1. concl. 32. & concl. 33. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. C. conc. 159. & tom. 2. concl. 976. Trentaſinq. vari. reſol. lib. 2. tit. de iudicijs, reſol. 3. à numer. 1. Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib. 3. cap. 3. nu. 13.*

20 Certus qui eſt, amplius certiorari non debet, *l. 1. ff. de act. empt. cap. eum qui, de reg. iur. in 6. gloſ. cognouerunt in princip. in cap. cum inter 18. de elect. Tiraq. de retract. lig. gloſ. 2. §. 36. num. 24. Rimin. iun. conſ. 238. nu. 37. vol. 3 Surd. conſ. 272. nu. 12. & deciſ. 288. nu. 44. Menoch. conſ. 825. nu. 11. vol. 9. Theſaur. deciſ. 221. in fin.* Paria ſunt aliquid eſſe certum per ſe, vel per relationem ad aliud, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.*

21 Charitas bene ordinata incipit à ſe ipſo, *l. præſes. C. de ſeruit. l. qui ſeruandarum. ff. præſcript. verbis, cap. ſi non licet, 23. q. 5. cap. niſi ſpecialis, vbi gloſ. verbo eligemus de auctorit. & vſu pallij, cap. dilecto de præben. cap. licet 3. vbi gloſ. verbo videamur, de tempor. ordin. Duenh. reg. 33. Surd. de alim.*

Digitized by Google

tit.1.q.94.nu.1.& tit.7.q.8. & q.29.nu.1. & deciſ. 236.nu.21. & conſ.205.num.12. & conſ.345.nu.28. Guter.de tutelis p.3.cap.2. num.1.in fine, Flamin. de reſignat.tom.2. lib.9. q.17.num.117. Petr. Alphonſus de Vaſconcellos in harmonia rubricar. iuris canonici ad rub.de auctorit. & vſu pallij num. 14. *Cald. Pereira quaeſt.forenſ. in comment.ad tit. inſtit. de inoffic.teſtam.in princip. num.21. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.131. nu.3. in 1.edit. & reſol.116.num.3.in 2.edit.& reſol.518.nu. 4. Ioan. Maria Bellet.diſquiſit. clerical. p.1. tit. de diſciplina clericali, §.27. num.8. pag.159. & ead.p.1. tit.de bonis clericorum §.13. nu.3. pag.533. Ioſeph. de Seſſe Arag. deciſ.36. numer.6. Mari. Anton. vari.lib.3.reſol.42.nu.9.Pichar.ad §.iuris praecepta nu.29.inſtit.de iuſtit.Cardin.Tuſch.tom. 1.lit.C.concl.220. à nu.3.* vbi *nu.5.& 6.* ampliat in tantum, vt quis ex ordinata charitate magis amet ſe in vngue pedis, quam aduerſarium in vertice capitis,quia quis magis ſibi,quàm alteri prouidere debet, ex text. in *l.ſi quis liberis, §. fin. ff. de liber. agnoſc.* Vnde dolo facere non videtur, qui ſe plus altero diligit, *Crau. conſ.8. num.18.*

22 Circuitus inutiles ſunt vitandi, *clem. auditor, de reſcript. Menoch. conſ.68. num.19. Tiraq. de retract. tit.2. §.2. gloſ.1. numer.24. & numer.71. Vincent. de Franch. deciſ.273.ad finem, Card.Tuſch. tom.1.lit. C.concl.229.Franciſc. Molin.de ritu nupt.lib.3. q.81. num.14. Caeſar Argel.*

de con-

Digitized by Google

de contradictore legitimo q.5. nu.5. & num.94. & q.7. num.113. & q.8. num.5. & q.10. nu.135. & num. 223. & q.17. numer.30. Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.25. nu.87. Thomas de Thomaſettis regul.73.

23 Claris ſtandum eſt, *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.55. num.16.* Et ceſſant præſumptiones, *idem Anton. Monach. Florent. deciſ.51. num.49.* Et non eſt opus coniecturis, ex *eod. Ant. Monach. Florent. deciſ.1. numer.20. & deciſ.23. nu.16. Bertazol. in repet. l. ſi quis maior, C. de tranſact. nu.* 238. cum aliis, quæ infra notantur *hac ead. lit. num.45.*

24 Commodum eius eſſe debet, cuius eſt periculum, *l. fin. §. ſed cum, C. de furtis, l. ſupervacuam, C. de tempor. in integr. reſtit. l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de action. empti, l. ſecundum naturam, ff. de regul. iuris, §. item pretium, inſtit. de empt. & vendit. Thomas de Thomaſettis reg.* 105. *Pichard. ad §. placebat numer.33. inſtit. de leg. agnat. ſucceſſ.55. Mari. Antonin. vari. lib.1. reſol.23. num.4.* Et incommoda illum ſequi debent, quem & commoda ſequuntur, vt per *Cardin. Tuſch. tom.8. lit. V. concl.374. Eſcobar de ratiocin. cap.42. num.12. & comput.20. nu.14.* Omne enim commodum cum ſuo onere pertranſit, *l. cum fiſco, ff. ad Syllani.* & omne incommodum aliquo commodo compenſandum, *l.3. §. fin. ff. de aqua pluui.*

25 Commune quod eſt, meum non eſt, *l.*

Digitized by Google

nemo ex ſociis, ff. pro ſocio, Rebuff. in comment. ad tit. ff. de verborum ſignificat. ad l. littus eſt 96. verſ. non procedit pag. mihi 413. *Valaſc. conſult.* 64. *num.* 12. *Cald. Pereira de empt. cap.* 10. *nu.* 38. *cum ſeqq. Benedictus Aegid. in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure cap.* 3. *num.* 32. Limitatur in *l. rectè dicimus, ff. de verbor. ſignificat. Surd. deciſ.* 263. *nu.* 2. *& nu.* 7. *cum ſeqq. & deciſ.* 273. *n.* 7. *&* 9.

26 Communi in re melior eſt conditio prohibentis, *l. Sabinus, ff. de communi diuid. l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. in re communi, de reg. iur. lib. ſexto, Surd. conſ.* 43. *num.* 3. *Rendina in prompt. recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 36. *numer.* 14.

27 Communio ſolet excitare diſcordias, & nemo cogitur in communione perſiſtere, *l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. indebiti, l. in re communi, verſ. propter immenſas, ff. de ſeruit. vrbanor. præd. l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat.* 2. *l. ſancimus, §. ne autem, C. de donat. l.* 2. *ibi naturale quippe vitium, C. quando, & quibus quarta pars lib.* 12. *Maſcard. de probat. concl.* 328. *nu.* 2. *Tiraq. de retract. lig. §.* 23. *gloſ.* 1. *n.* 17. *Ceual. commun. contra commun. q. fin. num.* 220. *tom.* 4. *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. C. concl.* 535. *Pichard. ad rub. inſtit. de ſocietate, num.* 18.

28 Conceſſum dicitur quicquid expreſsè prohibitum non reperitur, *l. necnon, §. quod eius, ff. ex quibus cauſ. maior. Campanil. in diuerſ. iur.*

Digitized by Google

*iur.can.rub.7.cap.5.num.*1.cum pluribus aliis infra citatis *lit.P.num.*60.

29 Concluſio potius attenditur ; quam facti narratio , *Cardin.Tuſch.tom.*2. *lit.C.concl.* 558.

30 Conditio inducit formam,qua omiſſa diſpoſitio non ſortitur effectum, *l. Mæuius,l.qui hæredi.ff.de condit.& demonſt.Girond.de priuilegiorum,ſeu exemptionum explicat.num.*667.*Cald. Pereira de poteſt.eligendi cap.*4.*num.*30. *Rota Romana apud Farin. deciſ.*515. *numer.*3.*tom.*2.*p.*1. Et non leuem ſolemnitatem , & formam inducit, *Tiraq.de retract.tit.*2. §.2. *gloſ.*1. *num.*3. & 4. *Menoch. conſ.*60.*nu.*48. & *conſ.*69. *num.*72. *Guter.pract.lib.*1.*q.*17. *num.*11. *Cald.vbi proximè capit.*2.*num.*16. *P.Sanch.de matrimon. lib.*3.*diſp.*5. *num.*2.

31 Conditio nihil ponit in eſſe, & ideo actus conditionalis non valet, niſi exiſtēte conditione, *l.ſi quis ſub conditione,ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta. l.cedere diem, ff. de verborum ſignific.l.ſi quis fundum,ff.de contrah.empt.l.ex facto,ff.de hæred.inſtit.Afflict.deciſ.*355.*nu.*4. *Menchaq. quæſt. illuſtr.cap.*55.*nu.*6.*Surd.de alim.tit.*9.*q.*29.*à num.* 13. & *deciſ.*209. *num.*1. & *conſ.*38.*nu.*24. & *conſ.* 298.*numer.*1. & *conſ.*322.*nu.*26.& *conſ.*423.*num.* 18. *Franciſc.Molin. de brachio ſeculari cap.*18.*nu.* 14. *Cardin.Tuſch. tom.*2.*lit.C.concl.*593. *Mari. Antonin. vari.lib.*1. *reſolut.*56.*num.*3. & *reſol.*88. *num.*4.

Digitized by Google

32 In conditione poſitum, non eſt in diſpoſitione, *l. ſi quis ſub condit. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. Brunor. à Sole in locis comm. verbo conditio.*

33 Conditio debet impleri in forma ſpecifica, *l. qui hæredi, & l. Mæuius, ff. de condit. & demonſt. Menoch. conſil.*1. *numer.*410. *& conſ.*35. *à nu.*4. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo conditio* 5. *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocatorum, verbo eod. num.*3. *Surd. deciſ.*209. *num.*2. *&* 3. *Valaſc. conſ.*82. *num.*11. *verſ. præterea, Flamin. de reſignat. lib.*1. *q.*3. *num.*15. *Mari. Anton. vari. lib.* 1. *reſol.*56. *num.*2. *Ceual. commun. contra commun. tom.*4. *q.*900. *nu.*56. *Cardin. Tuſch. tom.*2. *lit. C. concl.*595. *nu.*4. Et non debet impleri per æquipollens, *Surd. de alim. tit.*5. *q.*3. *num.*16. Et ſi in minimo deficiat, non dicitur illi ſatisfactum, *Flamin. d. q.*3. *numer.*17. Item debet impleri antequam emolumentum quæratur, *Surd. de alim. tit.*9. *q.*16. *num.*55. Et actus habetur, ac ſi non eſſet factus, non purificata conditione, *Flamin. d. lib.*1. *q.*14. *num.*9. Et conditio ſufficit eſſe ſemel impleta, licet non duret impleta, *Brunor. d. verbo conditio* 4. Et habetur pro impleta, quando ſtetit pro illo, cuius intereſt adimpleri, *Cardoſ. d. verbo conditio num.*7. *Rota Romana apud Farin. deciſ.*493. *num.*3. *&* 6. *tom.*2. *p.*1. Et qui dicit conditionem adimpletam, debet probare, *Menoch. de præſum. lib.*4. *q.*182. *Flamin. d. q.*3. *numer.*40. *& lib.*10. *q.*3. *numer.*17.

Et

Et impleta conditione, non datur actio, niſi hoc prius iudici conſtet, *Surd.de alim.tit.8.priuil.77.num.4.*

34 Conditio impedita per tertium, legitimè habetur pro impleta, *l.ſi Titius* 14. *vbi doctor.ff.de cond. & demonſt.l.nepos Proculo* 125. *in fin.ff.de verbor.ſignific.*

35 Conditio fruſtra expectatur, cuius euentus nihil debet operari, *l.ſi quis ita ſcripſerit, ff. de hæred.inſtit.l.cum hæres.* §.*fin.ff.de acquir.hæredit. Gom.vari.tom.*1.*cap.*2.*nu.*12. *prope finem, & cap.*10.*nu.*17.*in fine.*

36 Conditione deficiente, contractus celebratus cenſetur reſolutus ab ipſo initio, *l.neceſſario,* §.1.*ff.de peric.& commodo rei vend. l.pecuniam, vbi Alex.n.*4.*ff.ſi cert.pet. Menoch.conſ.*134.*num.*30.*&* 31.*& conſ.*139.*& ſeq.& conſ.*322.*n.*39.*Surd.de alim.tit.*9.*q.*4.*num.*23.*Flamin.de reſignat.tom.*1.*lib.*1.*q.*3.*nu.*27. Et defectus conditionis habet oculos retro ad tempus diſpoſitionis, *Tiraq.in l.ſi vnquam, verbo reuertatur nu.*277.*C. de reuocandis donat.*

37 Conditione pendente, actus non dicitur perfectus, ſuſpendit enim conditio actum in effectum, vel euentũ conditionis, *l.cedere diem, ff.de verbor.ſignific. Menoch.conſ.*63.*à num.*28.*cum ſeq.Flamin.de reſignat.lib.*1.*q.*3.*nu.*20.

38 Conditio ſemel extincta non reuiuiſcit, *Ceual. commun. contra comm. q.*905. *numer.*70. *tom.*4.

Digitized by Google

39 Connexorum idem eſt iudicium, *l.3. §.iudicio contrario, ff.de contraria act.tutel. l.proinde, ff.ad legem Aquil. l.cum actum ff.de negot. geſt.cap. translato de conſtit.cap. præterea, de offic. deleg. Surd.de alim.tit.9. q.31.nu.16.cum ſeqq. & conſ.196.num.9.& conſ.338.nu.3.& deciſ.199.num. 13. Hieronym. Ferdinandez de Otero in repetit. cap.fin.de pactis num.6. Mari.Antonin.vari.lib. 3.reſol.9.nu.2. Hyppol.ſing.251.nu.1. Cota in memorab. verbo connexorum pag.166. Ioan.Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ.p.3.cap.7.nu.71. Eſcobar de ratioc.in.cap.13.nu.11. Mendez à Caſtro in praxi Luſit.lib.5.cap.1.n.43. Cardin.Tuſch.tom.2.lit. C.concl.626.* Et connexa dicuntur indiuidua, vt per *Surd.d. deciſ.199. num.13.* & connexa reputantur vnum, *Scac.de appellat.q.17.limit.21.ſub nu.25.*

40 Confeſſio eſt probatio omnibus melior, *l.cum te, C.de probat.l.cum à matre, C.de rei vendic. l.generaliter, C.de non numer. pecun. cap. per tuas de probat. cap.ſi cautio, de fid. inſtrument. Sylu. conſ.62. numer.1. Menoch. conſ.21. nu.14. & de interdictis remed.1. recuper. nu.217. & ſeq. Maſcard.de probat.concl.1326. num.4. Surd. deciſ.10.nu.12. & conſ.143.nu.39. Gam.deciſ.165. nu.2. Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.125. nu.31. Cardin.Tuſch.tom.2.lit.C.concl.645. Rota Romana apud Farin.deciſ.436.nu.2. tom.1.p.1. Anton.Monach.Bonon.deciſ.21.nu.8.& deciſ.55.nu.25.* vbi *nu. 26.* intelligit maximè facta in inſtrumento. Et facit

Digitized by Google

facit maiorem probationem, quam publicum inſtrumentum, *Scac. de appellat.q.17.limit.9. nu.20.verſ.limita.* Et plenè probat in his, quæ pendent à voluntate confitentis, *Surd.de alim. tit.8.priuileg.30.nu.11.* Et confeſſio partis omne aliud genus probationis ſuperat, & ſemper admittitur, etiam vbi aliæ probationes non admitterentur, vt per *Marant.de ordine iudic. p.6.art.5. nu.25. Surd.conſ.60.num.1.& conſ.143. num.39. Anton. Monach. Florent. deciſ.1.nu.99.* Et facit rem notoriam, *Maſcard.concl.1326.nu. 4. Stephan.Gratian. diſcept. forenſ.cap.142. nu.9. & 10. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocatorum verbo confeſſio iudicialis nu.36. Farin.in praxi crimin. q.21.nu.31. Cald.Pereira de poteſt. eligendi cap.7. num.23.* Item habet vim publicæ ſcripturæ, *l.cum te,C.de tranſact. Pariſ. conſ.99.nu. 12.lib.3. Roland. conſil.6.num.26.lib.3. Maſcard. concl.1326.nu.4. Flamin. de reſignat.lib.11.q.14. nu.73.cum præced.Cald.d.cap.7.nu.21. Valaſc.de iure emphyt.q.7.nu.27.Gam.deciſ.43.n.1.* Et confeſſio partis eſt fortior ea, quæ fit per teſtes, vel inſtrumenta, *Roland.conſ.71. nu.41. & conſ.75.nu. 24.vol.2. Maſcard.de probat.in proæm.q.7.num.3.* Et vim conuentionis habet, *l.tale pactum, ff.de pactis.*

41 Confeſſio erronea non nocet, & confiteri non videtur, qui errat, *l.non fatetur, ff.de confeſſis, l.error, C.de iur.& fact.ignor.Gom.vari. tom.3. cap.1. numer.66. Surd.conſ.345.numer.17.*

Digitized by Google

Maſcard.de probat.concl.378. Mari.Anton.vari. lib.3.reſol.1.n.63.

42 Confiteri non cenſetur aduerſarii agentis intentionem, qui ad excludendum ius actoris exceptionem opponit, *cap.exceptionem 63.de reg.iur.lib.ſexto,Con.vari.lib.1.cap.1.num.2. verſ. eodem iure, Gom.vari.tom.3. cap.12.num.16. Cacher.Pedam.deciſ.178.n.9.Franciſcus Milanēſ. Siciliæ deciſ.3. nu.46.lib.2. Bellon.Genu. deciſ.38. n.8.& deciſ.91.num.1. Petr.Gregor.Syntag.iuris lib.21. cap.17.nu.3. Stepha.Gratian.Marchiæ deciſ.19.nu.19. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo exceptio nu.26.*

43 Coniecturis non eſt opus in claris, & præſumptio cedit veritati, *l.ille,aut ille,§.cum in verbis,ff.de legat.3. l.non aliter, ff.eod. tit. l.continuus,§.cum ita,ff.de verbor.oblig.l.2.C.de legibus, Menoch.de præſumpt.lib.1.q.31. nu.4. Surd.conſ. 242.num.9.& conſ.454.nu 49.& deciſ.210.num.1. cum ſeq. Flamin.de reſignat.lib.12.q.5.num.16. Mari. Antonin.vari.lib.1.reſol.3.nu.9.& reſol.18. num.9.Rota Romana apud Farinac.deciſ.21. nu.5. tom.1.p.1.Gonzal.ad reg.8. Cancel. §.4.proæm.nu. 68.cum ſeq. Ioan.Franciſ. Leo in theſauro fori eccleſ. p.3. cap.7. num.63. Anton. Monach. Florent. deciſ. 1. num.20. & deciſ.23. num.16. Brunor. à Sole in locis commun. verbo verbum nu.35. Rota Romana apud Farinac. deciſ. 45. nu.5. tom. 1.p.1.* quibus adde, quæ notaui infra *lit.P. numer.36.*

44 Con-

Digitized by Google

44 Conſentire non videntur errantes, & ignorantes, *l.ſi per errorem, ff.de iuriſdict.omn. iudic. Crau.conſ.257.num.2. Cardin. Tuſch.tom.2. lit.C concl.754.* Error enim excludit conſenſum, vt notatum eſt infra *lit.E.nu.*11.

45 Conſentire non dicitur dolo deceptus, *Flamin.de reſignat.lib.*13.*q.*3.*nu.*5.*cum ſeqq.*

46 Non conſentiens videtur contradicere, *l.inuitum* 4.*ff.de ſeruit.vrban.præd.* Et paria ſunt conſentire, vel non contradicere, *l.in adoptionibus, ff.de adoptio.*

47 Conſequens qui vult, vult & antecedēs, *l.ad rem mobilem, l.ad legatum, ff.de procurator.l.qui proprio, §.qui alium, ff.eod.tit.l.illud, ff. de acquir.rer.domin.l.2.§.inſpectio, ff.quemadm. teſtam.aper.l.1.§.1.ff.ſi vſusfruct.pet.l. denique, §. interdum, ff.de pecul.legat.l.legatis, ff.de adim.legat.l.2.ff.de iuriſdict.om.iud.§.idem iuris, inſt. ex quibus cau.manum.non licet. Euerard.in Topic.legal.loco* 85.*Gom.vari.tom.*1.*cap.*3.*num.*23.*Surd.deciſ.*70.*num.*1.*& deciſ.*194.*num.*6.*& num.*32.*& deciſ.*303.*numer.*9.*& conſ.*447.*num.*3. *Pichard.ad princip.inſtit.de acquiſit.per arrogat.num.* 6.*Gonzal.ad reg.*8. *Cancel.gloſ.*5.*num.*53. *Scac.de appellat.q.*2.*num.*26.*in fine Scobar.de ratiocin.cap.*2.*n.* 11.*Cardin. Tuſch.tom.*2.*lit. C.concl.*757. *Vgolin. de offic.& poteſt. Epiſcopi cap.*27.*§.*1.*num.*1. *Rota Roma.apud Farin. deciſ.*44.*numer.*2.*tom.*1.*p.*1.*& deciſ.*105.*num.*5.*ibid. Ioan. Maria Bellet.diſquiſit.clerical.p.* 1.*tit. de fauore clericorum perſonali*

Digitized by Google

§.14. *num.*22. *pag.*265. Et conſequens vult, qui vult antecedens *l.cuicunque* §.*pen.in fine ff.de inſtit.actio.Tuſch.vbi proxime.*Intellige de conſequenti neceſſario *l.cum lex ff.de fideiuſſor.*Et de coniunctis, & vbi militat eadem ratio *Thomas de Thomaſettis reg.*254.

48 Conſequens vbi eſt falſum, antecedens ſubſiſtere non poteſt *l.* 2.§.*mutui datio vbi gloſ. & doct.ff.ſi cert.pet. Euerard. in topic. loco* 97. *in princip. Surd.conſ.*428.*num.*11. Nam ad poſitionem conſequentis, ſequitur poſitio antecedẽtis *l.illud ff.de acquir. hæred.* & deſtructo conſequenti, deſtruitur & antecedens *l.apud antiquos C.de furtis Euerard.in topicis leg.loco* 97.

49 In conſequentiam quæ veniunt, non ſunt attendenda, & ita attendendum eſt quod principaliter agitur, non quod incidenter, *l.*1.*ff. de auctorit. tutor.l.is qui, ff.de liber.cau.l.verum, ff.de furt.l.ſi quis nec cauſam, vbi latè Iaſ.à num.*3. *ad* 23.*ff.ſi cert.pet.l.conditionibus pupillus, ff. de condit. & demon.* cum ſimilibus, de quibus *Mant.dial.*47.*Put.deciſ.*519.*num.*3.*lib.*2.*Mohed. deciſ.*2.*num.*2. *de præb. cum alijs adductis à Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.gloſ.*45.§.1.*num.*35.*quos citat Ioan.Petr. Monet.tract.de diſtribut.quotid.p.*2. *p.*5.*num.*23. multa enim incidenter fieri permittuntur, quæ principaliter denegantur, *l.quoties, C.de iudic.l.cum creditor,* §.*qui furem, vbi Bart. ff.de furtis.*

50 Conſilij natura eſt, vt quamuis excitet

ad de-

ad deliberandum, non tamen obligat ad ſequendum, *l.cum pater 77. §. mando, & ibi Bart. ff. de legat.2.l.1 §. idem Pomponius, vbi gloſ. verbo quia rem, ff. depoſiti. l.1. §. ſi verò ſuaſeris. ff. de pœnis, l. ſi enim, ff. mand. cap. cum olim, de arbitr. Menoch. de præſumpt. lib.6. q.34. nu.25. cum ſeq. Coſt. in l. cum tale, §. ſi arbitratu limit. 11. num.1. ff. de condit. & demon. Cou. in repetit. cap. quamuis pactum, de pactis lib. ſexto p.2. §.2. nu.6. & 7. verſ. ſecundum, & de ſponſal. p.2. cap.3. §.8. numer.3. Pichard. ad §.3. inſtit: de pupil. ſubſtit. num.9. Thomas de Thomaſettis reg. 78. & 196. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 46. numer.36. cum ſeqq. Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo ſine curatore num.106. C. de integ. reſtit. minor. & de nominat. emphyt. q.1. num.39. Acaci. Anton. in comment. ad l.5. num. 67. ff. de condit. & demonſtr. & ad l. Titio centum, §. Titio centum num.64. & 65. ff. eod. tit. plures refert Guter. de tutel. p.1. cap.8. nu.4.* multo plures *P. Sanch. de matrim. lib.1. diſp.34. num. 24.*

51 Conſilium mutare in melius ſapientis eſt, *l. non nunquam, vbi gloſ. ff. de collat. bonorum, inſtit. de legat. in princip. & ibi Angel. Aret. Rebuf. in tract. nominat. q.17. nu.4. Scac. de appellat. q.17. limit.47. memb.1. numer.33. Bertazol. in repetit. l. ſi quis maior, C. de tranſact. num.282.* Et vnicuique licet, *d. gloſ. l. non nunquam. auth. de nuptijs §.1. collat.4. cap. mutare de reg. iuris lib.6. Sur. conſ.167. nu.10. Card. Tuſch. to.5. lit. M. concl.435. Thomas de Thomaſettis reg. 186.* vbi intelligit proce-

Digitized by Google

dere, niſi lex in aliquo caſu reſiſtat, vel niſi mutetur in alterius præiudicium, & damnum.

52 Conſuetudo eſt altera natura, vt ex *Philoſopho* aſſerit *Surd. de alim. tit. 1. num. 7. Franciſco Nuñez de Velaſco en los dialogos de contencion de la milicia y ciencia dialogo 3. pag. 76. ver.*

53 Conſuetudo parem vim habet cum lege, *l. de quibus, ff. de legibus, §. ex non ſcripto inſtit. de iur. natural. gent. & ciuil. cap. fin. de conſuet. l. 2.* C. *quæ ſit longa conſuetudo, cap. conſuetudo 1. diſt. Ioan. Maria Bellett. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum perſonali, §. 3. num. 10. pag. 232. Guid. ſing. 803. Bernard. Grau. ad pract. cameræ imper. lib. 1. concl. 36. Thomas de Thomaſettis regul. 78.* Vnde venit appellatione iuris, *Menchaq. quæſt. frequent. cap. 3. nu. 32.* Item conſuetudo eſt optima legum interpres, *cap. cum dilectus de conſuetud. leg. minimè, ff. de legibus, l. ſi de interpretatione, ff. eod. tit. Syluan. conſil. 88. numer. 27. Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 9. Afflict. Neapol. deciſ. 166. numer. 6. & deciſ. 173. num. 3. Menoch. conſ. 32. numer. 44. & conſ. 390. num. 21. & conſ. 577. num. 2. & 3. vol. 3. Maſcard. de probat. concl. 1415. num. 10. Brunor. à Sole in locis commun. verbo conſuetudo 6. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. eod. verbo n. 3. Cald. Pereira in l. ſi curatorem verbo contractum n. 29.* C. *de in integrum reſtit. min. Rota Rom. apud Farin. deciſ. 642. numer. 15. in fin. tom. 2. p. 1. Ioann. Maria Belett. d. p. 1. tit. de clerico debitore. §. 12. numer. 27. pag. 461. Mendez à Caſtro in praxi.*

Luſit.

Luſit.lib.2.cap.1.nu.12.plures alios referunt Cened. pract.q.3.num.11.Camil.Borrel.in ſum.deciſ.tit.14. num.88. Et eſt interpres priuilegiorum, ac ſcripturarum, quæ ex decennij lapſu interpretantur; *Molin.de primog.lib.2.cap.6.num.57.Guter.pract. lib.3.q.62.numer.26.P.Molin.de iuſtit.tom.3.diſp. 590.coniect.9.* Et conſuetudine poteſt introduci quicquid poteſt per priuilegium concedi, *Card. Tuſch. tom.2. lit.C. concl.*808. Item conſuetudo habet vim pacti, eſtque fortior pacto, & facere poteſt quicquid agere valet pactum, vt notaui ſupra *lit. A.numer.*197. Deinde conſuetudo eſt interpretatiua contractuum, *l.quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff.de ædilit.edic. Magon. Florent.deciſ.56.numer.3. & Lucenſ.deciſ.7.numer.21. Menoch. de arbitr. caſu* 83. *numer.* 10. *Camil. Borrel. d.tit.*14.*numer.*93. Et facit partes contrahere ſecundum eam, *Surd. deciſ.*223. *à numer.*11. Item quælibet diſpoſitio recipit interpretationem à conſuetudine, ex *Surd.de alim.tit.1.q.66.num.* 4. Item conſuetudo poteſt, quicquid poteſt præſcriptio, *Tuſch. d.lit. C.concl.*809. Denique conſuetudo facit licitum, quod aliàs eſt illicitum, *Roland.conſ.58.num.19.lib.4. Ioſeph.Ludou. Peruſ.deciſ.62.nu.14.Seraphin.de priuileg.iuram. priuil.83.nu.56. Guter.pract.lib.3.q.29.nu.22. Mexi.in tract.taſſæ panis concl.3.nu.25.*

54 Contractus ex conuentione partium legem accipiunt, *l.1.§.ſi conueniat, ff.depoſiti, l.contractus, ff.de reg.iur.l.lege, ff. de pact.conuent.*

Digitized by Google

l.1.C.de oper. libert.l.1. C.commod. cap. contractus 85.de regulis iuris lib.ſexto, Surd.conſ.383.num.6. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q.11. nu.19. & quaſt.forenſ.conſ.38.nu.1. Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocat. verbo contractus nu.12.Cardin.Tuſch. tom.2.lit.C.concl.980.Card.Seraph.Rota Rom.dec. 787.num.2. Pichard.ad §.ſi quis alium, inſtit.de inutil.ſtipulat.n.2.Thomas de Thomaſettis reg.83. vbi dicit procedere, quando contractus ſunt legitimè facti. Amplia etiam ſi fuerit conuentum vltra, vel præter naturam contractus, *Rota Romana apud Farin.deciſ.415.num.4.tom.1.p.1.* Et à partium conuentione recipit formam contractus, *Rota Roman. apud eund.deciſ.669.numer.4.tom.2.p.1.*

55 Contractus claudicare non debet, *l.Iulianus, §.ſi quis,ff.de actio.empti, l.ſi cum dies, §. pen. ff.de recept.arbitr.l. Labeo, ff.de verborum ſignific.Surd.deciſ.52.num.9.Menoch.conſ.122.num. 39. Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo hunc contractum nu.4.C.de integ.reſtit. minor. Cardin. Tuſch. tom.2. lit.C. concl. 982. Luſit. Franciſc. à Souſa in repetit. §. actionum, inſtit. de actio. p. 4. num.27. Thomas de Thomaſettis reg.84.* vbi dicit procedere, quando militat eadem ratio.

56 Contractus non debet operari vltra intentionem agentium, *l.non omnis, ff.ſi cert.pet.l. in agris, ff.de acquir.rer.domin.l.2.ff.de his, quæ in teſtamen. delen.l. legata inutiliter, ff.de legat.1.l. cum tale, §.vlt.ff. de condit. & demonſt.l. age cum*

Gemi-

Geminiano, C.de tranſact. Conan. comment.iuris ciuilis lib.7. cap.1. num.13. Gom.l.22. Tauri num. 24.cum alijs ſupra notatis *lit. A.num.* 47.

57 Contractus ab initio eſt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, *l. ſicut ab initio, C.de actio. & oblig.l.in commodato, §.ſicut, ff. commod. l.de contractu, C.de reſcind. vendit. l.quamuis, C.de tranſact.l.non idcirco in fine, ff.de contrahen. empt. l.eo quod.* C. *ſi cert.pet.l. ſi mandauero. §.ſicut, ff. mand.§.pen.inſtit.eod.tit.l. cuius bonis in princip. ff.de curatore furioſi, l.ſi quis argentum, §.fin.*C. *de donat. Tiraq.in l. ſi vnquam verbo libertis nu.* 15. C *de reuocandis donat.Guter.pract.lib.3.q.43. num.14.Flamin.de reſignat.lib.1.q.13. num.7. Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocat.verbo contractus n.8.Card.Tuſch.tom.2.lit.C.concl.983.Card.Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.427. num.1. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.6.* vbi dicit procedere, quando contractus iure ſunt perfecti, ſecus verò ſi ſuperueniat fraus, & dolus, vel ab eis de conſenſu vtriuſque partis recedatur.

58 Contractus aut totus acceptandus, aut totus repudiandus, ***l.cum quæritur, ff.de adminiſtrat.tutor.l.nam abſurdum, ff.de bonis libert. Tiraq.de retract.conuent.ad finem tit.nu.4.cum ſeqq. Stephan. Gratian. diſcept.forenſ. cap.301. num.57. Cald. Pereira quæſt.forenſ.conſ.39.***

59 Contractus omnis, ſeu quælibet diſpoſitio, promiſſio, vel pactum, etiam iuramento

firmata intelliguntur rebus ſic ſtantibus, *l. continuus, §. cum quis, ff. de verborum oblig. l. quod ſeruus; vbi gloſ. ff. de condict. ob cauſam, l. quaro, §. inter locatorem, ff. locati Hyppol. conſ. 76. nu. 31. vol. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam in princip. num. 166. C. de reuocan. donat. Maſcar. de probat. concl. 1131. nu. 27. & 1157. nu. 7. Surd. conſ. 418. nu. 8. & conſ. 445. num. 35. & de alim. tit. 2. q. 15. nu. 187. & tit. 8. priuil. 56. nu. 61. & deciſ. 326. n. 31. Guter. pract. lib. 3. q. 42. nu. 37. & 38. & de tutel. p. 1. cap. 1. nu. 23. Flamin. de reſignat. lib. 1. q. 14. nu. 11. & lib. 3. q. 18. nu. 123. Cald. Pereira in reſp. pro Duce Paſtrana numer. 6. & in reſp. pro D. Roderico à Sylua verſ. ad hec, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 96. nu. 23. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1771. D. Marta de clauſulis p. 1. clau. 127. nu. 1. cum ſeqq. & p. 3. clauſula 73. Rota Romana apud Farin. deciſ. 606. num. 3. in nouiſſ. Hieron. Fernandez de Otero ſelect. interpret. lib. vni. in interpret. cap. fin. de conſuetud. nu. 77. Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. 55. num. 29. & 31. & 32.*

60 Contractus recipiunt interpretationem ex tacita mente contrahentium; *l. in conuentionalibus, ff. de verbor. obliga. Perez tit. 7. lib. 5. ordin. pag. mihi* 188. Et in contractibus potius mens, quam verba ſunt attendenda, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num.* 20.

61 Contractus concluſio attenditur, *l. ſi dominus, ff. præſcript. verb. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 115. nu. 35.* Et vniuſcuiuſque contractus initium

Digitized by Google

initium ſpectandum eſt,& cauſa, *l.ſi procuratorem in princip.ff.manda.l.1.§.non ſolum, ff. depoſiti,l.ſi tamen.ff.ad Maced.*

62 Contractibus omiſſum habetur pro omiſſo , *l.quicquid aſtringendæ, ff.de verbor.oblig. Pariſ.conſ.117.num.6. Surd.de alim.tit.8.priuileg.76. & deciſ.283.nu.5.* cum aliis ſupra adductis *hac eadem lit.num.2.*

63 Contrahentes videntur ſe conformare cum iure, idem procedit in teſtatore , *l.hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell. l.quæro , §.inter locatorem,ff.locati, Menoch conſ.111.nu.17. Maſcard. de probat.concl.1415.à nu.2. Surd.deciſ.2. num.11. Gonzal.ad reg.8. Cancel.glo.5. numer.81. Valaſc. conſult.134.num.11.Gam.Luſit.deciſ.16. num.4. & deciſ.193. num.6. Cald. Pereira de empt. cap.9. num.10. Guter.pract. lib.3.q.70. nu.29.& q.101. num.3. & conſ.18.nu.7. cum ſeqq.* Et cenſentur ſe conformare cum ſtatutis loci, in quo contrahitur, *Card Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.264. num.15.*

64 Contraria ſimul eſſe non poſſunt, *l.mutuis.ff.pro ſocio, l.1. C.de furtis, Menoch.de interdict.remed.3.retin.poſſeſſ.nu.516. Anton. Monach. Lucenſ.deciſ.25.num.6.* Ideo ad poſitionẽ vnius, ſequitur remotio alterius, *l.ſi inter,ff.de except. rei iudicatæ.* Et ſe inuicem elidunt,& mutuo ſe expellunt , & vno poſito remouetur alterum, *Surd.deciſ.24.num.10.& deciſ.92.num.11.& conſ. 211. nu.16.* Item contraria non poſſunt eſſe ſub

eodem ſubiecto, *gloſ. in l. fin. ff. de diuort. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iuris, Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ. 3. num. 5. Bernard. reg. 25. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 2. numer. 59. Franciſc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. cap. 15. numer. 22. Thomas de Thomaſettis reg.* 101. vbi aſſerit procedere ſimul, & eodem tempore, ac eodem ſubiecto, vel ſecundum Logicos in habitibus moralibus, ſecus autem in ſpeculatiuis, vel in concreto, & in realibus, aliter autem in abſtracto, & in imaginatione.

65 Contraria duo poſſunt procedere diuerſis reſpectibus, *Tiraq. de nobilit. cap. 28. numer.* 13. *Farin. in praxi crimin. p. 3. conſ. 30. numer. 62.*

66 Contraria plura incompatibilia ſi concurrant, præualent vltima, *Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. C. concl.* 1011.

67 Contraria allegans non eſt audiendus, *l.* 1. C. *de furtis, l. tranſactione,* C. *de tranſact. l. Titia, ff. de cond. & demonſt. cap. imputari, de fide inſtrum. cap. ſollicitudinem de appell. Menoch. de præſump. lib. 2. q. 41. num. 2. Gregor. l.* 111. *verbo ninguna tit.* 18. *part.* 3. *Cou. vari. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 2. *in fine. Cabed. Luſit. deciſ.* 34. *num.* 9. *p.* 1. *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 54. *numer.* 18. *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo allegatio num.* 4. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 56. *nu.* 11. *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 34. *nu.* 1. *Cardin. Tuſch. tom.* 2. *lit. C. concl.* 1005. *Rendina in promptuar. recept.*

ſentent.

Digitized by Google

*ſentent.tit.*100.*num.*10. vbi cum antiquioribus, quos refert declarat regulam hanc locum non habere, quando quis vult contra diuerſas perſonas experiri.

68 Contrarietas eſt vitanda in omni diſpoſitione, *l.vbi repugnantia, ff.de regul. iur. Surd. deciſ.*276. *nu.*3. *Farinac. in praxi crimin. p.*4.*conſ.*95.*num.*7.*Cardin.Tuſch.tom.*2.*lit.C.concluſ.*1008.

69 Contrariorum contraria eſt ratio, & contrarius effectus, *l.fin.ff.de edendo, l.qui accuſare, ff.de accuſat. Euerard. in topic.legal. loco* 75. *Surd.conſil.*350. *numer.*22. *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.*3.*n.*79.

70 Contrariorum eadem eſt diſciplina, *l.*1. *ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, l.fin. ff. de legat.*3. *l.in fundo, ff. de rei vend. l.inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbor. obligat. l.*1. *§. ſi quis vltro, ff. de quæſtio. l. & ſi contra in fine, ff.de vulg. & pupil.ſubſti. l.nihil tam naturale, ff.de reg. iur.* §.1. *& ibi gloſ.verbo intelligemus inſtit. eo. tit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, §.1. *inſtit.de tutel.cap.intellectum de iureiur.cap.tranſlato de conſtit.Euerard.in topic.legal.loco* 73. *Ariſtot.lib.*7. *topic.cap.*1.*Surd.conſ.*1.*num.*92. *& conſ.*151. *num.* 27. *& conſ.*301.*nu.*22.*Acacius Anton.in comment. ad rub.ff.de cond.& demonſt.cap.*1.*nu.*56. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo contrarietas* 2. *Ceual.commun. contra commun. tom.*4.*q.*897. *num.* 884. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.*52. *numer.*38.

Digitized by Google

*Pichard.ad princip. inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris num.*1. *Mari. Antonin.vari.lib.*1.*reſol. fin.caſu* 51.*Galganet.de condit.& demonſt.p.*2.*cap.* 1.*q.*19.*num.*1. vbi agit de intellectu huius axiomatis.

71 Contrarium effectum non debent operari inducta ad vnum finem, *l.legata inutiliter, ff.de legat.*1.*l.*2.*ante fin.C.de iuram.cal.l.qui hominem,§.fin.& ibi notat.ff.de ſolu.cap.maiores,§.ſed adhuc, & ibi not.de baptiſ. Cardin.Tuſch.tom.*2. *litt.C.concl.*1010.*Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.*3.*n.*136.

72 Contrarium effectum non debent operari inducta in fauorem, *l.legatum, ff.de adim. leg. l.quod fauore, C.de legib.cap.quod ob gratiam, de reg.iur. in* 6. *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.* 2.*nu.*101.*& q.*3.*n.*191.

73 Copulata plura, ſi requirantur ad aliquid diſponendum, non ſufficit vnum tantum interuenire, *l.ſi hæredi, ff.de condit.inſtit. Cardin. Tuſch.tom.*2. *lit.C.concl.*1035.

74 Correctio legum eſt vitanda, vide infra vbi notatum eſt *lit.L. nu.*18.

75 Correctum, quod non eſt, ſtare non prohibetur, *l.præcipimus, C.de appellat.l.ſancimus,C. de teſtam.Surd.deciſ.*195.*num.*6. Lex vna correcta, aliæ, quæ veniunt ad declarationem illius, corriguntur ex toto, *Caſtro in l.fin.nu.*3. *C.de edicto Diui Adri.*

76 Correlatiuorum idem eſt iudicium, &

de vno

de vno diſpoſitum trahitur ad alterum, *l.fin.ff. de acceptilat. l.fin. C.de indicta viduit.tol. l.ſi quis ſeruo,C.de furtis, l.1.C.de tranſact.l.1. C.de cupreſſ. lib.11. Curſius Conimbricenſis in comment.ad Logicam ad cap.7. de relatis in commento attributo 3. Euerard. in topic.loco à correlatiuis num.8. Bellon. tom.1.commun.opin.lib.1.tit.17.de legibus nu.57. & ibi Viui. numer.203. idem Viui. d.1. tom.1it.28. quæ res exportari non debet num.11. Oſaſc.deciſ.115. nu.10. Ioan.Maria Bellet.diſquiſit.cleric.p.1.tit. de exemptionibus clericorum a ſtatutis ſecularium,* §.4. *numer.5.pag.397. Surd. deciſ.*218.*num.*10. *& de alim. tit.1. q.19. num.3. & num.10. & tit.4. q.18. numer.54. & ſeq. & tit.6.q.9. numer.6.& conſ.34. numer.26. & conſ.150. num.120. & conſ.* 201. *numer.3. & conſ.338. numer.4. Cou. in cap. Raynutius,* §.3. *numer.6. de teſtament. Valaſc. de iure emphyt. q.29.in fine, Pinel.in l.2.C.de reſcind. vendit. p.1.cap.2. à numer.1. Boer.deciſ.48.nu.3. & 4. Medic.reg.9. Aldouin. conſ.74. nu.14. Alphan.collect.862. Garc. reg.110.&* 141. *Tiraq. de retract.lign.* §.1.*gloſ.9. numer.171. & ſeq. P. Sanch. de matrimon. lib.1. diſp.54.num.1.& lib.6. diſp.19.nu.10.Farin.in praxi cri.p.7. in fragm.lit. E.nu.235. cum ſeqq. Melchior Phab. Luſit. deciſ.72.nu.8. Benedict. Aegid.in repet.l.ex hoc iure, ff.de iuſtit.& iure p.1.cap.8.nu.4.Ferrer.in conſtit. Cathalon.gloſ.6.n.2.Card.Tuſch.tom.2.lit.C.concl.* 1041.*Bertazol.in repet.l.ſi quis maior,C.de tranſa. n.800.&* 803. Et correlatiuorũ vnum nõ poteſt

Digitized by Google

eſſe ſine alio, *Nau.comment.3.de regular.nu.44.* Et in correlatiuis ſi quid eſt prohibitum vni, videtur & prohibitum alteri, *Menoch. conſ.136. nu.10.& 11.Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.50.nu.12.* Et ex correlatiuis ſublato vno, & alterum cenſetur tacitè ſublatum, *d.l.fin.ff.de acceptilat.l.alteri,ff.de adim.legat. D.Barb.in rub.ff.ſolut. matrim.p.1.num.37.Surd.deciſ.52.n.5. Mari.Anton. vari.lib.1.reſol.56.nu.6.* Et vno expreſſo dicitur expreſſum alterum ex eod. *Mari.Anton.* cum ab eo citatis *lib.3.reſol.9.nu.2.* Regula enim correlatiuorum eſt regula parium, *l.Iulia.§.ſi procurator.ff.de act.emp. Bertaz.vbi proximè nu.* 801.

77 Corporis deformitas, animi deformitatem oſtendit argum. *tex.in cap.cum infirmitas, de pœnit.cap.ſin.41.diſtin. tradunt Tiraq. l.2. connub.gloſ.1.p.2.num.55.D.Auguſt.epiſc.109.ad Monachos; Eſcobar.de ratiocin. cap.32.nu.1. Plaza in epitome delict. cap.25. ſubſcribitque ſententia Cyni relata ab Alexand. conſ.209.ponderatis n.10.verſic. dictus vero iuuenis lib.6.* quod in pulchro corpore pulchra reſidet anima. Nã *D.Ambroſ. lib.2.de Virg.* affirmat ſpeciem corporis ſimulacrum eſſe mentis, figuramq; probitatis, & refert *Lucas de Penna in l.1.verſ.2.quæritur.C.qui ætat. vel profeſſ.ſe excuſ.lib.10.& l.1.C.de profeſſ. qui in vrbe Conſtãtinop.lib.12.ac Math.de Fano in tract. de modo ſtudendi cap.30.* Facies nanque ſæpè indicat quale eſt cor, *l.obſeruandum, ff.de offic.præſid.*

Digitized by Google

ſid. l.3.ff.de teſtibus, & impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius, *cap.nec ſolo 32.q.5.* & per exteriora cognoſcuntur interiora, *§.ſeruos, inſti. de rer. diuiſ.l.naturalem, §.in his, ff. de acquir. rerum domin.l.Fulcinius, §.illud ſciendum.ff.ex quib. cauſ.in poſſeſſ.eat.cap. fin.de renunc.in 6.* & per ſigna corporis nobis nota, inquiunt Logici, ſyllogizamus diſpoſitiones animæ nobis ignotas, *Ariſtot.2.Prior.* vnde *Propert.*

Ex operum ſpecie clareſcunt intima cordis & adſtipulantur, quæ *Ouid.lib.2.Faſtorum* Lucretiæ pudicitiam collaudans ſcripſit, ita illam facie pudicitiam præportaſſe, ſicuti eius erat pudicus animus; nam qualis erat interius cognoſcebatur in vultu; dum inquit

Et facies animo, dignaque, parque fuit

atque iterum *lib.6.Faſt.in fine* Martiæ venuſtatem, virtuteſque extollens, ſubſcripta prodidit carmina

Par animo quoque forma ſuo, reſpondit in illa,
Et genus, & facies, ingeniumque ſimul.

& *Martial.lib.12.epigram.in Zoïlum*, ex corporis deformitate illum opinabatur improbum, remque mirandam eſſe ſubiungit, ſi fortaſſe bonus eſſet

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus
Rem magnam præſtas, Zoïle ſi bonus es.

Medici tandem ex corporis turpitudine, ani-

mi deformitatem præſumunt, vt ſcribit *Raſis lib.2. ad Almanſorem cap.33. & cap.54. Galenus* inſuper, faciem fædam, malos mores oſtendere affirmat *lib.2.de temperam.cap.6. & lib.1.& 2.de vſu part.Bald.etiam in l.obſeruare, C.quorum appellation.nō recipiantur* affirmat, quod ſicut turpis habitudo corporis declarat quem procliuem ad ſcelera, ita pulchra ad virtutes. Hinc etiam nomen turpe habet ſiniſtram ſuſpicionem, ſicut per contrarium, pulchrum nomen, & honeſtum honeſtatis, & totius probitatis eſt indicium, vt per *Doct.in cap.1. de depoſito, Bernard.in praxi cap.7. vbi Salzed.lit. A. plures refert Cened.ad decretal.collect.24.num.3.* Vnde licet arguere à nomine cum talis quis credatur, & præſumatur, qualis nominatur ſecundum *Menoch.de præſumpt.lib.6.q.50.nu.10.* Et aliquos effectus ex eo, quod quis turpe nomen habeat colligit idem *Menoch. lib.1. præſumpt.89. numer.131.*

78 Crimina ſuos debent habere authores, *l.crimen, ff.de pœnis, l.ſancimus, C.eod. tit.cap. 2. de conſtit. cap.quæſiuit de his, quæ ſiunt a maiori parte capituli, cap.Romana in fine de ſentent. excomm. lib.ſexto, Cald.Pereira quæſt. forenſ.in comment.ad l.vni.C. ex delictis defunctorum p.3. num.8.* quibus adde, quæ notaui infra *lit.P. numer.12.*

79 Culpa vbi maior eſt, ibi grauior debet eſſe pæna, *cap.cum bona, de ætate, & qualit.cap.*

tanta,

tanta, de exceſſibus prælatorum, Perez ad l.1. verſ. in oppoſitum prope finem tit.1. lib.5. ordin. pag. mihi 31.

80 Culpa ſuos debet tenere actores, *l. ſancimus*, C. *de pœn. Surd. de alim. tit.1. q.38. n.30. Farin. in praxi crimin. p.1. q.21. num.1.*

81 Culpa non caret, qui ſe immiſcet rei alterius artis, & profeſſionis, *l. idem iuris*, *§. vlt. ff. ad leg. aquil. l. illicitas*, *§ pen. ff. de offic. præſi. reg. non eſt ſine culpa, de reg. iuris lib. ſexto, cap. tua de homicidio, Thomas de Thomaſettis reg.203.* Tractent enim fabrilia fabri, & quam quiſque norit artem eam exerceat, *Strach. de mercat. p.3. tit. de nautis nu.33. Car. Tuſc. tom.2. lit. F. concl.2.*

82 Culpa non poteſt imputari ei, qui non fecit id quod facere non tenebatur *Surd. conſ. 345. num.31.*

83 Culpa non imputatur ei, qui non fecit, quod factum non profuiſſet *Surd. deciſ.87. num. 6. & deciſ.260. nu.5. cum ſeqq. & deciſ.326. nu.69.*

84 Culpa vbi non eſt, ibi non debet eſſe onus, vt per *Ludou. Rodolphin. vari. quæſt. lib.2. q. 44. num.7.* Et culpa quod caret in damnum reuocari non poteſt *l. Grachus C. de adulte.*

85 Culpa vbi non eſt, nec pœna eſſe poteſt *l. ſi putator ff. ad l. Aquil. cap. ſine culpa de reg. iu. in 6. Thomas de Thomaſettis reg.283. Ioſeph. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib.2. cap.10. num.8.* Nam vbi non eſt culpa, ibi non eſt delictum *cap. cum voluntate de ſentent. excomm. Bar-*

tholam Perett. ad extrauag. ambitioſa de rebus eccleſia non alienandis pag. 94. num. 30.

D

1 DAmnum dediſſe videtur; qui occaſionem damni dat *l. ante §. ſi cum ſeruum ff. de vi bonor. raptor. l. videamus §. fin. l. qui domum in fine ff. locati l. nihil intereſt ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. qui occidit §. in hac ff. ad leg. Aquil. cap. ſæpe 50. diſt. cap. fin. de iniur. cap. de cætero de homicid. Dec. conſ. 218. num. 4. Surd. deciſ. 326. nu. 23. & 24. Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ. 5. num. 287. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. C. concl. 138. num. 4. & tom. 2. lit. D. concl. 6. Thomas de Thomaſettis reg.* 244. vbi explicat procedere quando cauſam propinquam dedit.

2 Damnum qui ſentit, debet & ſentire lucrum, & è contra *l. ſecundum naturam ff. de reg. iuris, Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl.* 13. In pari cauſa damno magis, quam lucro conſulendum *l. fi. § licentia C. de iu. delibe. l. at ſi quis §. ſed et ſi ff. de religio. & ſump. fun.* vnde non debet quis ex alieno damno lucrari *l. itaque § 1. ff. de dolo.*

3 Dare beatius eſt, quam accipere *cap. prædicator 16. q. 1. cap. 1. vbi gloſ. verbo, vt debere de donat.*

4 Dare, & remittere paria ſunt *l. ſi fundum §. Titio ff. de legat. 1. l. contra §. ſi filius ff. de pact. l. 1. ff. de tranſact. l. ſi mulier ff. de cōdict. ob cauſ. l. ſicut*

§. an

*§.an paciſci ff.quibus mod.pig.vel hypothec.ſoluat. l.in ædibus verſ.poteſt ff.de dona.l.3.§.fin.cum l.ſeq. vbi gloſ.verbo habere in fine ff. de donat. inter virum & vxorem,cum pluribus alijs iuribus,quæ adducit Tiraq. in l. ſi vnquam verbo donatione largitus nu.*173. C. *de reuoc. donat. notant Gom.vari. tom.*2.*cap.*4. *num.*9. *Cou.vari.lib.*2.*cap.*4. *num.*8. *Valaſc.conſ.vlt.*135.*n.*16.*cum ſeq. Gam.Luſit.deciſ.* 118.*num.*5.*vbi alios referunt.* Et paria ſunt dare, vel non adimere *l.conficiuntur in princip.ff.de iure codicil.l.*1.*§.ſciendum ff.de legat.*3.

5 Dat nemo, quod non habet,notaui infra *lit.N.num.*15. Paria ſunt non dare, vel dare inutile *l.quamuis §.ſi conuenerit ff.ad Velleia.*Et paria ſunt rem non reddere, vel reddere deteriorem *l.*3.§.1. *ff. commodati.*

6 Debitor nemo poteſt eſſe ſui ipſius *l.Vranius* 82.*ff.de fideiuſſor.* cum traditis per *Cald. Pereira de extinct.emphit.cap.*14.*nu.*33. Nihil enim agit in ſe ipſum *l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad Trebel.*vel actio & paſſio in eodem ſubiecto non concurrunt *ex tex.in d.l.Vranius.*

7 Declarare voluntatem verbis, vel factis paria ſunt *l. de quibus ff. de legibus l. Paulus ff. rem ratam haberi l.recuſari ff.de acquir.hæredit.*

8 Declaratio facta à principe, non confert aliquod ius de nouo *l.adeo §.cum quis ff. de acquir.rer.domin. Cardin. Tuſch.tom.*2.*lit.D.concl.* 86.Nam declarans nihil ponit, nec facit de nouo *l.hæredes palam §.ſi quid poſt ff. de teſtam.d.l.*

Digitized by Google

adeo §. *videtur clem. exiuit* §. *harum declarationum de verbor. ſignific. glo. in cap. per tuas verb. de nouo de donat. Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. nu.* 579. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo declaratio* 1. *Bertazol. de clauſulis inſtrum. clauſ.* 30. *gloſ.* 4. *num.* 1. *Soc. ſen. conſ.* 49. *numer.* 5. *vol.* 1. *Rol. conſil.* 15. *numer.* 27. *vol.* 3. *Gabr. de reg. iur. lib.* 5. *concl.* 3. *numer.* 1. & 48. *quos citat Mar. Ant. vari. lib.* 1. *reſol.* 3. *n.* 12. *Franciſc. Galet. in margarita caſuum cõſcientiæ verbo declarare. Rot. Roman. apud Farin. deciſ.* 454. *nu.* 2. *tom.* 1. *p.* 1.

9 Definitio debet cum ſuo definito conuerti *l.* 1. §. *dolum ff. de dolo malo l. omnis definitio ff. de reg. iuris Doct. in l.* 1. *in princ ff. de acqu. poſſeſ. Cic. lib.* 4. *academic. quæſt. num.* 79. *pag.* 17. *Tiraq. de iure primog. q.* 1. *num.* 1. *Pichard. ad rub. inſt. de obligat. num.* 9. & *in diſp. de mora. nu.* 25. *Flamin. de reſignat. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 31. *cum ſeqq. Cæſar. Angel. de contradictore legitimo q.* 10. *num.* 161. *Cardin. Tuſch. tom.* 2. *lit. D. concl.* 418. *Ioan. Petr. Monet. de diſtribut. quotid. p.* 1. *q.* 4. *num.* 3. vbi *num.* 2. aſſerit, quod ſubſtantiam, & naturam rei explicat, & *num.* 5. quod quælibet definitio in iure eſt periculoſa, & *nu.* 6. quod cauti eſſe debent, qui rem aliquam definiunt, & *num.* 7. quod definitio perfecta debet habere genus, ac propriam, & completam differentiam, quod etiam aſſerit *Pichard. n.* 26. vbi *n.* 24. dicit quod cuiuſq; rei definitio, vt bona ſit nihil ſuperfluum nihilque di-

que diminutum continere debet, citans *Philoſoph. Top.lib.6.cap.*1. Et à definitione incipiendum eſt *Flamin.d.q.*1.*num.*1. Et eſt initium omnis diſputationis *Monet. d.p.*1.*q* 1.*à num.*1. Et cuicunque non conuenit definitio, non etiam conuenit definitum *l.*2.§.*appellata,& ibi Doct. ff.ſi cert.petat.*

10 Delicta puniri publice intereſt,& expedit Reipub.ne maneant impunita *l.ita vulneratus §. quod ſi quis verſ. cum neque impunita ff. ad leg.aquil.l.licitatio §. quod illicite ff. de publican. l. congruit* 13. *ff. de officio præſid. l. Stichum §.tametſi ff.de ſolut.cap.eſt iniuſta* 23. *q.*4. *cap. vt famæ* 35. *§.*1. *de ſentent. excommun. Grammat. deciſ.* 36. *Thomas de Thomaſettis reg.*103. *Azeu. l.*14. *numer.*1.*tit.*9.*lib.*3.*nouæ recopil.pag.mihi* 359. *Flamin.de reſignat.tom.*2.*lib.*14.*q.*1.*nu.*17. *Cabed.Luſit.deciſ.*75. *num.*1.*p.* 1. *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat.verbo delictum num.*9.*&* 10.*Ioan.Maria Bellet.diſquiſit.clerical.p.*1.*tit.de diſciplina clericali §.*15.*à nu.*86. *pag.*121. *Cardin.Tuſch.tom.*2. *lit.D.concl.*157. Et iuxta delicti menſuram futurus eſt plagarum modus *cap.non afferamus* 24.*q.*1. *iunctis traditis per Menoch. de arbitr. lib.*1.*q.*90.*numer.*38. *Menchaq.illuſtri.quæſt.cap.*8.*num.*51. *& cap.* 24.*num.*17. cum alijs infra citatis *lit. P. numer.*11. Paritas enim delicti paritatem pœnæ requirit *l. nihil intereſt ff. de adulterijs l. ſi quemquam in fi.C.de epiſcop.& cler.* Vt ſcilicet delicti pęna timeatur,& ſupplicium vnius,exemplum

poſſit eſſe multorum, vt ait *text. in l.* 1. *Cod. ad leg. Iuliam repetund. Cardos. d. verbo delictum num.* 8. Vnde oderunt peccare mali formidine pœnæ *cap. irrefragabili §. cæterum vbi gloſ. verbo metu pœnæ de officio ordin.*

11 Delicta ex voluntate, & propoſito diſtinguntur *l. diuus ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. qui iniuriæ ff. de furtis, Cardin. Tuſch. tom.* 2. *lit. D. concl.* 160. *Farin. in praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 65. *& ibi additio lit. K.*

12 Delicta debent tenere ſuos auctores, vt per *Ludou. Rodolphin. vari. quæſt. lib.* 2. *q.* 44. *nu.* 5. *Ioan. Maria Bellett. diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum canoniſ.* §. 1. *num.* 43. *pag.* 177. iunctis multis infra adductis *lit. P. nu.* 12.

13 Delicta paria mutua compenſatione tolluntur notaui infra *lit. P. nu.* 6.

14 Delictum continuatum grauius punitur *Hipol. in l.* 1. *nu.* 47. *cum ſeq. C. de Sicar. Menchaq. quæſt. frequent. cap.* 10. *num.* 47. *Perez tit.* 1. *lib.* 5 *ordin. pag.* 49. *Sebaſtian. Næui. ad l. capitalium num.* 6. *ff. de pœnis, Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub.* 1. *§.* 5. *pag. mihi* 45. *verſo, &* 46. *Farin. in praxi crimin. p.* 1. *conſ.* 30. *nu.* 67. *& ibi addit. lit. R. & num.* 129. Et delictum ſæpius reiteratum fit maius, & ſolitus delinquere grauius peccat, *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 51. *num.* 8. *&* 9.

15 Delictum clam commiſſum grauius punitur, quam quod palam patratum fuit *Bernard. Grau. ad pract. cameræ imper. lib.* 2. *concl.* 110. *conſid.*

Digitized by Google

*conſid.*1.*nu.*18. *Farin. in praxi crimin. p.*1.*q.*59.*à num.*67.

16 Delictum non præſumitur *Maſcard. de probat.concl.*495.*nu.*1. *Flamin. de reſignat.tom.*2. *lib.*13.*q.*1.*num.*72.*Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.*114. *num.*25. *& deciſ.* 128. *num.* 4. Et delictum minus præſumitur *l.prætor §.docere ff. de vi bonor.raptor.Maſcard.de probat.concl.*1418.*num.*2.*Farin.in praxi crimin.p.*3.*q.*85.*num.*26. *& p.*4.*conſ.*61.*nu.*12.*& conſ.*62.*num.*6.*& deciſ.*56.*& ibi addit.& p.*5.*q* 126.*numer.*106. *Cardin. Tuſch. tom.*2.*lit.D. concl.* 165. Et vbi alia coniectura ſumi poteſt, non eſt delictum præſumendum *Flamin.d.tom.*2.*lib.*14. *q.*7. *numer.*55. *cum ſeq.* Et interpretatio eſt facienda excluſiua delicti *Abb.in cap.cum tu de teſtibus late Farin.d.q.*85.*numer.*1.*cum ſeq. Maſcard.de probat. concl.*496. *Menoch.de præſumpt. lib.*5.*q.*161. *numer.*26. *Natt. conſil.*549. *numer.*11. Et delictum in dubio non præſumitur *l.merito ff.pro ſocio cap. eſtote de reg. iur.in antiquis. Brunor. à ſole in locis commun. verbo delictum numer.* 20.

17 Delictum in omittendo leuius eſt, quam in committẽdo *l.Metrodorum ff.de pœn. Tiraq. de pœnis temper.cauſa* 44. *Cou. de ſponſal.p.*2.*cap.* 6.§.8.*num.*13.*Hypol.in l.infans. nu.*6. C.*de ſicar. Mari.Antonin.vari.lib.*3.*reſol.*39.*num.*25.*& reſol.*28.*num.*1. *D.Barb.in l.ſi mora num.*29.*ff.ſoluto matrim.Bruno.à Sole in locis commun.verbo delictum n.*3.Nam in cõmittente dolus, in omittẽte

culpa, præſumitur *l. vtrum ff. ad leg. Pompe. de parricid. l. pen. C. de paganis.* Dolus autem grauiorem exigit pœnam, quam culpa *l. Iulianus in prin. iunc. l. ſi ſterilis §. cum per venditorem ff. de actio. empt.*

18 Delictum non imputatur, vbi dolus non eſt *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 192. *num.* 65. Et lex pœnalis ſubaudit dolum debere interuenire in eo, qui delinquit contra diſpoſita per eam *Cephal. conſ.* 110. *num.* 10. *vol.* 1. *Alexander. conſ.* 109. *num.* 9. *vol.* 1. *Armendar. in proæmio addit. ad recopil. legum Nauarræ num.* 58.

19 Delictum alterius non debet alteri nocere *l. eleganter in princ. ff. de dolo. Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 313. *num.* 7.

20 Delictis, & fraudibus non eſt via aperienda *Cæſar. Argel. de contradictore legitimo q.* 10. *nu.* 104. *Barthol. Perett. ad extrauag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alienandis verbo illis exceptis num.* 3. Et dolis ac fraudibus modis omnibus occurrendũ *l.* 1. *ff. de dolo cap. ſedes de reſcrip.* & maleficijs minime indulgẽdũ *l. in fundo ff. de rei vẽd.*

21 Demonſtrari aliquam rem, vel perſonam in præſentia, vel proprio, & vero nomine nuncupari paria ſunt *l. nemo ff. de hæred. inſtit. l. certum ff. ſi cert. pet. Gom. vari. tom.* 1. *cap.* 12. *numer.* 9.

22 Denominatio ſemper fit à digniori, & potentiori, *l. cum ex aliqua. ff. de acquir. rerum domin. l. quæritur, ff. de ſtatu hominum, l.* 1. *in princip.*

princip.vbi gloſ.& doct.ff.de verbor.obligat.Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.5.§.7.num.133.& gloſ.14.nu.66.Ioſeph.de Seſſe de inhibit.cap.1.§.3.num.13.Thomas de Thomaſettis in floribus legum regul. 2. vbi dicit fallere in matrimonio, quod denominatur à matre quæ nobilior non eſt, per §.1. *& ibi doct.inſtit.de patria poteſt.*Prior enim nominatio maiorem dignitatem arguit, *Tiraq.de iure prim.q.19.nu.2.*

23 Denominatio ſæpè probat qualitatem rei, *D.Barb.in l.cum prætor,§.vlt. num.243.ff.de iudiciis*,quibus adde,quæ infra notaui *lit.N.numer.23.*

24 Denominatio diuerſa ſignificat res eſſe in ſubſtantia diuerſas, vt ex *text.in l.ſi idem,*C.*de codicillis* notant *Crau.conſ.6.nu.1. Pariſ.conſ.* 110. *num.45.lib.*1. cum alijs infra citatis *hac lit. num.*47.

25 Dictum vnius,dictum nullius, *l.iuriſiurandi,*C.*de teſtib.cap.cum dilecti in fin.de accuſat. Maſcard.de probat.concl.347.nu.30.Farin.in praxi crimin.p.4.conſ.60.num.15. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.*307.cum aliis infra adductis *lit.V.num.*77.

26 Dies termini non computatur in termino,*l.vbi lex,ff.de reg.iuris cap.1. de reſtit. ſpoliat, lib.ſexto, ordinat.regia Luſitanorum. lib.3. tit.13. in princip.Tiraq.de retract. lig.§.1.gloſ.11.nu.18. cum ſeqq.Vant.de nullit.tit.ex defectu iuriſdict. ordinar.n.160.Perez l.2.tit.2.lib.3.ordin.pag.mihi*

Digitized by Google

494. *& l.22. verſ. ſed eſt dubium in med. tit. 2. lib. 7. pag. 408. Fichard. tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 14. nu. 131. pag. mihi 274. Azeu. ad curiam Piſan. lib. 4. cap. 6. num. 58. Flamin. de reſignat. lib. 12. q. 8. nu. 8. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 161. à princip. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocatorum, verbo dies num. 5. & 6. Trentaſinq. vari. lib. 2. tit. de dilatio. reſol. 1. Aloyſ. Ricci. deciſ. curia Archiepiſcop. Neapol. deciſ. 76. n. 1. p. 3. Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl. 409. Rota Romana apud Farin. deciſ. 133. in nouiſſimis.*

27 Dignum magis trahit ad ſe minus dignum, *l. quæ religioſis, ff. de rei vend. l. ſi communem, ff. quemadm. ſeruit. amit. l. iuſtiſſimè, ff. de ædilit. edict. §. ſi in aliena, & §. litteræ, inſtit. de rer. diuiſ. l. per minorem ff. de iudic. cap. quod in dubiis de conſecrat. eccleſ. cap. 1. eod. tit. lib. ſexto, gloſ. in cap. vnic. de iur. patron. eod. lib. cap. quanto, de iudic. cap. ſi duo, de officio delegati, cap. ſacris de ſepulturis, cap. per tuas de arbitr. Gom. vari. tom. 3. cap. 10. numer. 6. Menoch. conſ. 2. nu. 227. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 7. num. 82. P. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 29. num. 8. Hieron. Grach. conſ. ſyndicatus numer. 329. Luſit. Benedict. Aegid. in repet. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. p. 3. §. 1. nu. 14. Ioan. Petr. Monet. tract. de decimis cap. 9. q. 5. num. 258. Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ. 2. nu. 56. Aloyſ. Ricci. deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ. 228. numer. 9. p. 2. Pichard. ad §. 7. inſtit. de fideicom. hæredit. num. 3. & ad princip. de*

empt.

Digitized by Google

*empt.& vendit. num.*17. *Ioan. Maria Bellett.diſquiſit. clerical.p.*1. *tit. de fauore clericorum perſonal.*1. §.16. *num.*4. *pag.*268. Quod axioma intelligitur, quando æquè principaliter datur concurſus, ſecus verò, quando vna res principalis eſt, & altera acceſſoria, *l.cum in diuerſis* 44.*ff.de religioſ. & ſumptib. funer. cap. vnio ibi, principale ad ſe trahere videatur*,10.*q*.3. *Franciſc. Galett. in margarita caſuum conſcientiæ verbo acceſſorium.* Dignum enim præfertur minus digno, *l.*1. & 2.*ff.de alb. ſcrib.cap. ſolitæ, de maiorit. & obed. Vgolin.de poteſt. Epiſcopi cap.*16.§.1. *num.*1.

28 Diſpoſitio omnis intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, *l. quod Seruius,ff.de condict.ob cauſ.cap.in parochia.* 16.*q*.1.*gloſ.in capit.*2.*de reſcript. Mari. Antonin. vari lib.*1.*reſol.*56.*n.*2. *Cardin.Tuſch.tom.*1.*lit.D. concl.*502.*Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.*187.*nu.*23. *Cardin.Seraphin.Rotæ Romanæ deciſ.*129.*numer.*1. & 3. vbi ſecus aſſerit in his, quæ recipiunt augmentum,&diminutionem.Et mutatione conditionis,& ſtatus variatur diſpoſitio, *l.ſi quis,ff. de ſolut.l.ſi cum Cornelius, ff.eod.tit.cap. quemadmodum, de iureiur.* & ſpeciatim in iuramento conſtat, *ex Rota Rom.apud Farin.deciſ.*51.*num.*3. *tom.*1.*p.*1.cui regulę adde plures Doctores ſupra citatos *lit.C. num.*61.

29 Diſpoſitio omnis intelligitur,vt conueniat naturæ actus,qui celebratur,*Surd.de alim.*

Digitized by Google

tit.5.q.1.nu.4. Card. Tuſch. tom.2. lit. D. concl. 503. Diſpoſitio de aliquo actu facta non ad neceſſarium, ſed voluntarium actum refertur, *l. peto. §. prædium, ff. de legat. 2.*

30 Diſpoſitio non habet locum, vbi verba non conueniunt diſpoſitioni, *l.4.§. toties, ff. de dam. infec. l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſta. Cardin. Tuſch. tom.2. lit. D. concl. 495. Brunor. à Sole in locis commun. verbo diſpoſitio* 16.

31 Diſpoſitio regulatur ſecundum ius vigens tempore diſpoſitionis, *Auend. l. 40. Tauri, gloſ.1. num.28.*

32 Diſpoſitione principali nulla exiſtente quæcunque ſibi acceſſoria vitiantur, *Brunor. à Sole in locis commun. verbo diſpoſitio num.22.* Diſpoſitio non debet eſſe eluſoria, *l. ſi prætor, ff. de iudic. l. fin. ff. ne quid in loco publ.* Diſpoſitio ne reddatur ſuperflua interpretatio eſt ſumenda, *Crau. conſ.35. nu.25. Becc. conſ. 41. nu.20. Surd. conſ. 29. num.13. & conſil.71. nu.3. quos adducit Mari. Anton. vari. lib.1. reſol.18. nu.13.*

33 Diſpoſitio aliquid ſupponens, non verificatur, niſi in caſu, in quo verificatur præſuppoſitum, *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.160. nu. 24.* Diſponens, & diſpoſitum ſe ſub eodem genere non compatiuntur, *l. fin. ff. de fund. inſtruct.* Diſpoſitio loquens in caſu vero extenditur etiam ad caſum fictum, *l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. l. 1. §. lex falcid. ff. ad leg. falcid.*

34 Di-

Digitized by Google

34 Diſpoſitio vna, & eadem non debet diuerſo iure cenſeri, *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 187. num. 24.* quia vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, vt infra dicetur *lit. I. numer. 48.*

35 Diſpoſitio omnis inſpicitur, & interpretatur, prout verba diriguntur, *Card. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl. 497.*

36 Diſpoſitio omnis intelligitur de prima, & vnica vice, *l. boues, §. hoc ſermone, & ibi doct. præſertim Tiraq. ff. de verborum ſignifi. Surd. conſil. 18. numer. 9. Azor. inſtit. mor. lib. 5. cap. 23. q. 5. Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl. 499. Gabr. lib. 6. commun. tit. de legibus concl. 2. Armendariz in proœmio addit. ad recopil. legum Nauarræ num. 169. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 74. num. 4. Rota Romana apud Farin. deciſ. 423. num. 4. tom. 1. p. 1.*

37 Diſpoſitio omnis ſimpliciter prolata intelligitur, & ampliatur, ac reſtringitur ſecūdum ius commune, vt per *Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl. 501. Tiraq. in tract. le mort p. 2. declarat. 2. nu. 2. Valaſc. conſult. 42. n. 7. D. Barboſa in l. 1. ff. ſoluto matrim. p. 1. nu. 61.*

38 Diſpoſitio omnis ſemper intelligi debet de actu valido, *Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl. 504.* quibus adde notata infra *lit. A. num. 62. & lit. I. num. 32.*

39 Diſpoſitio omnis intelligi debet de habili, *l. 1. vbi gloſ. C. de ſacroſ. eccleſ. Card. Tuſch.*

Digitized by Google

*tom.2.lit.D.concl.*505. & recipit reſtrictionem de habilitate, *Bart.in auth.de nuptiis nu.*3. *collat.*4. *Armendariz in proœm. addit.ad recopil. legum Nauarræ num.*38. *Mari.Anton.vari.lib.*2. *reſol.*4.*nu.*5. vbi *numer.*6. ſecus aſſerit in contractibus.

40 Diſpoſitio redigitur ſemper ad actum poſſibilem,& licitum, *Bruno.à Sole in locis commun.verbo diſpoſitio num.*20. Diſpoſitio ſimpliciter facta, intelligitur facta eo caſu, quo de iure fieri poteſt, *l.Gallus,§.quidam rectè & ibi Iaſon in* 2.*not.ff.de lib.& poſthu.*

41 Diſpoſitio generalis generaliter eſt intelligenda, *Card.Tuſch.tom.*2.*lit.D.concl.*488. & comprehendit omnes caſus, etiam quod in vno ſit maior ratio, quam in alio, *l.*1. §. *quod autem,ff.de aleat.l.in fraudem in fin.& ibi Bald.ff.de teſt.milit.Aym.conſ.*92.*num.*4. Non extenditur ad incogitata, *l.cum aquiliana,ff.de tranſact. Roma.conſ.*294.*hæc confeßio,circa fin.* Includit tamen caſus etiam priuilegiatos, *l.in fraudem,§.fin.ff.de milit.teſta.*

42 Diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari, *l.cum pater*, *§.dulcißimis,ff.de legat.*2.*l.ſi de certa re,*C.*de tranſact. Girond.de priuilegiorum,ſeu exempt.explicat.num.*277. Et non comprehendit caſum ſpecialiter diffinitum, *l.doli clauſula,ff.de uerb.oblig.l.cum in teſtamento,§.fin.ff.de hæred.inſtit.l.ſeruo manumiſſo,ff.de pecul.leg.*

44 Di-

Digitized by Google

43 Diſpoſitio limitata limitatum parit effectum *Cardin.Seraphin.Rotæ Romanæ deciſ.911. num.2.* Et diſpoſitio limitata non extenditur, *Cardin.Tuſch.tom.1.lit.D.concl.*494. Extenditur tamen ſecundum limites adiectæ rationis, *l.nomen.§.fin.ff.de legat.3.l.regula, §.fin.ff.de iu. & fac.igno.* Diſpoſitio ſpecialis derogat generali, *l. Titia* 1.*§.pen.ff.de legat.2.*

44 Diſpoſitio legis facilius tollitur, quam hominis, *Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.47.nu.51.* Diſpoſitio legis, & hominis æquiparantur, *l.ſi in teſtamento in fi.ff.de vulga.* Diſpoſitio hominis non æquè facilè extenditur, ac diſpoſitio legis, *cap.ſuſceptum de reſcript. in 6.cap. cum illis de præb.eod.lib.*

45 Diſtinguens proximus eſt veritati, *Surd. deciſ.58.nu.5.*

46 Diuerſitas circa eandem rem non debet induci, *l.eum qui ædes,ff.de vſucap. Cardin.Tuſch. tom.2.lit.D.concl.*518.

47 Diuerſitas nominum, diuerſitatem rerum, & locorum inducit, *l.ſi idem,*C.*de codicill. Cardin.Tuſch.tom.2. lit.D.concl.*517.*Seraph.Rotæ Romanæ deciſ.*1137.*num.3.* Diuerſitas rationis, diuerſitatem iuris inducit, *l.fin. ff.de rit.nuptia.* Diuerſitas cauſarum, diuerſitatem ſpecierum inducit, *l.conuentionum in princip. ff.de pact. l. 3.§.genera.ff.de acquir.poſſeſſ.*Et quæ diuerſos habent tractatus, diuerſam quoq; habent ſubſtãtiam, *l.2.§.quartus, C.de veter.iur.enucl.l.2.ff.de*

milit. teſtam. Diuerſitas tamen effectuum, diuerſitatem ſubſtantiæ non inducit, *l. fin. ff. de fundo inſtruc.*

48 A diuerſis non fit illatio, notaui infra *lit. I. num. 6.* Diuerſa ratio reformat actum, *l. interpoſitas, C. de tranſact.*

49 Diuerſorum diuerſum eſt iudicium, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. obligat. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 32. nu. 8. & deciſ. 42. num.* 10.

50 Diuinare nemo tenetur, *l. ſi putator, ff. ad legem Aquil. l. ſi fideiuſſor. verſ. ignoſcendum, ff. mand. l. apud Celſum, & ibi Sebaſt. Naui. nu. 47. ff. de doli mali except. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 45. §. 3. nu. 20.*

51 Dolo facere præſumitur, qui fecit, quod facere non debuit, *l. tutor, qui repertorium, ff. de administrat. tutor. l. dolo, ff. ad leg. Falcidiam, l. ſi procuratorem, §. dolo, ff. mandati, Menoch. conſ. 98. nu. 30. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 89. nu. 92. & p. 4. conſ. 60. num. 18. vbi addit. lit. I.*

52 Dolo facit qui petit, quod reſtituere tenetur *cap. dolo facit 59. de regul. iur. lib. 6. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo dolus num. 8. Duenh. reg. 290. Menoch. de præſumpt. lib. 5. q. 3. nu. 88. Maſcard. de probat. concl. 531. nu. 81.*

53 Dolo non videtur feciſſe, qui fraudem alterius excludit *l. cum pater 79. §. Titio in fine ff. de legat. 2.*

54 Dolus præſumitur in eo, qui facit, quod tenetur

tenetur non facere *l. ſi procuratorem* §. *dolo ff. mand. Menoch. de præſumpt. lib. 3. q. 55. num.* 10. Et in faciente rem prohibitam à lege ſemper præſumitur dolus, & malus animus *l.* 1. C. *de ſicar. Pariſ. conſ.* 52. *num.* 33. *& conſ.* 78. *num.* 16. *cum ſeq. vol.* 4. *late Maſcard. de probat. concl.* 495. *num.* 4. *& concl.* 531. *num.* 50. *&* 102. *Farin. de delictis q.* 18. *nu.* 71. *& q.* 89. *num.* 77. *cum ſeq.*

55 Dolus caſu non purgatur *l. ſi hæres* 16. *ff. de noxal. actio.*

56 Dolus nemini debet patrocinari *l. nec ex dolo, ff. de dolo, l.* 3. *ff. de tranſact. l. is qui dolo, ff. de rei vend. cap. audiuimus de colluſ. deteg. l. pen. in fin. ff. de iur. dot. l. ſi ex dolo, ff. de re iud. l. etiã* §. 1. *ff. ſolut. matrim. Tiraq. de retract. lig.* § 1. *gloſ.* 9. *num.* 62. *Surd. conſ.* 15. *num.* 13. *Farinac. in praxi crimin. p.* 1. *q.* 31. *num.* 155. *Ioan. Maria Bellet. diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 2. *n.* 5. *pag.* 420.

57 Dolus vbi non adeſt, ibi non eſt delictum pæna dignum, *Menoch. conſ.* 28. *num.* 13. Hinc falſum ſine dolo non committitur *Cott. in memorabil. verbo, periurium pag.* 683. *Menoch. de arbitr. caſu* 194. *num.* 58. *& caſu* 309. *Maſcard. de prob. concl.* 739. *num.* 12. *Decian. tract. crimin. lib* 6. *cap.* 11. *num.* 14. *Cened. ad decretum collect.* 139. *num.* 6. *Campanil. in diuerſ. iur. canon. rub.* 11. *cap.* 28. *num.* 5. vbi aſſerit quod non ſufficit quilibet dolus, ſed ille tantum, qui ſit in lege expreſſus per *Menoch. conſ.* 221. *nu.* 15. & quod nec præſumptus ſatis erit, ſed verus dumtaxat per *l. nec exemplum*,

Digitized by Google

*C.de falſis. Hier. Gabr. conſil.*169. *numer.*16. *& ſeq.*

58 Dolus præponderat culpæ,*l.item ſi obſtetrix §.fin.ff.ad leg.Aquil.Cardin.Tuſch.tom.*2.*lit. D.concl.*579.*vbi num.*2. declarat procedere in ciuilibus,ſecus in criminalibus,quia dolus vnius non tollit dolum,vel culpam alterius,& n. 3.reſtringit, quia dolus, & culpa vnius circa vnum factum,nunquam tollit,vel pręponderat dolũ, vel factum alterius circa diuerſum factum.

59 Dolus vnius non debet nocere alteri *l. eleganter in princip.ff.de dolo cum ibi not.l.electio in fi.ff.de noxal. l.*2.*l.*51. *l.procurator ff.de dol.excep.Cardin.Tuſch.tom.*2.*lit.D.concl.*582.*vbi num.* 2.limitat in dolo adminiſtratoris, vel tutoris, qui nocet domino, & pupillo, quando ex tali dolo ſentiunt commodum.

60 Dolus non fit volenti, & ſcienti,*l.nemo, ff.de reg.iur.l.cum donationis*, C.*de tranſact. Cardin. Tuſch.tom.*2.*lit.D.concl.* 589. *Thomas de Thomaſettis reg.* 192. vbi intelligit procedere, quando ſciens, & conſentiens liberè, & ſpontè conſentit.ſecus autem, quando neceſſitate impulſus aliquis conſenſum præſtat.

61 Dolus cum dolo compenſatur,*l.viro* 40. *ff.ſolut. matrim. l.ſi ambo,ff.de compenſat.l.ſi duo* 36.*ff.de dolo,l.quidam Titium, ff.ſi quis omi.cauſ. teſtam.l.ſi filium*,C.*de liberali cauſa,l.quoniam*,C. *de hæretic.cap.vlt.de adulter. Cardoſ.in praxi iudicum,& aduocat.verbo delictum n.*37.vbi intelligit,

Digitized by Google

git, quando agitur ciuiliter, non autem, quando agitur criminaliter, de quo vide notata infra *lit. P. nu. 6.*

62 Donare eſt perdere, *l. filiusfamilias, ff. de donatio. l. cum de indebito, verſ. qui non ſoluit, ff. de probat. Surd. de alim. tit. 6. q. 1. nu. 4. cum ſeqq. & q. 5. nu. 7. cum ſeqq. & conſ. 5. nu. 72.* ſcilicet cum donatur indignis.

63 Donare ſuum nemo præſumitur, *l. cum de indebito 45. verſ. ſi vero, ff. de probat. l. fin. C. de nouat. l. Campanus, ff. de oper. libert. Maſcar. de probat. concl. 554. num. 1. Surd. de alim. tit. 6. q. 5. num. 7. Flamin. de reſignat. lib. 8. q. 1. nu. 5. Flor. vari. q. 23. num. 90. Farin. in praxi crimin. p. 4. deciſ. 136. in addit. lit. C.* vbi plures refert *Brunor. a Sole in locis commun. verbo donatio num. 15. Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 182. num. 6. Picbard. ad princip. inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. numer. 66.* vbi *adducit Tiraq. in l. ſi vnquam verbo donatione largitus numer. 206. C. de reuocand. donat. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 1. caſu 88. per totum, Mari. Anton. vari. lib. 2. reſol. 23. numer. 11. & 12. Ioan. Maria Bellett. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de bonis clericorum. § 9. numer. 7. pag. 519.* Et donatio non præſumitur, ſed potius error, *Menoch. conſil. 1. num. 215. Maſcard. de probat. concl. 554. nu. 5. & concl. 639. num. 10. & concl. 1173. num. 4. Flamin. de reſignat. lib. 9. q. 19. nu. 5. Ioſeph. de Seſſe d. deciſ. 182. num. 5. Luſit. Benedict. Aegid. in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure p. 1. cap. 11. numer. 25.* Et

Digitized by Google

præſumitur error in donatione, ſi eſſet in facto proprio, *Maſcard. d. concl.554. nu.6. & concl. 1263. num.6. & 7.* Et donatio potius præſumitur, quam delictum, *Menoch. de præſumpt. lib.5. q.2. n.23 Farin. d. p.4. conſ.60. vbi addit. lit. G.*

64 Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, *l. cum creditor, ff de furtis, l. proximè, ff. de his, quæ in teſtam. delent. cap. eſtote de regul. iuris in antiquis, Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib.2. cap.4. nu.23. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.1. comparat.16. nu.2.* Limita cum *Farin. in praxi crimin. p.3. q.85. nu.27. cum ſeqq.*

65 In dubio tutior pars eſt eligenda, *l. ſi fuerit, §. vlt. ff. de rebus dubijs cap. iuuenis de ſponſal. cap. ad audientiam de homicid. Cou. in cap. alma mater, de ſententia excommun. p.1. §.2. nu.5. caſu 1. & de ſponſal. p.1. cap.4. §.1. nu.9. Fr. Emman. Roderic. in Sum. tom.2. cap.51. n.6. concl.4. Vaſq. 1.2. q.19. artic.6. diſp.65. cap.3. & diſp.66. cap.1. P. Salas 12. q.21. tract.8. diſp. vni. ſect.17. num.152. P. Sanch. de matrim. lib.2. diſp.41. num.9. Flor. vari. lib.1. q.9. num.18. Sayr. de cenſur. lib.1. cap.16. num.30. caſu 1. & lib.6. cap.2. numer.16.* Præcipue vbi agitur de ſalute animæ, *Nauar. in man. cap.27. numer. 193.*

66 In dubio benignior interpretatio eſt facienda, *l. ſemper, ff. de reg. iur. cap. vlt. de tranſac. Thomas de Thomaſettis reg.154.* Et in dubijs media via eſt eligenda, *l. antiqui, ff. ſi pars hæredit. pet. §. fin. inſtit. quib. manu. non licet.*

67 Du

67 Dubijs conuentionibus contra dantem fit interpretatio, *l. veteribus* 40. *vbi Bart. ff. de pactis*, *l. ſtipulatio iſta* §. *alteri verſ. in ſtipulationibus. ff. de verbor. oblig. l. Labeo ſcribit, ff. de contrah. empt. clarus tex. in l. quicquid aſtringendæ, ff. de verbor. obligat. apud Hiſpanos eſt l. 2. tit. 33. par. 7. Menoch. conſ. 110. num. 36. & conſ. 179. nu. 19. Surd. de alim. tit. 6. q. 1. nu. 26. & deciſ. 322. num. 63. D. Barb. in. l. ſi quis intentione ambigua 66. num. 28. ff. de iudicijs.*

68 Dubius ab ignorante non diſtat, *l. maniſeſtiſſimi*, §. *ſin autem neſcius*, C. *de furtis, Gam. Luſit. deciſ. 91. nu. 1. in princip.* notatur infra *lit. I. numer.* 4.

69 Duplex funiculus, ſeu duplex vinculum magis ligat, & difficilius rumpitur, *l. ſi non lex, ff. de hered. inſtit. l. diſcretum*, C. *qui teſta. facere poſſ. l. pen.* §. *ſi verò*, C. *de adoptio. auth. itaque*, C. *communia de ſucceſſio.* §. *ſed hodie verſ. ſi verò pater in fin. inſtit. de actio.* §. *affinitatis, inſtit. de nupt. cap. 1. de treuga, & pace, Surd. de alim. tit. 6. q. 13. num. 2. & deciſ. 154. num. 9. & conſ. 61. num. 6. & conſ. 173. num. 28. & conſ. 175. num. 39. & conſ. 329. num. 18. Cald. Pereira de reſolut. emphyt. cap. 9. num. 24. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 13. à num. 90. Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl. 810. cum tribus ſeqq. alios refert Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 81. num. 3.*

70 Duo ſpecialia non poſſunt concurrere circa idem, *l. cum poſt* §. *gener. iuncta gloſ. ff. de*

Digitized by Google

iure dot. l. 1. C. *de dotis promiſſione, cap. ſingula* 89. *diſt. Pichard. ad* §. 1. *inſtit. de militari teſtam. nu.* 8. *&* 11. *Thomas de Thomaſettis reg.* 102. vbi dicit fallere, quando vnum venit in conſequentiam alterius, & in caſibus à iure expreſſis, & priuilegiatis, ex *tex. in l. ſub conditione, ff. de ſolut. l. qui in vtero, ff. de ſta. hom.* §. *ſi ab hoſtibus, inſti. quib. mod. ius patri. pot. ſol.* qui allegari ſolent ad hoc, quod plura ſpecialia ſimul concurrere poſſunt, non quidem principaliter, ſed in conſenquentiam, quod etiam aſſerit *Thobias Nonius ad rub. inſtit. de teſtam. num.* 20.

E

1 EFfectus cognoſci ſolent per ſuas cauſas, *l. verum la* 2. *ff. de furtis.* Et effectus eſt aliquando dignior ſua cauſa, *l. quod ex liberta, ff. de operis liberi.* §. *inſtit. de ingen. & manumiſ.* Et effectus à cauſa regulatur, & cauſam demonſtrat *Cardin. Tuſch. tom.* 3. *lit. E. concl.* 49.

2 Effectus durat durante cauſa, *l. ſemper,* §. *negotiatores, ff de iure immunit. Tiraq. tract. ceſſ. cauſ. p.* 1. *n.* 17. *Surd. conſ.* 302. *n.* 5.

3 Effectus diuerſi non debent oriri ex vna re, eademque cauſa, *l. meminerint,* C. *vnde vi, l. quod Labeo, vbi Bart. not. ff. de compenſat. l. qui hominem,* §. *fi. ff. de ſolutio. Cardin. Tuſch. to.* 3. *lit. E. concl.* 55. Diuerſis tamen reſpectibus vna, & eadem cauſa diuerſos, vel etiam contrarios operatur

ratur effectus, *l.ſi finita.*, §.*Iulianus*, *ff.de damn. infec.*

4 Effectus in omnibus conſideratur, *l.*2.C. *de alim.pupil.præſt. Gonzal.ad reg.*8. *Cancel.glo.* 45.§.3.*num.*5.*& gloſ.*55.*num.*11. *cum ſeqq.* Et effectus principalis agentium attenditur, *Cardin. Tuſch.tom.*3.*lit.E.concluſ.*48.Et effectus contingens præter intentionem agentis non conſideratur, *l.qui foueas*, *& l.ſi putator*, *ff.ad leg.Aquil. l.*2. *in fin. ff. de condit.& demon.* Hinc dicitur, quicquid agunt homines intentio iudicat omnes, *l.*1.*vbi gl.& doct.*C.*ad l.Cornel.de ſicar.*

5 Effectus attenditur potius, quam verba, *cap.in tantum de ſimon.Socin.ſen.conſ.*36.*nu.*6.*vol.* 1. *Surd. conſ.*3.*num.*26. *cum ſeq. quos citat Mari. Anton.vari.lib.*1.*reſol.*1.*num.*7.*Card. Tuſch.tom.* 3.*lit.E.concl.*50.Et magis attenditur, quam natura rei, *Tuſch.de lit.E.concl.*56. Et effectus attenditur non modus, *Tuſch.vbi proximè concl.*51.

9 Electio vnius, eſt aliorum reprobatio, *l. cum ita legatum*, §.1.*ff. de condit. & demonſtr. Surd.conſ.*428. *num.*8. Et reprobatio vnius ex duobus propoſitis videtur includere approbationem alterius *cap.non ne de præſumpt.Surd. deciſ.*195. *num.*3.vide infra *lit.R.nu.*16.

7 Eligere nemo poteſt ſe ipſum, *cap.cum in iure peritus*, *& ibi gloſ. de elect.cap. Cumana*, *vbi gloſ.verbo ad maiorem eod.tit. cap. per noſtras de iure patro.cap.fin.de inſtit.Mari.Anton.vari.lib.* 1.*reſol.*51.*n.*1.*Put.deciſ.*253.*n.*2.*p.*3. *Lamb.de iure p.*

Digitized by Google

lib.2.p.1.q.5.princ.art.5.nu.2. Ioan. Maria Bellet. diſquiſit.cleric.p.1.tit.de bonis clericorum, §.11.*numer.23.pag.527. Azeu.ad cur. Piſan.lib.2.cap.11. num.7.Cardin.Tuſch. tom.3.lit.E.concluſ.72. Ce-ned.ad decretal.collect.99.num.3.* Amplia in præſentatione ex *text.in d.cap.per noſtras,Campanili in diuerſ. iur.canon.rub.11. cap.13.num.398.* Limita, quando electio fit à pluribus, tunc enim poteſt vnus ſe ipſum eligere cum aliis, vt ex *tex. in d.cap. cum in iure cum ab eo citatis notat Mari. Antonin.in d.reſol.51.nu.5.*

8 Emergunt, quæ de nouo, nouo indigent auxilio, & in rebus nouis nouum eſt remediũ, & conſilium ſuggerendum, *l.1.in princip.ff.de ventre inſpic.l.de ætate,* §.*ex cauſa,ff.de interrogat. actio.l.ſi iure, ff.de rei vend.l.iure decedens, ff.de inoffic.teſtam.l.oratione.ff.de feriis, cap.fin. de in integr.reſtit.min. Surd.conſ.418.nu.9. Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.4.n.97. Anton.Monach.Lucenſ. deciſ.21. numer.32. Card.Tuſch.tom.3.lit.E.concl. 45.* Et nouis morbis noua conuenit antidota præparari, *cap.cæterum de iuram.calumniæ, Theſaur.Pedamon.deciſ.239. à n.11.* Intellige, quando accidentaliter, & inopinato aliquid nouum emergit, ita *Thomas de Thomaſettis reg.240.*

9 Errans non amittit rem ſuam, *l.ſi procurator 35.ff.de acquir.rer.domin. Tiraq.de retract. lig.*§.*1.gloſ.2.nu.20. Menoch.conſ.162. à num.28. cum ſeqq.* Et nihil fatetur, vt notatum eſt ſupra *lit.C.nu.43.*

10. Er-

Digitized by Google

10 Errantibus, non decipientibus iura ſubueniunt, *l. ſi is qui, C. ſi minor ſe maiorem dixerit.*

11 Error excludit conſenſum, *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. Cardin. Seraphin. Rota Romana deciſ.* 1190. *nu.* 2. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 59. *num.* 10. *Bertazol. tract. clauſularum inſtrument. clauſula* 11. *gloſ.* 3. *nu.* 2. *Thomas de Thomaſettis reg.* 198. *Surd. conſ.* 28. *nu.* 122. *Pariſ. conſ.* 150. *numer.* 22. *vol.* 4. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 2. *num.* 6.

12 Error in facto proprio allegari non poteſt, & non releuat, *Card. Tuſch. tom.* 3. *lit. E. concluſ.* 317. *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo error nu.* 2. *Brunor. à Sole in locis commun. eod. verbo nu.* 5. non enim pręſumitur, niſi probetur, *l. ſi hæres, §. fi. ff. ad Trebell.* Limita ſi agatur de damno vitando, *Mari. Anton. cum ab eo citatis vari. lib.* 3. *reſol.* 21. *nu.* 4. Et error, & ignorantia in facto alieno excuſat, *l. fin. ff. pro ſuo, Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 138. *n.* 15. vbi *num.* 16. reſoluit, quod ſi tractatur de lucro captando, vel damno vitando error in facto proprio excuſat, cui ſubſcribit *Brunor. nu.* 1. vbi proximè. Et error iuris non nocet, vbi agitur de damno, *l. iuris la* 2. *ff. de iu. & fac. igno.*

13 Error nominis non vitiat diſpoſitionem, ſi conſtat de intentione, *l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg.* 1. *l. ſi me in vacuam* 34. *in princip. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi doct. Duenh. reg.* 256.

Azen. l.13. à nu.10. tit. 25. lib. 4. noua recopil. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo error n. 4. Card. Tuſch. tom. 3. lit. E. concl. 324. Rota Romana apud Farin. deciſ. 156. à num. 3. in nouiſſimis, & deciſ. 687. num. 5. tom. 2. p. 1.

14 Erubeſcimus cum ſine lege loquimur, *l. illam* C. *de collat. auth. de trien. & ſemis. §. conſideremus collat. 3. extrauag. execrabilis, Ioan. 22. col. 13. de præben.* cum ſimilibus de quibus *Euerard. in topic. legal. loco 64. Surd. conſ. 158. nu. 13. & conſ. 308. num. 3. & conſ. 374. numer. 12. Ioa. Petr. Monet. tract. de option. cap. 3. nu. 2. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 39. nu. 2. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E. concl. 331.* vbi *nu. 2.* intelligit cum loquimur ſine lege communi, vel municipali, quia ſufficit alterã legem allegare, & *num. 3.* quod imò etiam procedit, quando loquimur ſine lege, ſine ſtatuto, & ſine conſuetudine. Procedit etiam, niſi allegaretur ratio naturalis. *Thomas de Thomaſettis reg. 109.*

15 Eſſentia rei debet dari, vt qualitati ſit locus *Card. Tuſch. tom. 3. lit. E. concl. 334.* Eſſe vel eſſe debere paria ſunt, *l. qui cum alio, vbi Deci. in fin. ff. de reg. iur.*

16 Exceptio datur facilius, quam actio, *l. 1. §. cui damus, ff. de ſuperfi. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E. concl. 374.* quibus adde, quæ notaui ſupra *lit. A. num. 20.*

17 Exceptio debet eſſe de regula, *l. quæſitum §. denique, ff. de fund. inſtruct. gloſ. in rub. de re-*

gul.

Digitized by Google

gul.iur. in 6. Euerard. in topic.loco 3. Flamin. de reſignat.lib.5.q.6.nu.186. Rota Romana apud Farin.deciſ.144.nu.6. tom.1.p.1. Cardin. Tuſch.tom.3. lit. E.concl.422. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.980. num.7. Intellige verum eſſe hoc quoad vim comprehenſiuam, ſed non quoad iuris determinationem, *l.in his iuncta gloſ.C.de reuoc.donat. Euerar.vbi proximè.* Et declarat regulam, *Surd. conſ.352.num.12. Euerard.d.loco* vbi allegat *tex.in l.nam quod liquide §.fi.in fin.ff.de penu legat. Rot. Rom.vbi proxime Cardin. Tuſch. d.lit. E. concl. 424.* vbi etiam aſſerit, quod non ampliat, vt comprehendat ea, quæ non ſunt de genere regulæ.

18 Exceptio vbi non reperitur poſita, non eſt à regula recedendum, *l.in præuaricationis §. vlt.ff.de præuaricat, l.diſſentientem C.de diuort. l. illam C.de collat. Flamin.de reſignat.lib.3.q.7.numer.45.*

19 Exceptio repellit eundé, quem de iure tenet actio *l.vendicantem* 17.*cum l.ſeq.ff.de exceptio. l.exceptione doli.C.de euict. Tiraq.de retract.lign. §.1.gloſ.9.n.33. Boer.deciſ.23. nu.13. Neguzant.de pignor.p.5.memb.1.n.53. Mol.de primog.lib.4.cap. 1.nu.20.& 28. Gom.l.50.Tauri nu.63. Gam.Luſit. deciſ.67. D.Barb.l.1.p.5.n.20.ff.ſolut.matrim. Portol.de conſortib.& fideicommiſ.cap.22.nu.18. Card. Tuſch.tom.3.lit.E.concl.375.*

20 Exceptus caſus firmat regulam in contrarium, notaui ſupra *lit.C.nu.5.*

Digitized by Google

21 Excipiendo quis poteſt allegare contraria, ad ſe defendendum *cap.nullus pluribus de reg.iur.lib.ſexto Cardin. Tuſch.tom.3.lit.E.concluſ.418.*

22 Excipiens non videtur fateri *Surd. deciſ. 24. num.5. Trentaſinq.vari.lib.2.tit.de exceptio. reſolut.2.num.1.Cardin.Tuſch.tom.3.lit.E.concluſ. 427. Mari.Antonin. vari.lib.2.reſol.50.num.31.* Intellige quo ad fundãdam intentionem actoris *l.non vtique ff.de exceptio.cap.exceptionem de reg.iur.lib. ſexto.Gom.vari.tom.3. cap.12.num.16. Cou.vari.lib.1.cap.1.nu.2.verſ.eodem iure. Cacher. Pedam.deciſ.178.num.9.Franciſc.Milanenſ.Siciliæ deciſ.3.nu.46.lib.2.Bellon.Genu.deciſ.38.nu.8. & deciſ.91. num.1. Petr.Gregor.ſyntag.iur.lib.21. cap.17.nu.3.Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocat. verbo exceptio nu.26. Steph.Gratian. Marchiæ deciſ.19.nu.19.* Et excipiens non videtur fateri ea, quæ exceptione includuntur *cap. cum venerabilis de exceptio.*

23 Executio iuris nec metum, nec iniuriam infert *l.nullus videtur,& ibi Dec.& Cagnol.ff.de reg.iur.Surd.deciſ.21. num.14.cum ſeqq. Gam.Luſit.deciſ.35.numer.1.* Executio non facienda iuris ordine prætermiſſo *l.ſi cum nulla ff. de re iudica. l.1.C.de executio.rei iudica.*

24 Exempla declarant regulam,& aperiunt *l.præter alias Iulianus* §. *quoties ff. de collat.beneſ. ibi quod dico exemplo vt manifeſtus fiat, Cardin. Tuſch.tom.3. lit.E. concl.548.* & vt dicit *Bald.*

conſ.

conſ.357.col.pen.vol.5. exempla ſicut digitus rem oſtendunt, & tactui quodammodo ſubiiciunt *l.1.ff.de præſcript.verb. & §.ſed cum magis inſtit. de gradibus.* Vnde extat illud vulgo tributum adagium, quod exempla magis mouent, quam verba, relatum *D.Thom.12.q.34.art.1.in corpore* cum magis veritas oculata fide quam per aures animis infigatur, inſtit.de gradibus cogna.in fi. iuxta illud ſapientiſſimi *Senecæ epiſt.6.* Homines amplius oculis, quam auribus credere, ac longum eſſe iter per præcepta, ſed breue, & efficax per exempla. Nam ſcientia per viſum certior eſt ea, quæ fit per auditum, vt conſtat ex Horatij arte poët.

Segnius irritant animos demiſſa per aures
Quam quę ſunt oculis ſubiecta fidelibus,
atqui
Certior aure arbiter eſt oculus, &c.

Et vt dicitur in Herodoto, Magis incredulæ ſunt hominum aures, quam oculi, &c. Et diſpoſitio clara dicitur, quæ oculis cernitur, & non mente ſecundum *Anton. Monach. Florent. deciſ.46.num.86.* Deinde ocularis inſpectio excellentiſſima probatio eſt, vt per *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.111.num.12. Affl. deciſ.23. num.6. Natt.conſ.235.num.13.late Maſcard.de probat.vol.1.q.8. num.1. & quæſt.17. num.58.* Licitum enim eſt allegare dicta poetarum vbi iuri non contradicunt *cap.quemadmodum, & ibi Panor.not. de iureiur.* Et ſimiliter loco iurium allegari

poſſunt vulgaria prouerbia *cap. & ſi Iudæos, & ibi Io. And. not. de Iudæis cap. ne tales de conſecra. diſt. 5. l. ſolent. circa ſi. ff. de off. procon. & leg. & l. ſi chorus §. 1. ff. de lega. 3. & d. cap. quemadmodum.*

25 Exempla non reſtringunt regulam *l. damni infecti ſtipulatio ff. de damno infect. l. pen. §. vlt. ff. de iur. & facti ignor. l. 1. § quod vulgo ff. de vi, & vi arm. l. ſcire oportet §. oportet ff. de excuſat. tutor. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo libertis num. 37.* C. *de reuoc. donat. Surd. conſ. 308. num. 10. Mol. de primog. lib. 2. cap. 8. num. 4. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 563. num. 73. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E. concl. 547. Flamin. de confident. q. 9. num. 75. & q. 27. nu. 68. & q. 32. num. 28.*

26 Exempla non excludunt ſimilia *l. 1. §. quod dicitur ff. de vi & vi arm. l. regula §. vlt. ff. de iuris, & facti ignorant. §. hactenus inſt. de gradibus Aym. conſ. 544. num. 25. Azeu. l. 4. num. 24. tit. 20. lib. 8. nouæ recopil.*

27 Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus *l. ſed licet ff. de officio præſid. l. nemo* C. *de ſentent. & interloquut. omn. iud. cap. 1. de poſtulat. prælat. Surd. conſ. 34. nu. 21. Menoch. conſ. 996. num. 27. vol. 10. Ludouic. Rodolphin. tract. de diuerſis concluſ. concl. 10. pag. 153. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E. concl. 549. Anton. Monach. Flor. deciſ. 1. num. 93. cum ſeq. Thomas de Thomaſettis reg. 110.* vbi aſſerit procedere in malis exemplis, & in practica erronea iudiciorum.

28 Exi-

28 Exitus acta probat *l. quidam ff. de rebus dubijs l.cum Silanianum C. de his quibus vt indignis l.rem non nouam in fine C.de iudicijs l.ſi mater vbi Bald. C.ne de ſta.defuncto.cap.quatuor 12.q.3. cap.quod autem 22.q.2.Surd.deciſ.288. num.8. & conſ.181.num.24.Tiraq.de retract.lig.ad finem lit. num 23.Aloyſ.Ricci.in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.631.nu.3.*

29 Experientia omnium rerum eſt mater, & magiſtra, *§.quæ omnia inſt.de fideiuſſor.§.pen. inſtit. de ſatiſdat. cap. quam ſit de elect. lib. ſexto Surd.conſ.61. num.36. & conſ.132. num.23. Ludou. Rodolphin.vari.quæſt. lib.2. q.35. num.24. Cardin. Tuſch. tom.3.lit.E.concl.648.Mari. Antonin. vari.lib.2.reſol.33.num.10.*

30 Expreſſum dicitur illud, quod ſubintelligitur à iure *l.licet imperator ff.de legat.1.l.1.C. de teſtam.milit.Tiraq.in l.ſi vnquam verbo donatione largitus num.158.C.de reuoc.donat.*

31 Expreſſum dicitur, quod ex mente, & coniecturis neceſſario colligitur *Surd.deciſ.254. num.37.Flor.vari.q.21.num.26.Gam. Luſit.deciſ. 51.nu.8.Cald.Pereira de empt.cap.9.num 8. & numer.12. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.3.q. 36. nu.19.*

32 Expreſſum dicitur, quod continetur ſub generalitate verborum *gloſ.in l.vlt.verbo ſpecialiter, C.quod cum eo ſecundum primam opin.ibi relatã l.Lucius ff.de vulga.Flor.vari.q.21.n.26.Brunor.à ſole in locis cõmu.verbo expreſſum 4.Flamin.*

de reſignat. lib.6.q.2.nu.54. & lib.8.q.19. num.23. Anton. Monach. Lucenſ.deciſ.62.nu.13. & Flor. deciſ.69.num.17. Rendina in promptuar.recep.ſententent.tom.1.tit.100.num.15. vbi aſſerit eſſe doctrinam *Bart.* communiter approbatam in *l.prætor ait in prin.num.1.ff. de oper.nou. nunciat.& in l.1. col.2.num.7. verſ.ad quod ſciendum ff. de vulg. & pupil.* & communem regulam appellare, *Curt. iun.in rub.C.de collat.col.3.num.9.* & ibi plures alios antiquiores citat. Limita quando requiritur aliquid expreſſe vel ſpecialiter fieri in aliqua diſpoſitione correctoria iuris communis, nam tunc non ſufficit id contineri ſub verbis generalibus *Menoch. conſ.331. nu.24.* Et expreſſum dicitur, quod continetur ex vi verborum *Flor.d.q.21.num.26.Flamin.d.q.2.num.55. Mendez à Caſtro in praxi Luſit.lib.3.cap.11.num.8. Ioſeph.de Seſſe Aragon. deciſ.65.nu.29. & deciſ.113. num.179. Ferrer.in conſtit. Cathalon.gloſ.4.nu.52.* Expreſſum enim dicitur; quod ex conſequentia verborum neceſſario colligitur *Ioſeph.de Seſſe d.deciſ.113.nu.170.& deciſ.189. num.52.* Et expreſſum cenſetur proprie, & totaliter, quod per relationem exprimitur *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.202. num.31. Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 33.num.10.*

33 Expreſſum dicitur, quod ſub ratione comprehenditur *l.quæſitum ſcio.ff.de teſtib.l.ſi poſtulauerit* §.*ſed ſi negauerit ff.de adul.Tiraq.in l. ſi vnquã verbo ſuſceperit liberos n.37.* C. de reuoc.

don.

Digitized by Google

Rot. Rom. apud Farin. deciſ. 10. *num.* 3. *tom.* 1. *par.* 1. *Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. *&* 12. *Guter. pract. lib.* 3. *q.* 17. *nu.* 82. Et quod ex eadem ratione deducitur *Surd. deciſ.* 254. *nu.* 40. *& deciſ.* 255. *nu.* 23. *Cald. Pereira de reſol. emphit. cap.* 1. *num.* 20. *&* 21. Et expreſſum cenſetur, quod virtualiter ineſt *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 65. *n.* 22. *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.* 4. *nu.* 61.

34 Expreſſum vbi requiritur, non ſufficit tacitum, neque præſumptum *cap.* 2. *de præbendis cap. fin. de procurator. lib. ſexto Cabed. Luſit. deciſ.* 12. *num.* 7. *p.* 2. *Cardin. Tuſch. tom.* 3. *lit. E. concl.* 654. & alij relati per *Valaſc. de partit. cap.* 14. *nu.* 18.

35 Expreſſi maior eſt vis, quam taciti *l. non nunquam ff. de condit. & demon. l. expreſſa nocent vbi Dec. num.* 5. *ff. de reg. iur. l. precibus* C. *de impube. Surd. conſ.* 10. *nu.* 24. *& conſ.* 310. *num.* 14. *Cardin. Tuſch. tom.* 3. *lit. E. concl.* 655. *Scac. de appellat. q.* 12. *num.* 87. *Pichard. ad* §. 1. *inſt. de vulgari ſubſtitut. num.* 9.

36 Expreſſum facit ceſſare tacitum *l. cum ex filio impuberi ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. maritus* C. *de procurat. Surd. conſ.* 157. *num.* 22. *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 15. *nu.* 49. *Cardin. Tuſch. tom.* 3. *lit. E. conclu.* 656. *Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub.* 13. §. 1. *nu.* 5. *Armendaris in proœmio addit. ad recop. legum Nauar. nu.* 13.

37 Expreſſo vitiato, vitiatur tacitum in eo comprehenſum *l.* 3. §. *fin. in fine ff. de ſeruit. ruſtic.*

Digitized by Google

*præd.l.cum vnus §. plane ff. de bonis auctorit. iud. poſſid.l.*1.*§.hæc verba verſ.proinde ff.ne vis fiat ei l. per ſeruum §.fin.ff.de vſu.& habitat.l.fin.ff.de conſtit.pecun.l. non dubium* C. *de legibus*, quæ iura adducit. *Gom.vari.tom.*1.*cap.*3.*num.*29. Non tamen vitiatur tacitum æquè principale *l. ſi fideiuſſor in princ.ff.de legat.*1.

38 Extrema omnia ſunt vitioſa *l.ſolent §.fin. ff.de offic.proconſul.Cardin.Tuſch.tom.*3.*lit.E.concl.*685.*Flamin.de confident.q.*7.*nu.*39. vbi etiam dicit, quod ex duobus contrarijs fit medium optimum,& citat *Paul.de Caſtr.per text.ibi in l. continuus §.cum ita ff.de verb.oblig.*

F

1 FAcere per ſe videtur, qui per alium facit *l.*1.*§.deieciſſe ff.de vi,& vi arm.l.ita §.quod ſi quis ff. de adminiſtrat. tutor.l. ſi per alium ff. ne quis eum l.is damnum dat vbi Dec.& Cagnol.ff.de reg.iur. l.non ideo* C.*de accuſat.cap. qui per alium* 72.*de reg.iuris lib.ſexto,cap.mulieres §.illi vero de ſentent.excom.Menoch.de interdict.remed.*1.*recuper.poſſeſs. num.*407. *& conſ.*1. *num.*304. *Flamin. de confident.q.*28. *num.*83. *& q.*31. *num.*12. *Duenb. reg.*378.*ampl.*3. *Corraſ.lib.* 2.*miſcel.cap.*22. *Clar. §.vlt.q.*38.*num.*6.*Gom.vari.tom.*3.*cap.*3. *num.*39. *& l.*45.*Tauri n.*91.*Plac.de delictis lib.*1.*cap.*15. *numer.*17.*Decian.in tract.crim.lib.*4.*cap.*17.*num.*2. *Ioan. Maria Bellet. diſquiſit. cler. p.* 1. *tit. de fauore*

Digitized by Google

uore cl.can.§.1.n.6. pag.172. Thomas de Thomaſettis reg.249. Sur.conſ.360. nu.19. Cardin.Tuſch. tom.3.lit.F.concl.7. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ.reſolut.564.nu.3. in 2.edit. Et qui non poteſt per ſe, non poteſt per alium *l.neque per ſe* C.*de hæred.inſt. Thomas de Thomaſettis reg.246.* Et paria ſunt aliquid facere, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam *l.hac edictali* §.*ſi verò plus* C.*de ſecun.nupt.* Et facere, vel facto auctoritatem præbere paria ſunt vt notatum eſt infra *lit.N.num.37.*

2 Facere non dicitur, qui cauſam ad finem non perduxit, *l.qui cum natu maior*, §.*accuſaſſe*, *ff.de bonis libert. Mexi.in tract.taſſæ panis concl.5. num.61. Farin.in praxi crimin.p.4.conſ.75.num.* 83. Facere dicitur, qui cum poſſit non prohibet, *l.adigere in princip.vbi gloſ.ff.de iur.patron.*

3 Qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet, *l.ſi non fuerit, vbi gloſ.ff.de iure iuran. Menoch. de interdict. remed.1.recuper.poſſeſ. numer.89. Surd. de alim. tit.8. priuil.53. numer.* 10.

4 Qui non facit, quod facere tenetur, præſumitur doloſus, *Farin.in praxi crimin.p.3.q.* 89.*nu.92.cum ſeqq. Cald. Pereira de empt.cap.19. nu.18.*

5 Facta multa tenent, quæ à principio fieri prohibentur, *l.patre furioſo*, vbi *Iaſ.* latè exornat, *ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, *l.circa ff. de inoffic.teſt.l.1.§.biduum, ff. quando appellan.ſit,*

Digitized by Google

cap.ad apoſtolicam 46.de regular.cap.1.de matrim. contractio contra interdictum eccleſiæ cap.fin.de diuort.cap.rurſus qui cler.vel vouen.Lambert.de iure patron.p.1.lib.10.art.7. Surd.conſ.174.num.12.& conſ.175.nu 41.& conſ.360.num.14.Cardin. Tuſch. tom.3. lit.F.concl.12. Stephan.Gratian. Marchia deciſ.61.num.11. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.3.num.r.98. Amon. Monach. Bonon.deciſ.19.num.22. Eſcobar. de ratiocin.cap.6.num.38. Ioan.Maria Bellett.diſquiſit.clerical.p.1.tit.de diſciplina clericali, §.29.n.6.pag 163.& tit. de clerico teſte, §.4.numer.7.pag.482. quod axioma intelligitur,quando prohibitio fit in accidentalibus, ſecus verò ſi forma, & actus ſubſtantialis prohibeatur,iuxta doctrinam *gloſ. verbo ſacramenti,in auth.decernit,C.de recept.arbit.* probat *Sot.in 2.4.diſt.28.q.1.art.1.*Procedit etiam quando à principio actus non eſt omninò inualidus, ita *Thomas de Thomaſettis reg.*185.

6 Facta non præſumuntur, niſi probentur, *l.in bello,§.facta,ff.de captiu. & poſtlim. reuerſ.l. ſi emancipati 9.vbi Iaſ.C.de collat.l.1.C.de probat. l.quæcunque, §.ſi.ff.de publican.l.aſſeueratio, C.de non numer.pecun.cap.cum Ioannes,§. verum de fide inſtrum.cap.licet, de conſtit.lib.ſexto, Menoch. de præſumpt.lib.6.q.14.nu.1.& per totam Caputaquen. deciſ.*11. *nu.*1 *p.*1. *Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag.*320. *num.* 49. *Thomas de Thomaſettis regul.*118. *Maſcard.de probat.lib.2.concl.* 732.*Cardin. Mantic.de coniectur.vlt.volunt.lib.2.*

*tit.*1.

*tit.1. num.4. & tit.12. num.22. Gonzal. ad reg.8. Cancel.gloſ.43.num.95.& gloſ.62.num.28.Cardin. Tuſch.tom.3.lit.F.concl.10. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.407.nu.1.& deciſ.681. nu.3. in 1.edit.& reſolut.580.nu.3.in 2.edit. Mari. Anton. vari.lib.1.reſol.98.nu.8.Ioan.Maria Bellet.diſquiſit.cleric.p.1.tit de bonis clericorum, §.15.num. 6.pag.539. Franciſc. Molin.de ritu nupt.lib.1.cap. 9.nu.2.Flam.de reſignat.to.2.lib.10.q.8.nu.43.*vbi *nu.44. cum ſeq.* reddit rationem huius axiomatis. Quomodo autem facta præſumantur, Vide *Surd.conſ.164.num.24. Flamin. d.tom.2. lib.11.q. 14.nu.7.8. & 20.cum ſeqq.*

7 Facta pro infectis haberi non poſſunt, *l.in bello, §.facta, ff.de captiu.& poſtlim. reuerſ.l. verum, vbi Dec.ff.de reg.iuris, Surd. conſil.95. nu. 8.Ferrer.in conſtit. Cathalon. gloſ.6. nu.121. Anton. Monach.Bonon.deciſ.28.num.11.& deciſ.30.n. 25.Franciſ.Molin.de ritu nupt.lib.2.different.1.nu. 27.Card.Seraphin.Rota Romana deciſ.365.num.7. Thomas de Thomaſettis reg.117.*vbi aſſerit procedere, niſi aliquid contra leges, vel bonos mores fiat.

8 Facta de facto, etiam ſunt reuocanda de facto, iuxta not. in *l.1.§.nunciatio.ff.de nou.oper. nunciat.cap.1.vt lite pend.Lancell.de attentat.p.3. cap.25.nu.46. Vant.de nullit. in rub. quid ſit null. n.16.*quos citat *Mari. Anton. vari.lib.2.reſol.29. nu.6. Card.Tuſch.tom.3.lit.F.concl.11.vbi n.2.*declarat procedere in ijs, quę facta ſunt non debi-

to modo, & contra ius, ſecus ſi ius permittat. Facta ſunt potiora verbis *l.de pupillo §.meminiſſe ff.de oper.no.nuntia.*

9 Facti narratio non facit ius *cap. ex litteris de fide inſtrum. Tiraq.in l. ſi vnquam verbo libertis num.*37 C.*de reuoc.donat.*

10 Facti ſeries iuris diſpoſitionem inducit, *l.quidam referunt ff.de iure codicil.Cardin.Tuſch. tom.*3.*lit.F.concl.*13.

11 Facto alterius nemo debet prægrauari *l. ſi quis in ſuo §. legis* C. *de inoffic. teſtam. Surd. conſ.*173. *num.*84. Alieno facto nullus oneratur *l.in cauſa ff.de procurator.* Et alieno facto ius alterius non mutatur *l. nam ſatis §.fin.ff. quemadmo.ſeruit.amitt.*

12 Facto ex eodem non debet quis præmium,& pœnam habere *l.ſiue hæreditaria ff.de negot.geſt. l.relegatorum §.fin. ff. de interdictis.* Pro facto habetur, quod proxime futurum eſt *l.penul.ff.de milit.teſtam.*notaui ſupra *lit.A.n.*14.

13 Ex facto ius oritur *l.ſi ex plagis* 53. *§. in cliuo ff.ad leg. Aquil.l.fin.in princip.ff.de iure iur. Menoch.conſ.*2.*n.*208. *D.Barb.in l.Titia num.*25. *ff.ſolut.matrim. Anton.Monach.Flor.deciſ.*48.*n.*7.

14 Facto non minus, quam verbo conſenſus elicitur,& ratificatio *l.non tantum ff.rem rat. haber.Cardin.Tuſch.tom.*3.*lit.F.concl.*15.

15 Factorum diuerſitas exigit diuerſitatem pænarum *l.ſi ſeruus* 49.*ff.ad leg. Aquil.* Et à diuerſitate temporum ſequitur diuerſitas facto-

rum,

Digitized by Google

rum *l.nunquam plura ff. de priua. deli.cap. nihilominus vbi gloſ.*3. *q*.9. cum alijs de quibus *Euerard.in topic.legal.loco* 87.

29 Minima non ſunt in conſideratione, *l. ſcio, ff.de in integr. reſtit.l.4. in fin.ff.de ædi. edic. Brunor. à Sole in locis commun. verbo minima, Aloyſ.Ricci.in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.*691. *in* 1. *edit.& reſolut.*585. *à num.*7.*in* 2.*edit.Cardin. Tuſch.tom.*5. *lit.M.concl.*239. Intellige quando agitur de iure ſpeciali contra iuris communis regulas, putà per viam reſtitutionis in integrum, & ita procedit *tex. in d.l. ſcio & in l.ſi oleū,§.vlt.ff.de dolo,& l.res bona,ff.de cōtrah.empt.* quia vbi agitur de iure communi, de minimis

Digitized by Google

curatur,& procedit *tex.in l.1.§.illud,§.ff.de coniung.cum emancip.liber.l.quamuis, ff.vt in poſſeſſ. legat.l.1.§.cum diciturff.ſi cui pluſquã per leg.Falcid.* etiamſi ſimus in pænalibus, puta in furto, quod committitur in anſere,vel gallina,vel in vno ouo,*l.naturalem.§.gallinarum,ff.de acquir. rer.domin. §.gallinarum, & vtrobique gloſ. & Doct.inſtit.de rer. diuiſ.*ita diſtinguit *Bart.in d.l. ſcio n.1.verſ.nota quod de minimis,& in l.proprietarius col.2.in princip.n.2.verſ.ſed dic aut agitur,ff. de damn. infect.* quæ diſtinctio communiter ab omnibus recepta eſt, vt per citatos *à Rendina in promptuar.recept.ſentent.tom.1.tit.*100.*nu.*13.

30 Minus cui prohibetur,multo magis id, quod maius eſt interdicitur *cap. nulli* 44. *diſt.* nam minus ſemper ineſt in eo,quod plus eſt, *l. in eo,ff.de reg.iuris,Farin.in praxi crim.p.4.deciſ.* 10.*nu* 6.

31 De modico non eſt curandum,*l.ſi oleum, §.fin.cum l.ſeq.ff.de dolo, l.in rebus, §.poſſunt, ff. commodati, l.res, ff.de contrah.emp.l.ſcio, ff.de in integr.reſtit. Aloyſ.Ricci.in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.*39.*num.*3. *in* 1.*edit. & reſol.*36.*in* 2. *edit. Bertazol.in repet. l. ſi quis maior,* C. *de tranſact. nu.*422.*Thomas de Thomaſettis reg.*94. vbi aſſerit procedere,niſi modica eſſent eſſentialia, vel multa.

32 Modica non nocent, *cap. ſi proponente* 42.*vbi gloſ.*1.*de reſcript.Tiraq.in l.ſi vnquam verbo donatione largitus nu.* 107. C. *de reuocandis donat.*

Digitized by Google

nat. & in tract. de iudicio in rebus exiguis verſ. 29. P. Azor. inſtit. moral. lib. 6. cap. 10. verſic. tertio quæritur. Hinc modica mora non nocet, *Tiraq. vbi proximè num. 77. & de retract. lig. §. 8. num. 9.*

33 Mora vltima nocet, *l. illud 17. ff. de peric. & commod. rei vend. l. ſi mora, & l. ſemel mora, ff. ſoluto matrimon. l. cum prætor, §. ſi aliquando, ff. de noui operis nunciat. l. ſi & per emptorem 53. ff. de actio. emp. l. ſi ſeruum 91. § ſequitur, ff. de verb. oblig. cap. ſi iudex laicus 12. vbi gloſ. verbo clericali de ſentent. excom. lib. ſexto, Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 29. nu. 86. Caſſan. in catal. glor. mund. par. 12. conſid. 100. num. 16. Medic. in tract. de nouation. 2. p. verbo mora, Saport. tract. de mora cap. 1. num. 41. Forcatul. eod. tract. 3. p. nu. 13.* quos refert *Pichar. in diſp. de mora num. 212.*

34 Morem antiquorum, qui non ſeruat, non ſeruat honorem eorum, *Bald. conſ. 318. incipit quidam nobilis lib. 2.* refert, & ſequitur *Aymo. Crauet. conſ. 238. nu. 10.*

35 Moriens nunquam præſumitur immemor ſalutis æternæ *l. fin. C. ad l. Iuliam repetund. cap. ſancimus 1. q. 7. Menoch. conſ. 350. nu. 9. Eſcobar de ratiocin. cap. 11. num. 30. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat. 18. num. 66. Thomas de Thomaſettis regul. 193. Cou. vari. lib. 2. cap. 13. num. 8. Flamin. de reſignat. lib. 12. q. 1. à num. 7. Bertaz. conſ. 118. num. 13. Anton. Monach. Florent. deciſ. 2. num. 27.*

Digitized by Google

36 Mors omnia ſoluit *auth. de nuptiis §. deinceps collat. 4. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 7. nu. 82. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. M. concl. 391. Sebaſtian. Medic. in ſpeciali tract. mors omnia ſoluit. Pichard. ad §. recte quoque 5. num. 8. inſtit. de mandato. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 15. à n. 3.*

N

1 NAtura, & ars fruſtra nihil agunt *Ariſto. lib. 2. de cælo text. 59. & lib. 3. de anima tex. 45.* probatur *in l. qui bis idem ff. de verbor. oblig. l. hæc ſtipulatio §. diuus, ff. vt lega. no. cauea.* cum citatis per *Brunor. à Sole in locis commun. verbo natura.* Et natura non deficit in neceſſariis, neque abundat in ſuperfluis *Ariſtot. d. lib. 3. de anima cap. 5.*

2 Natura rei potius attendi debet, quam ſimplex nominatio *argum. tex. in l. ſi vno ff. locati cap. ea quæ, de ſimonia, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. num. 18.*

3 Naturalis coniectura præualere debet accidentali *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 85. num. 55.*

4 Naturaliter quod non poteſt fieri, non poteſt fieri ſecundum legem poſitiuam, & eius ordinationem *l. qui ad certum ff. locati, l. lex Cornelia in fine ff. de vulgari, & pupill. ſubſtit. l. Gallus §. ſi eius, ff. de liber. & poſth.* Vnde paria ſunt aliquid eſſe impoſſibile naturaliter, vel

Digitized by Google

vel de iure *l.1. vbi gloſ.& l.filius ff.de condit.inſtitut.*

5 Neceſſaria omnia ad vnum conceduntur illi, cui conceditur illud vnum *l.2.ff.de iuriſdict. omn. iudic. l.ad rem mobilem §.qui procuratorem ff de procurator. l.1. §.1. ff.ſi vſusfruct.pet. l.3. §. qui habet ff.de ſeruit. ruſtic.præd. l.3. ff.pro ſocio l. 1. §.fin. ff de officio eius cui mand.eſt iuriſd. §.minorem inſt. de adopti. cap. præterea de offic. deleg.* cum his quæ ad hoc principium exornandum tradunt *Euerard.in topic.legal.in loco à conceſſione antecedentis, & in loco a conceſſione conſequentis, Nau.in princip.de pænit.diſt.5.nu.24. & lib.4. de ſponſal.conſ.14.n.2.Surd.conſ.347.num.20. Rendina in promptuar.recept.ſentent.tit.100.n.3.tom. 1.Gam.Luſit.deciſ.206.numer.9.Thomas de Thomaſettis reg.29.* Vbi aſſerit procedere in materia fauorabili, vel indifferēti, vel in coniunctis, & vbi militat eadem ratio. Vel intellige quando illud conceſſum non poteſt ſtare ſine illis ex *Franciſc. Galet. in margarita caſuum conſcient. verbo concedere.*

6 Neceſſitas legi non ſubiacet *l. tutor qui repertorium ff. de adminiſtr. tutor. l.vt gradatim §.1.ff.de muner. & honor. l.non ſolum §.fin. ff. de excuſat. tutor. l. aliquando ff. de offic. proconſ. l. ſi quis filio ff. de iniuſt. teſtam. l.1. Cod. de oper. libert. l. pro tyronibus C. de priuileg. domus Auguſtalis lib. 11. cap. licet de feriis cap. quanto in fin. de conſuetud. cap. exijt col.4. in fine de ver-*

Digitized by Google

bor.ſignific. lib.ſexto Thomas de Thomaſettis regul. 189. *Surd. deciſ.86. num.*8. *Gail pract.lib.*1. *obſeruat.*102. *num.*8. *Plac.de delictis lib.*1.*cap.*28. *num.*3. *Matien. l.*1.*gloſ.*21.*tit.*10.*lib.*5.*noua recopil. P.Sanch.de matrim.lib.*3.*diſp.*10. *num.*27. *Ceual. commun.contra commun.tom.*4.*q.fin.nu.*50. *Aloyſ. Ricci.in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.*711.*in* 1.*edit. & reſol.*602. *num.*3. *in* 2.*edit. Cardin.Tuſch.tom.* 5.*lit.N.concl.*19. *Luſit.Benedict. Aegid.in repetit. l.ex hoc iure ff.de iuſt.& iure p.*1. *cap.*8.*num.*26.*in fine*, elegantiſſime *Munoz de Eſcobar* qui multa ex ſacra pagina refert, *de ratiocin. adminiſtr. cap.* 14. *à num.*10. *Bartho. Peret. ad extrauag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alien. verbo præterquam num.*4. *pag.*176. *Ioan.Petr.Monet.tract. de diſtribut.quotid.p.*2.*q.*11.*num.*38.*Io.Maria Bellet. diſquiſit. clerical. p.*1. *tit. de diſciplina clerical.* §. 4. *numer.* 55. *pag.* 41. *&* §. 20. *num.*13. *pag.* 135.

7 Neceſſitas facit licitum, quod de iure non eſt licitum *cap. quod non eſt licitum de reg. iur. Tiraq.de pœnis temper.cauſa* 33.*num.*3. *Ceual. commun.contra commun.q.fin.nu.*6.*tom.*4. *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo neceſſitas nu.* 2. *Anton.Oliban.de iure fiſci cap.*4.*num.*36.*Eſcobar de ratiocin.cap.*14.*nu.*13. *Ioan.Petr.Monet.de diſtribut.quotid. p.*2.*q.*11.*num.*38. *Beltett.d.*§.20. *num.*13.

8 Ex neceſſitate quæ fiunt, non dicuntur fieri in fraudem *Gozadin.conſ.*87. *num.*15. quem refert

refert, & ſequitur *Flamin. de reſignat. tom. 1. lib. 2. q. 3. nu. 40.*

9 Neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit *l. rem legatam ff. de adimend. legat. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo donatione largitus num.* 106. *C. de reuocandis donat. Valaſc. conſ.* 153. *nu.* 24. *Gam. Luſit. deciſ.* 71. *num.* 3. *Pichard. ad rub. inſtit. de adopt. nu.* 43. Neceſſitatibus leges non ſeruantur *l. vt gradatim §. 1. ff. de mu. & hono.*

10 Negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio *cap. bona de elect. cap. ſuper hoc de renunciat. Hyeronim. Ferdinandez de Otero in repetit. cap. fin. de conſuetud. nu.* 30. Negatiua enim probari non poteſt vt per *Anton. Gabri. tom. 3. commun. tit. de probat. concl.* 6. *Maſcard. de probat. concl.* 1087. *Fului. Pacian. eod. tract. lib.* 1. *cap.* 38. *Donat. à Fin. tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 35. *& num.* 20. *&* 28. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *q.* 50. *num.* 8. *cum ſeqq. Vincent. Carot. tract. de locato, & conducto tit. de negatiua probanda p.* 3. *Cardoſ. in praxi iudicum verbo probatio nu.* 29. *Rebuf. de except. nu.* 160. *cum ſeqq.*

11 Negatio facit rem dubiam *cap. veniens* 13. *de ſupplenda neglig ent. prælato. Felin. in cap. ſuper eo a nu.* 2. *de teſtibus cogendis Surd. conſ.* 4. *nu.* 28. *Guter. pract. lib.* 3. *quæſt.* 9. *nu.* 10.

12 Negatiua plus negat, quam affirmatiua affirmet *gloſ. in cap. cum dilectus de conſuetud. Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit. N. concl.* 26. *Mari Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 20. *numer.* 7. *Surd. deciſ.*

Digitized by Google

243.*num*.6. vbi *num*.7. aſſerit quod negatiua diſpoſitio nullum caſum excipit. Et negatio plus tollit, quam ponit affirmatio, quia malignantis naturæ eſt, & quidquid ſequitur negat *l. filius fam*. §.1.*C.de donat.gloſ*.1.*in l.iuriſgentium* §.*ſed ſi fraudandi ff.de pact. gloſ. verbo a ſuſpenſis in cap. cum dilectus de conſuetud.gloſ.verbo non poteſt in cap.1.de reg.iuris lib.6*. quas ſequuntur frequentiſſime ſcribentes per *tex.ibi,in l.ſi is qui ducenta* §.*vtrum ff.de rebus dubiis* cum multis aliis quæ latè proſequitur *Tiraq. de iure primog.q.24.nu*. 12. *Cou.vari.lib*.1.*cap*.13.*nu*.7.

13 Negligentia imputari non debet ignoranti *l.ſi quis in graui* §.*ſi quis ignorans ff.ad Silani. cap.apoſtol.de excep*. Negligentia alterius ei, qui diligens eſt nocere non debet *l.ſi non expedierit* §.*ſi pupillus ff.de bon.auct.iud.poßid*. Et negligentia nunquam alicui debet imputari, vbi diligẽtia nihil proficeret *l.fi.*§.*ſi ea conditione ff.ad leg. Rhod.de iactu*, *Io.Maria Bellet.diſquiſit.clerical. p*.1.*tit.de diſciplina clericali*, §.20.*nu*.14.

14 Negligentia vnius alteri nocere non debet *l.rem hæreditariam in fine ff. de euict.l.3.ff.de tranſact. l.fin. ff.ad Silanian. l.non debet ff.de reg. iur. Thomas de Thomaſettis reg*.190.

15 Nemo dat, quod non habet *l. traditio ff. de acquir. rerum domin. l. nemo plus vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg.iuris l.ſi filius Cod. de donation. cap. quomodo de conſecrat. diſt*.4. *cap. quod autem de iure patron. cap. nemo plus de reg.iuris lib.6*.

Digitized by Google

*lib.6. Surd.conſ.194.num.17.& conſ.247.num.10. & conſ.265.num.6. Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.5.num.28. Anton. Monach. Bonon.deciſ. 19.num.4.Franciſc.Molin.de ritu nupt.lib.3.q 10. num.19.Cardin.Tuſch.tom.2.lit.D.concl.17.Thomas de Thomaſettis reg.*191. vbi exponit procedere de per ſe; ſecus autem auctoritate legis.

16 Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe in ſe habeat *l.* 2. C.*de panis l.*1. C.*qui pro ſua iuriſd.cap.nemo poteſt* 79.*de reg.iuris lib.ſexto Ioſeph.de Seſſe Aragon. deciſ.*188.*nu.* 15.& 23.*Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.* 9.*num.*58. *Pichard. ad princip. inſtit. de acquiſit. per arrogat.num.* 49.*Surd.conſ.*126.*num.*31.

17 Nemo videtur eligere viam, per quam iudicium ſuum ſubuertatur *l.*3. *verſ. nec credendum ff. de milit.teſtament.l.quoties* 13. *ff. de rebus dubijs l. quoties ff. de verbor. obligat. tex. optimus in cap.abbate iuncta gloſ.verbo potius,de verbo.ſignific.cum alijs de quibus Meno. de præſumpt. lib.* 6.*q.* 4. *à princip. Cardin. Mantic.de coniecturis vltimar.volunt.lib.*2.*tit.*1.

18 Nemo tenetur ad impoſſibile vide ſupra *lit.I.num.*12. Nemini conſulendum eſt cum alterius detrimento *l.nec auus* C.*de emancip. libero.cap.*1.22.*q.*2.

19 Neſcire,& dubitare paria ſunt *l. manifeſtiſsimi* C.*de furtis Tiraq.in l. ſi vnquam in princip. numer.*96. C.*de reuocandis donat. Sarm. lib.*

Q

2.*ſelect.cap.*10.*num.*5. *Menoch. de arbitr.caſu* 75. *num.*7.Et neſcire,vel non poſſe paria ſunt *l.in actione verſ.plane ff.de furtis.*

20 Nihil,& inutile æquiparantur *l.*4.*§.condemnatum ff.de re iudic.cap.ſicut vigori* 1.*q.*1.

21 Ex nihilo nihil fit *l.Seia ff.de tutor.& curator.l.eius ff.de reb. credit.* facit *l.ſi Meuia ff.de hæred.inſtit.Ariſto.lib.*1.*de gene.& corrupt.Cald. Pereira de empt.cap.*3.*nu.*15. *Farin.in praxi criminal.par.*4.*conſ.*60.*nu.*90.*& ibi addit.*

22 Nolle, & non poſſe paria ſunt *l.*1. *§.vſus ff.de procurator.l.*3.C.*de hæredibus inſtit.*

23 Nominatio ſæpe probat qualitatem rei, *D.Barb.in l.cum prætor §.vlt.num.*243.*ff. de iudicijs.* Vnde contractus talis præſumitur,qualis fuit denominatus *Honded.conſ.*35.*nu.*4.*lib.*2.*Menoch.de præſumpt.lib.*3.*q.*105. *num.*2. *Anton.Monach.Florent.deciſ.*51.*num.*5.

24 Non entis nullæ ſunt qualitates *l.eius qui in prouincia verſ.quoniam ff.ſi cert. pet.l.*4.§.*condemnatum ff. de re iudic.l.*2.*ff. de vſufr.l.Pomponius §.fin.ff de acquir.poſſeſſ.l.ſi ſeruum §.fi. ff.de action.empt.l.nec vllam §.ſi quis abſentis ff.de petit. hæredit.l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hæredit. l.*1. *ff.de hæred.vend. cap. bona de elect. cap. ad diſſoluendum de deſpon.impub.Tiraq.de iure primog.q.*55.*num.*10. *& tract. ceſſante cauſa p.*1. *numer.*212. *Gom.vari.tom.*1.*cap.*1.*num.*9.*& cap.*10.*num.* 43.*& l.*17.*Tauri num.*19 *verſ.*1.*latè Remig.tract. de immunit.eccleſ. ampliat.*20. *à numer.*5. *Thomas de*

Tho-

Digitized by Google

*Thomaſettis reg.*202.*Guter.pract.lib.*3.*q.*35.*nu.*10. *Surd. deciſ.*316. *numer.* 6. *& conſil.* 61. *numer.* 57. *& conſil.* 246. *numer.* 15. *Brunor. a Sole in locis commun. verbo qualitas* 9. *Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit. Q. concl.* 6. *Hieronym. Ferdinandez de Otero in interpretat. cap. gratum numer.* 73. *de officio delegati, Eſcobar. de ratiocin. cap.* 15. *numer.* 17. *& cap.* 19. *numer.* 26. *Anton. Monach. Florent. deciſ.* 56. *num.* 5. *Ceual. commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 905. *numer.* 80. *Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ.* 15. *num.* 50. *Ioſeph de Seſſe Aragon. deciſ.* 188. *num.* 14. *&* 24. *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.* 4. *numer.* 13. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 26. *numer.* 4. *& lib.* 3. *reſol.* 48. *numer.* 18. Vnde ens magis imprimitur in hominum memoria, quam non ens, vt aſſerit *Farin. in praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 55. *nu.* 76.

25 Non entis, & non apparentis idem eſt iudicium, & paria ſunt rem non eſſe, & non apparere *l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tutel. l. in lege* 77. *ff. de contrah. empt. l. cum res* § *itaque ff. de legat.* 1. *Surd. deciſ.* 149. *num.* 2. *& deciſ.* 306. *numer.* 13. *& conſil.* 245. *numer.* 15. *& conſil.* 377. *numer.* 23. *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 167. *numer.* 35. *tom.* 1. *p.* 1.

26 Non eſſe, & non poſſe probari paria ſunt vt per *Surd. deciſ.* 149. *num.* 2. Et paria ſunt non eſſe, vel reperiri non poſſe *l. cum vnus* § *fin. ff. de bon. aucto. iud. poſſid. not. Bald. per illum tex. in l. cum ita* § *ſpecies ff. de legat.* 2.

Digitized by Google

27 Non eſſe, vel eſſe nullum paria ſunt *l. duo ſunt Titij ff.de teſtam. tutel. l. non putauit §. non quæuis ff.de bonor.poſſeſſ. contra tab. Surd. deciſ.*51.*num*.14.*& deciſ*.222.*num*.2. *Flamin.de reſignat.tom.2.lib*.8.*q*.8.*nu*.34.*cum ſeqq.Cald. Pereira de poteſt.eligendi cap*.5.*num*.8. *Farin. in praxi crimin.p*.1.*q*.15.*num*.45.*cum ſeqq.& pa*.4.*conſ*.60.*nu*.90.*& par*.5.*quæſt*.114.*nu*.128.

28 Non fieri, vel non ſortiri effectum paria ſunt *l*.1.*§.nihil ff.de inoffic.teſtam. l.ſi quis ſub conditione ff.de teſtam.tutel.l. ex conſenſu* §.1.*ff. de appellat.Surd.conſ*.245.*nu*.14.

29 Non fieri, vel ita fieri, quod factum non duret paria ſunt *Anton.Monach.Bonon.deciſ*.40.*puncto* 7.*num*.18.Nam factum non dicitur, quod non durat factum, vt ſupra notatum eſt *lit. F. nu*.26.

30 Non fieri,& inutiliter fieri paria ſunt *argu.tex.in l.pen.in princip. ff. de ſuis, & legitimis hæred.l.quoties vbi gloſ.& doct.ff.qui ſatiſd.cog.§. ſciendum inſt.de ſatiſdat.tutor.gloſ.verbo inutilem in cap.2.de tranſlat.prælati, Tiraq.ad leg.connub. gloſ*.1.*p*.6.*à num*.12.*Palat.in repetit.rub. de donat. inter virum, & vxorem* §.70.*num*.29. *Cou.pract. cap*.7.*num*.2.*verſ.eſt & in hoc, Io. Franciſc.Leo in theſauro fori eccleſ.p*.3.*cap*.9.*num*.22.*Surd.conſ*.28.*nu*.89.

31 Non fieri, vel minus legitime fieri, ſeu aliter fieri, quam debeat de iure paria ſunt *l.quoties vbi Iaſ.ff. qui ſatiſd. cog. l.ſi autem nullum* C. *de*

de legit. hæred. cap. inter corporalia de tranſlat. Epiſcop.cap.veniens de presbyt.non baptiz.cap.fin. de reſtit.ſpoliator.Surd.conſ.45.nu.42.& conſ.88. nu.16.& conſ.3.num.12.& deciſ.122.num.6.& deciſ.269.num.12. Flamin.de reſignat.tom.2.lib.11. q.7.num.8. Valaſc.de partit.cap.8.nu.44. Brunor. à Sole in locis commun.verbo factum num.17. Anton.Monach.Florent.deciſ.26.num.2. Thomas de Thomaſettis reg.117. in fine, & reg. 220. Ioann. Petr.Monet.tract.de diſtribut.quotid.p.2.q.2.num. 19.Mari.Antonin.vari.lib.2.reſol.8.nu.8.

32 Non fieri, vel inualidè fieri paria ſunt, *l.non putauit,§.non quæuis,vbi Bart.ff.de bonorum poſſeſſ. cont.tab.l.1.§.quod autem,vbi Bald.ff.de officio præf.vrb.l.quoties, vbi Iaſ. ff. qui ſatiſd.cog. Surd.conſ.157.num.13.Mari.Anton.vari.lib.2.reſol.11.num.10.*

33 Non omnia quæ licent honeſta ſunt, *l. in cauſa 16.§.idem Pompon.ff.de minor.l.1.in princip.ff.de aqua quotid. & æſti.l.non omne, ff.de reg. iuris, Pinel.in l.2.* C. *de reſcind.vendit.p.1.cap.1. nu.35.*

34 Non poſſe reperiri,vel non poſſe poſſideri paria ſunt, *l.cum vnus, §.vlt.ff.de rebus auctorit.iudic.poßid.*

35 Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, *cap.non præſtat* 52. *de reg.iuris lib.ſexto, Cardin.Tuſch.tom.5.lit.N. concl.66.*de quo vide etiam ſupra *lit.I.nu.7.*

36 Non ſuccedere, vel non eſſe in rerum

natura paria ſunt, *l. pater filium, ff. de inoffic. teſtam. l. 3. §. ſed ſi ſunt ſui, vbi Bart. ff. ad Tertul. cum pluribus alijs apud Tiraq. de iure primog. q. 53. nu. 16. Surd. conſ. 237. nu. 3.*

37 Noſtra omnia facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, *l. 1. §. omnia*, C. *de veter. iur. enuclean. gloſ. inſtit. de iure nat. §. plebiſcitum in verſ. conſule, Gom. l. 40. Tauri nu. 89. verſ. tertio, & l. 48. num. 3. Rebuf. in praxi p. 3. tit. de infirm. reſign. gloſ. 2. num. 3. pag. 204. Valaſc. conſult. 105. num. 63. Melchior Phæb. Luſit. deciſ. 28. num. 12. tom. 1. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. N. concl. 67.*

38 Nullum quod eſt, nullum producit effectum, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. non putauit, §. non quauis, ff. de bonorum poſſeſ. cont. tab. l. 2. ff. de auctor. tutor. l. ſi aut nullum*, C. *de legitimis hæred. l. non dubium*, C. *de legi. l. fin.* C. *de ſentent. ex breuilo. recitan. cap. illud de iure patron. facit cap. quod nullum, & cap. non præſtat 52. de reg. iuris lib. ſexto, proſequuntur Surd. deciſ. 40. nu. 8. & conſ. 3. num. 11. & conſ. 373. num. 24. Bartol. Perett. de rebus eccleſiæ non alien. ad extrauag. ambitioſæ verbo infringere nu. 4. Flamin. de reſignat. lib. 7. q. 1. num. 26. Cot. in memorab. verbo actus nullus. Mendez à Caſtro, cum ab eo citatis in praxi Luſit. lib. 3. cap. 21. num. 43. Cæſar. Argel. de contradictore legitimo q. 7. numer. 146. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 3. collect. 623.* Et paria ſunt nullum eſſe, vel eſſe ſine effectu, *Surd. deciſ. 51. num. 21. & 22. &*

Digitized by Google

conſ.3.à num.8.& conſ.157. à num.13. & conſ.179.à numer.49.& conſil.381.à numer.13. Anton. Monach. Bonon.deciſ.40.puncto 7.numer.20. Mari. Antonin.vari.lib.1. reſol.61. numer.24. Nec ius aliquod tribuere poteſt, quod nullum eſt, *Rota Romana apud Farin. deciſ.572.numer.9.tom.2. p.1.*

39 Nullum ipſo iure, non præſtat impedimentum, *l.4.§.condemnatum cum ibi not. ff.de re iudic. cap. conſiderauimus de elect.cap. qui contrà ius, & cap.non præſtat 52. de reg.iuris lib.ſexto, Cardin. Tuſch. tom.5.lit.N. concl.140.* præſertim quatenus concernit præiudicium tertij, *Vant. de nullit.in rub.quoties,& intra quod tempus, &c. num.53.*quem adducit *Mari. Antonin.vari.lib.2. reſol.18.nu.3.*

40 Nullum ab initio, non conualeſcit ex tempore,*cap.quod ſicut, de elect. cap.non firmatur 18.de reg.iuris lib.ſexto,l. quod in initio ff eod. tit. Cardin.Tuſch.tom.5.lit.N.concl.142.cum ſeq.Thomas de Thomaſettis reg.255.*vbi intelligit, quando ab initio actus omninò inualidus erat. Amplia fauore animæ,*Franciſc. Molin.de ritu nupt. lib.1. cap.12. nu.13.* Limita in actu conditionali, *D.Barb.in l.1.ff.ſolut.matrim.p.4.nu.96.*Et quod ab initio inutile eſt,ex euentu non confirmatur, *l.ſi tutoris,ff quod iuſſu.*

41 Nullum quod eſt, confirmari non poteſt, *Menoch.conſ.351.num.19. Surd.de alim.tit.8. priuil.22.numer.34. & deciſ.53.numer.11. & deciſ.*

Digitized by Google

289.*nu*.8.*Molin.de primog.lib*.2.*cap*.7.*nu*.7. *Cald*. *Pereira de poteſt.nomin.in reſp.pro Duce Paſtranæ verſ quæ ſententia*, *Bernard.Græu.ad pract.cameræ imper.lib*.2.*concl*.1.*num*.32.*cum ſeqq*. Nam confirmatio ſemper refertur ad id, quod eſt validum, ita *Surd.deciſ*.289.*nu*.9.*cum ſeq*.

42 Nullum quod eſt ab initio, ipſo iure ratificari non poteſt, *gloſ.vlt.in cap.cum nos de his quæ fiunt à prælatis*, *Tiraq. in l.ſi vnquam verbo reuertatur num*.415.C. *de reuocandis donat*. *Rota Romana apud Farin.deciſ*.492.*nu*.9. *& deciſ*.535.*num*.11.*tom*.2.*p*.1.

43 Nullum quod eſt, reſcindi non poteſt, *l.nam etſi ſub conditione.ff.de iniuſto rupto, irritoque facto teſtam.l.obligari*, §. *tutor*, *ff.de auctorit. tutor.l.ſi tutor*.C.*in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt nec ſſuria*, *cap.ad diſſoluendum de deſponſat.impuberum*, *Surd.conſ*.52.*nu*.58. *& conſ*.75.*num*.77. *& conſ*.160.*nu*.61.

44 Nulla, & non facta parificantur vt per *Flamin.de confident.q*.46.*num*.30. Nullum quod eſt, nihil eſt, *l*.4.§.*condemnatum*, *ff. de re iudic. Alex.conſ*.33.*in princ.vol*.1. *Franc.Becc.conſ*.12.*num*.54.*quos refert Mari. Antonin.var.lib*.1.*reſol*.78.*num*.10.

O

1 OBſcurè reſpondere, & nihil reſpondere paria ſunt, *l.de ætate* 12. §. *nihil intereſt*, *ff.*

de

de interrogat. act. faciunt notata per *Soar. tom. 1. commun. opin. lib. 7. tit. 19. num. 139. pag. 293. vbi Bellacomb. nu. 285. Anton. Del Re. Tiburt. in tract. de iuram. calumn. cap. 14. nu. 73.*

2 Odia reſtringenda ſunt, & fauores ampliandi, *l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. cap. renouantes 22. diſt. cap. odia 15. de reg. iuris lib. ſexto, cap. ne aliqui de priuil. eod. lib. Ioſeph. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib. 2. cap. 14. num. 6. Ioann. Petr. Monet. de diſtribut. quotid. p. 1. q. 10. titul. 1. Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 18. num. 102. & deciſ. 45. num. 27. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg. 209.* vbi dicit procedere, quando aliquid eſt omninò odioſum. Eccleſiæ tamen fauore non reſtringuntur, ſed ampliantur, vt per *Marc. Anton. Genuenſ. in pract. eccleſ. q. 541.*

3 Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, *l. ſed etſi quis, ff. quemadmodum teſtam. aperiant. l. inter officium, ff. de rei vendicat. l. poſt legatum, §. aduocatum, ff. de his quibus vt indignis, l. videlicet, ff. ex quib. cauſ. maior. l. ſi ſeruus, §. quod vero, ff. de furtis, l. cum quidam C. de adminiſtr. tutel. cap. peruenit de fideiuſſor. cap. cum non deceat 30. de elect. lib. 6. facit cap. cum dilecto, vbi gloſ. de renunciat. in antiquis, Surd. conſ. 19. num. 12. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. O. concl. 94. Eſcobar de ratiocin. comput. 17. num. 5. & cap. 7. num. 57. Thomas de Thomaſettis reg. 211. Ioan. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotid. p. 2. q. 11. nu. 8.*

Digitized by Google

4 Omne qui dicit, nihil excludit, *l. Iulianus in princip. ff. de legat. 3. l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. l. pediculis, §. Labeo, ff. de aur. & argen. leg. l. fin. ff. de pen. leg. l. ſi quis, ff. de peculio legat. l. ſi cui ſeruo omnes, ff. de legat. 1. l. pœnales, §. fin. ff. ad leg. falcid. l. à procuratore*, C. *mand. cap. ſolitæ de maior. & obed. latè Burg. de Paz conſ.* 25. *num.* 28. *Tiraq. in l. ſi vnquam verbo totam num.* 1. C. *de reuocandis donat. Menoch. conſ.* 156. *num.* 23. *Surd. deciſ.* 265. *nu.* 30. *Flamin. de reſignat. tom.* 2. *lib.* 11. *q.* 3. *nu.* 16. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *nu.* 21. *Cald. Pereira de empt. cap.* 9. *num.* 5. *Eſcobar de ratiocin. cap.* 7. *num.* 47. *& cap.* 18. *nu.* 3. *Bertazol. tract. clauſular. inſtrum. clauſula* 4. *gloſ.* 3. *numer.* 1. *& clauſula* 21. *gloſ.* 3. *numer.* 1. *& in repetit. l. ſi quis maior.* C. *de tranſact. num.* 205. *& num.* 707. *Barthol. Perett. ad extrauag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alien. pag.* 92. *numer.* 17. *Thomas de Thomaſettis reg.* 252. *Pichard. ad princip. inſtit. de adempt. legat. nu.* 30. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 70. *nu.* 18.

5 Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, vide ſupra *lit N. n.* 37.

6 Onera plura quis ſubire non debet eodem tempore, *l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſolut. matrim. Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit. O. concl.* 137.

7 Onere duplici nemo grauari debet, *l. nauis onuſta, §. cum autem, ff. ad leg. Rhod. de iactu, l. Sticho in fin. ff. de vſufr. leg. l. Titia cum teſtamento* 35. *§. qui in vita, ff. de legat.* 2. *l. vnum ex familia,*

*lia.§.ſi rem, ff.eod.tit. gloſ.in l.*1. C. *de mulier. & in quo loco, Aym.Crau.conſ.*111.*n.*8. *& conſ.*201.*nu.* 23. *Franchis deciſ.*87. *nu.*5. *Menoch.conſ.*9.*num.*4. *& conſ.*14.*num.*1.*& conſ.*21.*num.*13.*& conſ.*32.*nu.* 40.*cum ſeq.& conſ.*75.*num.*9. *Surd.conſ.*15.*nu.*14. *cum ſeq.Pereg.de fideicom.art.*1.*num.*33.*& art.*34. *numer.*72. *Mol.de primog. lib.*1. *cap.*4. *numer.*10. *Cardin.Tuſch.tom.*5.*lit.O.concl.*136. *Rota Romana apud Farin. deciſ.*672. *numer.*3.*in fi. tom.*2.*p.*1. *Mari. Antonin. vari. lib.*1. *reſol.*97.*nu.*4. *& reſol.*111.*nu.*40.

8 Onus qui ſentit, debet ſentire etiam commodum, *l.ſecundum naturam, ff.de reg.iuris, l.*1. *ff.de inſti.actio.* facitque tritum, & vulgare illud, commoda qui ſentis iungas onus emolumentis, *Cardin.Tuſch.tom.*5.*lit.O.concl.*144. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum.reg.*15. *Io.Maria Bellett. diſquiſit. clerical.p.*1. *tit. de fauore clericorum canonis* §.2.*nu.*28.*pag.*184.

9 Onus adiectum rei, facit vt res tranſeat cum illo, vide infra *lit.R.num.*17.

10 Onus extrinſecum non minuitur, etiam diminuto emolumento, *l.liberto*, §.1.*ff.de annu. leg.Cardin.Tuſch.tom.*5.*lit.O.concl.*143.

11 Operarius dignus eſt mercede ſua *cap. quicunque* 12.*q.*2. & vnuſquiſque ſecundum laborem ſuum mercedem accipiet, ex *Paul.ad Corint.*1.*cap.*3. & conſtat *Deuter.cap.*24. *& Tobiæ* 4.& iuxta illud *Matth.*20. *Voca operarios, & redde illis mercedem, Surd. de alim. tit.*1. *q.*

Digitized by Google

59.*nu*.2.*Rebuff.in repetit. l.Barbarius num*.8.*ff.de offic.prætor.Marant.de ordine iudic.p*.4.*diſt*.9.*nu*. 197. *Azin.in praxi* §.3.*cap*.31.*nu*.35. *Valaſc.conſ*. 125.*num*.2. *Bouadil.in ſua polit.lib*.1. *cap*.13. *nu*.48. *Gonzal.ad regul*.8. *Cancel.gloſ*.4. *nu*.17. *Mexi. in trac. taſſa panis concluſ*.2. *num*.87. *Perez l*.1. *tit*.2. *lib*.1. *pag. mihi* 36. & *l*.1. *tit*.5.*lib*.7. *ordin. pag*.427.

12 Oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt, *l.vni.§.& cum triplici, in princ.C.de caduc. tollen.Ariſtot*.2.*de Cœlo, latius Bald.in l*.1.*C.quando lic.ab empt.diſc*.

13 Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, *l.ſi*. §.*fin.ff.de legat*.3.*l.qui quartam, ff. de legat*.1. *l.ſi ex toto in princip.ff.eod.l.ſi vt proponis* 2. *C.de nupt.l.Iulianus, §.ſi venditor, &* §.*ſi procurator, ff.de actio. empti. Petr.Andr.Gammar.in Dialectica legali lib*.2.*loco de propoſito ad oppoſitum, Dec.conſ*.382. *n*.5. *Mari.Anton.vari.lib*.2.*reſol*.58.*nu*.12.

14 Ordo verborum deſignat ordinem intellectus, *Surd.de alim. tit*.5.*q*.4.*nu*.17.*Melchior Phæb.Luſit.deciſ*.38.*numer*.10. *Aloyſ. Ricci. deciſ. curiæ archiepiſcop.Neapol.deciſ*.275.*num*.4.*p*.2. Et ordo ſcripturæ reducitur ad ordinē intellectus, *l*.2.§.*prius, ff.de vulga.& pupil. l.talem.ff.de hæred.inſtit*.

15 Ordo denominationis deſignat ordinem dilectionis, & charitatis, *l.qui ſoluendo la* 2. *ff. de hæred. inſtit.l.quoties, ff.de vſufr. Eſcobar de*

ratiocin.

Digitized by Google

*ratiocin.tract. de computat.cap.*10.*num.*2. Et ex ordine honoris colligitur ordo affectionis *l. Publius in fin.ff.de condit.& demon.*

16 Ordo ſcripturæ ſemper attenditur in diſpoſitionibus, *l.generaliter, §.ſi quid, ff. de fideicom.libert.l.quoties, ff.de vſuf. cap.pen. de reſcript.lib.6.cap.mandato de præben.eod.lib. Garc. Girond.de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat.num.*177. *Card.Tuſch.tom.*5.*lit.O.concluſ.*196. *Pichard. ad §.ante hæredis* 33.*numer.*5. *inſtit.de legat.*

17 Ordo,ſeu ſeries ſcripturæ, ordinem voluntatis demonſtrat, *Bald.poſt tex.in l.quoties, ff.de vſufr.l.hæredes mei, §.fin.ff.ad Trebell.l.generaliter, §.quod ſi legatum, vbi gloſ.ff.de fideicom. libert.cap.mandato de præben. lib.ſexto, Anton. Monach.Lucenſi.deciſ.*13.*num.*51. Niſi aliter conſtaret de certa intentione ſcribentis per *tex. expreſſum in cap.auctoritate Martini de conceſſ.præben.in* 6.

18 Ordo ſcripturæ denotat affectionem, & ordinem mentis *Anton. Monach. Lucen. deciſ.* 64.*nu.*38.vbi *num.*39. dicit, quod vltimi vocati cenſentur in ſubſidium priorum nominati.

19 Ex ordine ſcripturæ intentio dignoſcitur diſponentis, *l.quoties, ff. de vſufruct. cap. mandato in fin.de præbend. in* 6. *cap.pen.in princip.de elect.eod.lib. Anton.Monach.Florent.deciſ.* 1.*numer.*63.

Digitized by Google

P

1 PActa ſunt ſeruanda, *l.1. §. ſi conueniat, ff. depoſiti, l.1. ff. de pactis, l. iuriſgentium, §. prætor ait, ff. eod. tit. l. fin. ff. naut. caup. ſtabul. l.1. ff. de conſtit. pecun. l. cum amplius in fin. ff. de reg. iuris, cap. 1. eod. tit. Menoch. conſ. 1. num. 226. cum ſeq. & conſ. 92. nu. 33. & conſ. 93. nu. 30. & conſ. 156. numer. 46. & num. 54. & de arbitr. lib. 1. q. 57. num. 6. Gom. vari. tom. 2. cap. 8. num. 4. col. 2. Surd. de alim. tit. 7. q. 18. num. 12. & deciſ. 259. nu. 5. & deciſ. 260. nu. 12. & conſ. 345. num. 9. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 11. numer. 3. ad fin. Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. 53. num. 5. Hieronym. Giach. conſil. de moneta Marcheſana à numer. 33. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. P. concl. 3. & 4. Luſit. Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſur. bullæ cænæ cap. 26. diſput. 102. num. 1.* Et æquitati nihil magis conuenit, quam pacta ſeruare, *l. 1. ff. de ædil. edic. d. l. 1. ff. de conſtit. pec. Surd. conſ. 183. nu. 11.* Et nulla eſt maior iuſtitia, quam ſeruare pacta *d. §. ſi conueniat, cap. 1. §. ſi id propter quod, quæ fuit prima cauſa benef. amit.* Et rumpere pacta graue eſt apud Deum, ne dum apud homines, ex *d. l. 1. ff. de pactis.* Nam pacta dant legem contractui, *Cald. d. q. 11. num. 19.* Et æquiparantur legi *l. vlt. C. de rebus alienis non alien. l. vlt. C. de fideiuſſ.* Imò rumpunt leges, *ex gloſ. in capit. 1. de regul. iuris lib. ſexto, Cagn. in l. 2. col. 2. verſ.*

Digitized by Google

verſ. limitata, C. de pact. inter empt. & in d. l. contractus, ff. de reg. iur. quem citat *Mari. Antonin. d. reſol. 53. num. 6.* Procedit niſi ſint contra leges, & bonos mores, ita *Thomas de Thomaſettis reg. 216.*

2 Pacto quidquid poteſt acquiri, poteſt & præſcriptione, *l. alienationis verbum ff. de verbor. ſignificat. & ibi Alciat. & Rebuff. Surd. deciſ. 3. num. 23. & deciſ. 236. num. 9. Valaſc. conſ. 132. num. 32. Gam. Luſit. deciſ. 379. incipit, inter fratrem num. 5.* Nam præſcriptio habet vim pacti, *Surd. deciſ. 24. a num. 1. Gam. deciſ. 276. numer. 2.*

3 Par in parem non habet imperium, *l. nam & magiſtratus, ff. de recep. arbit. l. ille à quo §. tempeſtiuum, ff. ad Trebel. cap. inferior. cap. denique 21. diſt. cap. innotuit 20. §. quamuis de elec. cap. 1. de locato.* probat apud Hiſpanos *l. 2. tit. 7. par. 3. vbi gloſ. 1. q. 6. & gloſ. 2. & l. 15. tit. 1. p. 7. Barth. Perett. ad extrauag. ambitioſæ de rebus eccleſ. non alien. verbo prædeceſſorũ nu. 5. pag. 226. Menoch. de arbit. lib. 2. caſu 438. nu. 9. Rebuf. tom. 1. ad leg. Galliæ tract. de euocat. num. 46. pag. 265. Cot. in memorab. verbo par, pag. mihi 657. Surd. conſ. 47. n. 10. & conſil. 106. num. 12. & conſ. 167. num. 16. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1094. Sigiſmund. Scacci. de appellat. q. 2. num. 10. Ioſeph. Aldrete in allegat. iuris pro omnimoda regularium exempt. par. 3. cap. 4. num. 28.* Intellige niſi par ſe ſubjiciat iuriſdictioni alterius paris, vel etiam minoris,

Digitized by Google

vel procedit,niſi tractetur de publica ſalute, & vtilitate,*Thomas de Thomaſettis regul.*218.Multo minus minor in maiorem non habet imperium,*l.minor,ff.de minor. d.cap.inferior cap.denique cap.nunc autem, & cap.in tantum* 21.*diſt.cap. cum inferior, & ibi Abb. in princip. & numer.*1. *de maior. & obed.* iunctis ſupra notatis *lit.I. numer.*21.

4 Pares cum paribus veteri prouerbio facilè congregantur,*l.pupillo.*§.1.*ff.de tutor.& curator.dat.ab his l.*1.§.1.*ff.de excuſat.tutor.*

5 Pares in tempore,ſunt pares in iure,*l.aliena* §.1.*ff.de pignor.act.*Et qui prior eſt tempore, potior eſt iure,vide infra *hac lit.nu.*43.

6 Paria delicta mutua compenſatione tolluntur,*l.viro,atque vxore* 40. *ff.ſolut.matrim.l.*2. *ff.ne quis eum, l.cum proponas in* 2. *vbi doct.C.de pact.cap.nihil* 32.*q.*6.*cap.ſignificaſti, de diuor.cap. intelleximus,& cap.fin. de adulter. Hyppol.ſing.* 234.*Palat.in repetit.rubr.de dona.inter virum,& vxorem,*§.20.*nu.*4.*Bertazol.in repet.l.ſi quis maior,C.de tranſact.nu.*430.*P.Sanch.de matrim.lib.* 10.*diſp.*8.*nu.*29. *Card.Tuſch. tom.*1. *lit.C. concluſ.* 489.*nu.*15.*& ſeq.Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.*10.*num.*101. *Farin.in praxi crimin. p.*5. *q.*142.*num.*39.*& p.*7. *in fragment.lit.D. num.*110. Intellige in ciuilibus, ſiue ſit circa idem, ſiue circa diuerſa, *Farin.d.lit. D.num.*114. *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocatorum verbo delictum numer.*37. Etiamſi pœna ſit parti applicanda,

Cæſar

Digitized by Google

*Cæſar Argel.d.q.*10.*num.*102. Amplia in ſpolio, *Farin.d.lit.D.num.*127. Limita, quando delicta ſunt commiſſa circa diuerſa, & ſeparata, *Farin. d.lit.D.num.*128. *Thomas de Thomaſettis reg.*219. Limita deinde, quando agitur criminaliter, & ad pœnam, *Cardoſ.vbi proximè*, *Farin.d.lit.D. num.*139.

7 Parium eſt eadem iuris diſpoſitio, & iudicium, *cap.inter corporalia*, *cap.ſicut ergo*, *de tranſlat.epiſcopi.* Et eadem eſt natura, *l.ſi ſocer, in fin.ff.ſolut.matrim.* Et eadem eſt potentia, nec maior, *l.*1.§.*veteres*, *ff.de acquir.poſſeſſ. l.ſi reus, ff.de duo.re.* quæ regula eſt eadem cum reg. correlatiuorum, vt per *Bertazol. in repet.l.ſi quis maior*, C.*de tranſact.nu.*801.de qua vide *lit.C.nu.* 78.

8 Parum, & nihil æquiparantur. *l. quamuis, ff.de condit.& demon.gloſ.in l.ſi pupillus*, §.*ſi ego, in verbo ex contrario, ff.ad leg.falcid. capit. coram dilecto* 34.*de offic.deleg.Hyppol.ſin.*276.*Tiraq.in tract. de indicio in rebus exiguis verſ.*8.*pag.*53.*& in conſuet. Pictau.tit.*6.§.5.*gloſ.*5. *Surd.conſ.*197. 197.*num.*2.*Sebaſtian. Naui.ad l.minus* 32. *num.*2. *ff.de verbor.ſignific. Mari. Antonin.vari.lib.*2.*reſol.*18.*nu.*6. Limita, quando datur diuerſa ratio, *Surd.d.conſ.*197.*nu.*21.

9 Pecuniam retinere ſatius eſt, quam ſolutam repetere, *l.*3.*ff.de compenſat. l.ſi ſtipulatus* 15. *in princip.ff.de fideiuſſor. Tiraquell.de retract. lig.*§.29.*gloſ.*2.*num.*3.

Digitized by Google

10 Pæna præſupponit culpam, *D. Thom.* 2.2. *q.*108. *art.* 4. *in ſolut. art.* & 1.2. *q.* 87. *art.* 7. & 8. *Sot. de iuſtit. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 5. *col.* 2. *verſic. profectò*, & *verſ. verumtamen*, *Sylu. in ſum. verbo pænanum.* 25. *Cou. vari. lib.* 2. *cap.* 8. *in princip.* & *num.* 1. *verſ. tertio*, *Surd. deciſ.* 277. *num.* 19. *Guter. canon. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 12. *cum ſeqq.* plures refert *Cened. ad ſextum collec.* 1. *num.* 2. Et pæna debet culpæ reſpondere, *l. ſancimus* 22. C. *de pæn. cap. non afferamus* 24. *q.* 1. *cap.* 2. *de his*, *quæ fiunt à maiori parte capituli*, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 90. *nu.* 38. *Menchaq. quæſt. illuſtr. cap.* 8. *num.* 51. & *cap.* 24. *num.* 17. Nam pæna propriè non dicitur, niſi quæ imponitur propter culpam, ita *D. Auguſt. lib.* 1. *retractat. cap.* 9. quem ſequitur *Lud. Carbon. in tractat. de legibus lib.* 8. *diſp.* 1. *verſ. tertium notandum*, & ante eum *Alphonſ. de Caſtr. de poteſt. leg. pænal. lib.* 1. *cap.* 3. Et propter frequentiam delinquendi augetur pæna, *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 97. *numer.* 7. Et publicè intereſt pænam delinquentibus non remitti, *l. ſi operis*, C. *de pæn.*

11 Pæna debet commenſurari delicto, de quo *Deuter. cap.* 25. *pro menſura delicti erit & plagarum modus* refertur *in cap. felicis verſ. cæterum de pæn. lib.* 6. & *Apocal. cap.* 18. *quantum ſe gloriauit & in delicijs fuit tantum date illi tormenti*, *cap. quæſiuit de his*, *quæ fiunt à maiori parte capituli*, *d. cap. felicis*, § *illud autem in fi. cap. non afferamus ſtateras in fi.* 24. *q.* 1. *Bertazol. in*

repetit.

Digitized by Google

repetit.l.ſi quis maior, *C.de tranſact. num.68. Cardin.Tuſch.tom.6.lit.P.concl.211. Thomas de Thomaſettis reg.216. Farin.in praxi crimin.tit.de inquiſit.q.4.num.10.& q.17.nu.9.*

12 Pæna debet tenere ſolos auctores,& delinquentes, *l.ſancimus.C.de pæn.l.abſentem,ff.eod. Bertazol.in repet. l.ſi quis maior , C. de tranſact. num.111.Eſcobar de ratiocin.cap.42.num.7.Cardin. Tuſch.tom.6.lit.P.concluſ.212.* Noxa enim caput ſequitur , *l.crimen,ff.eod.tit.de pæn.l.rem mihi, ff. commodate,* §*.omnis inſtit.de noxa act.cap.1.de iniur.& dam.dat.* cum alijs quæ adducit *Surd. de alim.tit.1.q.38.nu.30. Farin.in praxi crimin.p.1. q.23.num.1.Eſcobar d.loco.* Vnde nullus pro alterius delicto puniendus eſt , vt conſtat ex teſtimonio *Ezech.cap.18.anima , quæ peccauerit ipſa morietur* relato *in cap. iam itaque 1.q.4.& in cap. ſi habes 24. q.3. & in cap. quæris de conſecrat. diſt.4.* & ex illo *Exod. cap. 23. inſontem , & iuſtum non occides,& Daniel.cap.13.innocentem, & iuſtum non interficies,& Iob. cap.4. quis enim vnquam innocens peryt , aut quando recti deleti ſunt, Nau. de pænit.& remiſſ. lib.5. conſil.26. numer.1. Farin. de delict.q.24.numer.1.cum ſeq.* Intellige verum hoc eſſe accepta pæna , prout eſt culpæ correlatiua,& prout importat rationem pænæ, per quam iuſtitiæ æqualitas reparatur , nam ſi pæna accipiatur ſub ratione medicinæ , vt quis minori bono priuetur , & in maiori augeatur, vel data iuſta cauſa ad maiorem reipubl. vtili-

tatem, vt dum vnuſquiſque torquetur, cæteri cautius, & promptius à criminibus abſtineant, non inconuenit, vt vnus pro alio puniatur pæna temporali, non tamen æterna, neque ſpirituali ad ſalutem animæ pertinente, ita notat *gloſ.verbo de quarta in ſum.*1. *q.*4. & diſtinguentes tenent *D. Thomas* 1.2.*q.*87.*art.*8.*in ſolut.articul. & in reſp. ad* 1. *&* 2. 2. *q.* 108. *art.*4.*in ſolut. etiam art.in princip.Thomas de Thomaſettis reg.* 228. *Cou.vari. lib.*2. *capit.*8. *numer.*1.*verſ.quarta, iuncto verſ. quinta, Caſtr. de iuſta hæretic. punit. cap.* 11. *Guter. canon. lib.* 2. *capit.* 30. *numer.* 25.

13 Pæna non irrogatur, niſi expreſsè iure caueatur, iuxta *auth. de non elig. ſecundo nub.* §. *ſin autem*, & quæ notantur *in l.cum quidam, ff. de liber.& poſth.gloſ.in cap. fin. de iure patr.* plures refert *Mari.Antonin.vari.lib.*3.*reſol.*39.*num.* 11.*& nu.*32. *Garc. Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionũ explicat. n.*563. Pæna vnius, alterius præmiũ eſſe non debet, *l.ſi ſequens,ff.ad Sillania.*

14 Pænam non meretur, qui facit lege permittente, *l.Grachus, C.ad leg.Iuliam de adulter. l.illud,ff.quod quiſque iuris, Card.Tuſch.tom.*6.*lit. P.concl.* 208. *Campanili in diuerſorio iuris canon. rub.*11.*cap.*33.*num.*26.*verſ.inſuper, Flamin.de confident.q.*5.*nu.*47. *Mari. Antonin.vari.lib.*3.*reſol.* 42.*num.*2.

15 Pænæ non ſunt extendendæ, ſed reſtringendę, *Burg.conſ.*8.*n.*2. Nec debent extendi ad

alios

Digitized by Google

alios caſus, *l.factum cuique §. in pænalibus, vbi Dec. ff. de regul. iuris, cap. in pænis eod. tit. lib. 6. Thomas de Thomaſettis reg. 227. Surd. cum multis per eum relatis de alim. tit. 1. q. 51. nu. 12.* Etiam ſi extenſo fiat ex ſimilitudine rationis, *Ioan. Andr. in reg. odia, de reg. iuris lib. 6. Imol. in l. ſi vero, §. de viro col. 8. ff. ſolut. matri. Duenh. reg. 287. Garc. Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. nu. 540.* Vt autem extenſio fiat in pænalibus, oportet eſſe in omnibus æquiparationem, *gloſ. verbo ſane in cap. 1. de voto lib. 6. gloſ. verbo prorogamus in cap. conſtitutus, de regular. Girond. num. 539. & 561. dicto loco.*

16 Pænis benignior fit interpretatio, *l. pen. ff. de pæn. cap. in pænis 49. de reg. iuris lib. 6. cap. ex litteris de conſtit. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo reuertatur nu. 246. C. de reuocandis donation. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. reſol. 303. nu. 2. in 2. edit. Thomas de Thomaſettis reg. 158. Ugolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap. 6. §. 1. nu. 3.*

17 Periculum vbi maius intenditur, ibi plenius eſt conſulendum, *l. 1. §. ſed etſi quis, ff. de Carb. edic. l. manifeſtiſſimi, C. de furtis, l. addictos, C. de appellat. cap. vbi periculum, de elect. lib. ſexto, Bertazol. in repetit. l. ſi quis maior, C. de tranſact. numer. 6. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. P. concluſ. 281. Stephan. Gratian. Marchia deciſ. 133. numer. 19. Farinac. in praxi crimin. par. 4. conſil. 65. num. 115.*

18 Permiſſum ad tempus, poſt illud cenſe-

Digitized by Google

tur prohibitũ, *l. ſi vnus*, §. 1. *vbi Bald. ff. de pact. l. epiſtola*, §. *fin. vbi Caſtr. ff. eod. tit. l. imperator, ff. de poſtulan. l. cum pater*, §. *à filia, vbi Bart. ff. de legat.* 2. *l. ſtatuliberum*, §. *Stichum, & l. Titia cum teſtamento*, §. *vlt. ff. eod. l. pater filium*, §. *fundum, ff. de legat.* 3. *l.* 2. C. *de iure emphyt. cap. vlt.* §. *in alijs verſ. ſi verò, vt lite non conteſt. deciſ. Pedam.* 83. *numer.* 13. *Tiraquel. de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 2. *numer.* 44. *Menoch. conſ.* 68. *num.* 10. *Surd. de alim. tit.* 5. *q.* 3. *num.* 9. *&* 10. *& deciſ.* 75. *num.* 1. *& deciſ.* 189. *num.* 9. *& deciſ.* 244. *num.* 10. *& conſil.* 57. *num.* 9. *& conſ.* 354. *num.* 18. *Bertazol. tractat. de clauſular. inſtrum. clauſul.* 15. *gloſ.* 2. *numer.* 21. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel.* §. 5. *proœm. nu.* 3. *Cald. Pereira de extinct. emphyt. q.* 1. *numer.* 8. *& de renouat. emphyt. q.* 10. *numer.* 1. *Barb. in l. cum prætor in princip. numer.* 45. *ff. de iudic. Rota Romana apud Farin. deciſ.* 617. *numer.* 2. *tom.* 2. *par.* 1.

19 Permiſſum poſt tempus, ante illud cenſetur prohibitum, *l. promiſſor, ff. de conſtit. pecun. Tiraq. de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 2. *nu.* 48.

20 Perſonarum acceptio non eſt habenda in iudicijs, *l. ſi cum dies* §. *ſi arbiter, ff. de arbit. cap. in iudicio, de reg. iuris lib.* 6. *cap. nouit. de iudicijs.* Multa de hoc vitio tradunt *Abb. in cap. de multa numer.* 8. *de præben. Aldobrandin. in* §. *iuſtitia num.* 4. *inſtit. de iuſtitia, & iure. D. Thomas* 2. 2. *q.* 63. *vbi poſt Caiet. optimè, & plenè Aragon. & Salon. Gabr. in* 4. *diſt.* 15. *q.* 7. *Soto*

lib. 3.

Digitized by Google

lib.3.de iuſtit.q.6. D.Antonin.2.p.tit.1.cap.19.& 20.Abulenſ.ſuper cap.25. Matthæi q.108.cum ſeqq. Alexand.Alenſ.2.p.q.119.

21 Pluralis locutio in duobus ad minus verificatur, *l.vbi numerus, ff.de teſtib.l.libertas, §. vlt.ff.de manum.teſtam.l.inter illa, §.fin.ff.de verborum oblig.cap.pluralis locutio 40. de regul. iuris lib.ſexto, Euerard.in topicis legal.loco 54. Maſcard.de probat.concl.838.nu.12. Cened.pract.quæſt. ſing.80.nu.3. Mari. Anton. vari. lib. 1.reſol.109. num.37.Eſcobar.de ratiocin.cap.18.num.43.*Pluralis enim numerus vno non contentatur,vt per *Card. Tuſch.tom.2.lit. D.concl.333.nu.1.& lit.P. concl.367.*

22 Pluralitas actuum non præſumitur,*l.omnium* C.*de teſtam.vbi gloſ.l.fin.* C.*de rebus creditis,cap.in præſentia verſ.verum in 2.de probat.Euerard.in topic. legal. loco86. Maſcard. de probat. concl.1174.Menoch.de arbitr.lib.2.caſu 93.num.32. Gom.vari.tom.3.cap.11.num.6.in fin. Brunor.a Sole in locis commun.verbo actuum num.31. Stephan. Gratian. diſcept.forenſ.cap.93.num.12. Farin.in praxi crimin.p.2.q.64. num.319. & p.4. deciſ.98. & Rota Romana apud eund.deciſ.119.num.7.tom. 1.p.1.*Nec etiam præſumitur pluralitas perſonarum,niſi probetur ab allegante,*l.1.C.de probat. Surd.conſ.61.num.74.vol.1.Rota Romana in nouiſſ. deciſ.5. numer.4. p.1. Menoch. de præſumpt.lib.6. q.15.numer.36. cum ſeq.* Limita in rebus, in quibus præſumitur pluralitas, *Afflict. deciſ.23.nu.*

Digitized by Google

3. *Crau.conſ.*112.*nu.*4.*Surd.conſ.*61.*numer.*13. *& nu.* 74.

23 Plus ſi licet, quod eſt minus, licitum eſt, *l.non debet, ff.de reg.iuris, auth.multo magis, C.de ſacroſanc.eccleſ. cap.cui licet* 53. *de reg. iuris lib.*6. *l.Marcellus, ff.de donat.cauſa mortis, Farin.in praxi crimin.p.*4.*conſ.*60.*num.*109. *Thomas de Thomaſettis reg.* 85. Limita in diſpenſationibus *Surd.deciſ.* 268. *num.*20. *&* 21. *P. Sanch.de matrim.lib.*8.*diſp.*1.*nu.*32. *Cald. Pereira de nominat. emphyt.q.*21.*num.*65. Et cui non licet, quod eſt minus, nec licere debet, quod eſt plus, ita *Ferrer.in conſtit.Cathalon.gloſ.*4.*num.*43.

24 Plus, & minus non mutant ſubſtantiam rei, nec eam faciunt differre ſpecie, *l.fin.ff.de fundo inſtruct.& inſtrum.leg.l.legato generaliter, ff. de legat.*1. *Mari.Antonin.vari.lib.*3. *reſol.*39. *nu.*4. *Ferrer.in conſtit.Cathalon.gloſ.*8.*num.*155. *Thomas de Thomaſettis reg.*225. vbi dicit procedere, quando differunt accidentaliter, ſecus autem eſſe ſi differant eſſentialiter.

25 Plus eſt facto exprimere, quam verbo, *Sigiſmund. Scacci.de appellat.q.*6.*num.*41. Nam voluntas facto magis, quam verbis declaratur, vt dictum eſt infra *lit.V.num.*68.

26 Plus iuris nemo transferre poteſt in aliũ, quam ipſe in ſe habeat, vide ſupra *lit.N.n.*16.

27 Poſſe videtur, qui facit quominus poſſit, *l.ſi bona fide* 12.*ff.de noxa.act.* Et paria ſunt quem aliquid facere, vel per ſe non ſtare quominus

minus fiat, *l.vter in fin.ff.de condit.inſtit.*

28 Poſſe quis non dicitur, quod contra ius poteſt, cum verba ſint intelligenda ſecundum ius, *l.quæro,§.inter locatorem.ff.locati,l.nepos Proculo,ff.de verborum ſignific.cap.cauſam quæ, de reſcrip.cap.cum dilectus,de conſuetud.Stephan.Gratian.Marchia deciſ.13.nu.34.*

29 Poſſe non dicitur quis ea, quæ honeſtè non poteſt, *l.nepos Proculo,ff.de verbor. ſignific. Surd.conſ.203. num.44.*

30 Poſſeſſor olim, & hodie poſſeſſor præſumitur, *gloſ. Bart. & Doct. in l. ſiue poſſidetis, C.de probat. cap. cum eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap. olim in 3. de reſtit. ſpoliatorum, Gratian.reg.375. Anton.Gabr.commun.tit. de præſumpt. concl.10. Alciat.de præſumpt. reg.2. præſumpt.21. Menoch. conſ.21.num.7. & de præſumpt.lib.6.q.62. & q.64. num.1. & de interdictis remed.15.recuper.poſſeſſ.num.386. Maſcard. de probat.concl.540.& concl.1195. num.45.& concluſ. 1321.num.5. Cou.in regul.poſſeſſor.2.p.§.1.in princip.& in cap. Rainutius §.11. num.2. Menchaq. quæſt.illuſtr.cap.58.nu.5. Flamin.de reſignat.tom. 2.lib.13.q.5.num.115. Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap.310.num.57. Nicol.Garc. de benefic.p.6. cap.3.num.75.Rota Romana apud Farin.deciſ.419. num.1. tom.1.p.1. & deciſ.634. num.6. tom.2. p.1. Cardin. Tuſch. tom.6. lit.P. concluſ.417. à princ.* Intellige ſi allegetur, *Tiraq.de præſcrip.§.1.glo. 5.verſ.imo, Gabr.d.concl.10.nu.13. Menoch.d.q.*

Digitized by Google

64.*à num*.35. *Maſcard.concl*.1201.*à num*.36. Procedit non ſolum in ipſo poſſeſſore allegante poſſeſſionem de præſenti, ſed etiam in ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari, qui poteſt allegare poſſeſſionem defuncti, vel auctoris ſui, quem conſtat ſemel poſſediſſe, continuatam fuiſſe vſque ad mortem, *Alciat.d.præſumpt*.21.*numer*.5. *Gabr. d.concl*.10.*num*.11.*Maſcard.concl*.170.*num*.17.*&* *d.concl*.1201.*nu*.4. *Menoch.d.q*.64.*num*.17. *Garc.d.cap*.3.*nu*.76. Amplia in eo, qui probat initium poſſeſſionis, vt præſumatur etiam hodie poſſeſſor, *Alciat. d.præſumpt*. 21. *a princip. Gom.l*.50. *Tauri num*.37. *Rebuf.tract.de pacificis poſſeſſor.nu*.269. *Flamin.de reſignat.lib*.3.*q*.6.*nu*.76. Amplia etiam in eo, qui probatur ſemel dominus, vt ſemper præſumatur retinuiſſe dominium etiam poſt mille annos, *Pichard. tom*. 1. *commun. opin.lib*.4.*tit*.9. *numer*.340.*pag*. 510.

*nunciat.Gam.Luſit.deciſ.*110.*num.*5. *Cald.Pereira de empt.cap.*34. *num.*40. *Rota Romana apud Farin.deciſ.*94*num.*1.*tom.*1.*p.*1. *Mari. Antonin.d.lib.* 1.*reſol.*50.*num.*30. & *reſol.*71. *num.*4. & *lib.*3. *reſol.*13.*num.*1. Et facit ius quo ad omnes *l.ſi ſeruus* §.*ſi hæreditatis verſ. & cum ius ff.de legat.*1. *Rota Romana apud Farinac.deciſ.*78. *num.*1. *tom.*1.*p.*1. & habet vim conſuetudinis, & legis, *Gam.deciſ.*174. *numer.*10. Limita primo in ſententia lata in cauſa criminali, quæ non tranſit in rem iudicatam, *Mendez à Castro in praxi Luſit. lib.*2. *cap.*9. *numer.*7. *in fine.* Limita ſecundo in ſententia lata in cauſa matrimoniali, quæ etiam non trãſit in rem iudicatam, *cap. lator, de re iud. Vezin.tom.*2. *commun. opin. lib.*7.*tit.*14.*num.*178. *pag. mihi* 271. *Ioach. Beuſt. tract. de matrimon. cap.* 39. *Hieronym. à Laurent. Auen. deciſ.*70. *numer.*3. *P.Sanch.de matri.lib.*7.*diſp.* 100. *Cou. de ſponſal.p.*2.*cap.*8.§.12. *Bernard.Grau.ad pract. cameræ imper.lib.*1.*concl.*112. *Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocatorum verbo ſententia numer.*85. *Brunor. à Sole eod. verbo numer.* 28. *Sigiſmund. Scacc.de appellat.q.*17.*limit.*34.*numer.*6. *Mari. Antonin. d.lib.*1. *reſol.*93. *num.*7. & 8. quamuis fuerit deciſa per iuramentum, *Seraphin.de priuileg. iuram. priuil.* 102. *numer.* 8. *limit.*1. Limita tertio in ſententia excommunicationis, *Sanch.d. diſp.*100.*nu.*11.*Scacci.d.tract.de appellat. q.* 12. *numer.* 150. Limita quarto in ſententia nulla, quę deinde non tranſit in rem iudicatam,

Digitized by Google

Magon. Lucen. deciſ.62. num.15. & deciſ.98. num.5. Put. deciſ.374. & 389. nu.3. p.2. Surd. conſ.61. num. 53. Van. de nullit. in rub. quoties, & intra quod tempus, &c. nu.8. Azen. l.2. num.23. titul.17. lib.4. noua recopil. Amator. Roderic. in pract. cap. vlt. p. 2. num.10. & 11. Cald. Pereira quaest. forenſ. lib.2. q.37. à princip. Mari. Antonin. d. lib.1. reſol.77. nu. 14. & reſol.109. nu.3. & 4. Nec parit exceptionem rei iudicatæ, *l.4. §. condemnatum, ff. de re iud. Tiraq. de retract. lign. §.1. gloſ.2. à nu.5. Rebuff. tom.1. ad leg. Galliæ tit. de ſenten. execut. art. vlt. n.4. pag. mihi* 256. cum ſententia nulla non ſit ſententia, *l. vlt.* C. *de ſentent. ex breuiloq. recit. clem. paſtoralis, §. vt igitur, de re iud. Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verborum ſignific. limit.1. nu.9.* Limita denique in ſententia notoriè iniuſta, quæ nunquam tranſit in iudicatum, *Surd. deciſ.160. num.30. & conſ.61. num.24. quem cum aliis citat Mari. Antonin. d. lib.1. reſolut.57. nu.4.* Iniuſtitia enim notoria æquiparatur notoriæ nullitati ex citatis per eundem *Mari. Antonin. d. lib.1. reſol. 77. num.13.*

22 Res inter alios acta aliis nocere non debet, in iure communi probat *text. in l. de vno quoque, ff. de re iudic. l. ſæpè conſtitutum eſt, ff eod. tit. l. nam & poſtea in fin. ff. de iureiur. l. quia non debet, ff. eod. l. Lucius ff. de his qui notantur infamia, l. Modeſtinus reſpondit ff. de except. l. Claudius, ff. qui potior. in pign. hab. l. ſi petitor, ff. de iudic. l. ſi vnus, §. pacta in fine ff. de pa-*

ctis

ctis,l.1.cum multis alijs,ff.de except.rei iudicatæ,l. res inter alios acta,ff.de regul.iuris.tit. C. inter alios acta,l.optimam, C.de contrah.empt.cap inter dilectos,de fide inſtr.cap.veniens, de tranſact.cap. ſuper eo, de officio delegati. Et apud noſtros Luſitanos conſtitutum eſt per *Ordinationem regiam lib.3.tit.81. in princip.* Et apud Hiſpanos extat *l.20.tit.22.par.3. vbi gloſ.1.* exornant *Tiraq. tract. ſpeciali, res inter alios acta, Menoch. conſ.28.num.28.& de retin.poſſeſſ.rem.3.num.571. Maſcard.de probat. concl.394.nu.29. & concluſ. 1243.& concluſ.1267.nu.2. Thomas de Thomaſettis reg.273. Hieron.de Laurent. deciſ.Auen.82. num.1. Mari. Antonin. vari.lib.1.reſol.106.nu.7. & num.38.& 45.& lib.3.reſol.1.num.7.Menchaq. quæſt.vſu frequen.cap.23.numer.13.cum ſeqq.Couar. pract.cap.13.numer.4.& capit.14.numer.15.& 16. Surd.conſil.577.numer.25. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat.verbo exceptio numer.20.& verbo res numer.25. cum duobus ſeqq. & verbo ſententia numer.67. Brunor. à Sole in locis commun.verbo res 12.Cardin.Tuſch.tom.6.lit.R.concl. 264. cum ſeq. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.7.numer.80.& q.10.numer.264.& q.2. nu.114.*

23 Reſoluto iure dantis, reſoluitur & ius accipientis, *l.lex vectigali 31.ff.de pignor.l.ſi ex duobus, §.1. ff. de in diem adiect. vbi Bart. Alberic. Bald. & Salic.* hanc regulam conſtituunt, *cap.nuper, de donat.inter virum, & vxo-*

rem, deciſ. Pedam.156. num.12. Gom.vari.tom.2. capit.3.num.8.in fine, Mari. Antonin.vari.lib.2. reſol.fin. caſu fin. Bertazol. tract. clauſularum inſtrum.clauſula 15.gloſ.2.num.16. D.Barb.in l.quia tale numer.86.ad finem, ff.ſoluto matrim. Cardin. Tuſch.tom.6.lit.R.concl.272. vbi intelligit in ijs, quæ habent dependentiam ſucceſſiuam, non in ijs, quæ in ipſo inſtanti radicantur, & perfectionem habent in ſe.

24 Reſpondere non videtur, qui ad interrogata non reſpondit, *l.de ætate, §.quod autem, ff.de interogat.action. Alciat.lib.2.diſpunct.capit.* 10. Ex reſponſione enim colligitur qualis fuerit interrogatio, *l.ſi defenſor.§.qui interrogatus, ff. eod.tit.de interrogat. act.§. præterea, inſtit.de inut.ſtip. Natt.conſ.98.num.22. Menoch.conſ.47.& conſ.53.* quos adducit *Mari.Antonin.vari.lib.3. reſol.44.num.5.verſ.tum quia non.*

S

1 SCire quilibet præſumitur, quod publicè ſcitur, *Tiraq.de retract.lig.§.35.gloſ.4. num. 33.Menoch.de præſumpt.lib.6. quæſt.23. numer.70. & de interdictis remed.16. recuperan.poſſeſſ.num. 34.Garc.de nobilit. gloſ.4.num.27.* quia publica vox, & fama inducit ſcientiam vt per *Ioſeph.Ludou.Peruſ.deciſ.103.num.12.* cui adde latè *Maſcard. de probat. concl.1100.numer.2. Menoch.de præſumpt. lib.6. qu.23. numer.70. & de arbit.iudic.*

dic.lib.2.caſu.186.numer.8.quos adducit Ioan.Petr. Monet. tract. de option. cap. 6. q.4. numer. 29.

2 Scire, & ſcire debere paria ſunt, *l quod te in fin. vbi gloſ. ff. ſi cert. pet. l. ſi duo, ff. de acquir. hæredit. l. qui fundum, §. ſeruus, ff. pro empt. Tiraq. de retract. lig. ad finem tit. nu. 43. Surd. conſ. 150. num. 23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 194. num. 1.* faciunt tradita per *Surd. deciſ. 146. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. deciſ. 103.*

3 Scire, & negligere ſcire paria ſunt, *Sigiſm. Scacci. de appellat. q. 12. nu. 10.* Et paria ſunt ſcire, vel ſcire poſſe, *l. pen. ff. ad Macedo. l. in bonorum in fin. ff. de bono. poſſeſſ.*

4 Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, pro veritate habetur, vide ſupra *lit. R. n. 21.*

5 A ſeparatis non fit illatio, vide ſupra *lit. I. nu. 6.* Separatorum ſeparata debet eſſe ratio, *l. Papinian. ff de min. l. fin. ff. de calumn. Bal. in l. cum neceſſitatem, C. de fideic. Decian. in tract. crimin. lib. 1. cap. 7. num. 4. tom. 1. Caſtr. conſ. 389. num. 2. vol. 1. Pariſ. conſ. 101. numer. 38. vol. 1.* quos adducit *Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 111. numero 4*

6 Sequentia declarant præcedentia, *l. ſi ſeruus plurium, §. ff. de leg. at. 1. cum Doct. infra cit. V. numer. 36.* Vnde clauſula ſequens refertur, & trahitur regulariter ad omnia præcedentia, vt probat *tex. in l. final. vbi Bart. ff. de rebus dub. cap. ſecundo requiris 41. de appellat. Gabri.*

tom.3. commun.opin.lib.6.tit.de clauſulis concl.9. Gonzal.ad reg.8. Cancel.gloſ.32.num.30.nouiſſimè Rota Rom.apud Farin.deciſ.105.nu.4.tom.1.p.1.

7 Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice, *l.boues, §.hoc ſermone vbi Tiraq.ff. de verborum ſignificat.l.cum pater 79.§.pater in 1. ff de legat.2. Franciſc.Galet.in margarita caſuum conſcientiæ, verbo ſermo* cum alijs ſupra citatis *lit.D.nu.37.*

8 Ex ſignis cognoſcitur ſignatum, *l.1.§.ſi intelligatur ff. de ædilit. edic. l. ſtigmata vbi Bart. C.de fabricens. lib.11. Surd.conſ.126.nu.15.* Vnde res præſumuntur eſſe illius, cuius eſt ſigillum, quo ſignata ſunt, vt per *Gom.l.45. Taurin.3.& nu.77.Boer.deciſ.105.nu.9.Afflict.deciſ.23.nu.3.& 4. Suar.tom.1.comm.opin.lib.4. tit.41.nu.6.pag. 651. Menoch.de præſumpt.lib.3.q.64. Maſcard.de prob.concl.91.& 157.nu.3. cum ſeqq. & concl.160. nu.4.& concl.551.Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.60. nu.62.cum ſeqq.Rebuf.ad leg. Galliæ tit.de mercator. min. vend. art.1. gloſ.2. numer.26. Ozaſc. Pedam.deciſ.40.numer.2.Hieron.de Laurent. Auenion. deciſ. 30. numer. 2. Brunor.à Sole in locis commun.verbo res 5. Curi. Philipp.p.2. lib.1.cap. 7.numer.13.vbi numer.16.* reſoluit quod ſi apud duos ſit contentio ſuper rebus, quæ ad eos pertinent, eo, quod eodem ſigillo ambo vtuntur, poſſidenti adiudicari debent, ſi vero non ſint apud eos, ſed penes tertium, diuiduntur inter contendentes.

9 Simile

9 Simile non eſt idem, *gloſ.in l.quod Neruа, & ibi Bart.ff.depoſiti,l.pecuniam,ff.ſi cert.pet. l.ad ſimilitudinem, C.de epiſcopis, & cleric.§.ſed inter eas,inſtit.de nupt.cap.capitulum de reſcript. Marc.Mant. ſing*.318. *Menoch. de arbitr.lib*.2. *caſu* 84.*Surd. de alim.tit*.9.*q*.1.*num*.4. *Bertazol. de clauſulis inſtrum.clauſul*.27.*gloſ*.12.*nu*.1. *Caſſan.in catalogo gloriæ mundi p*.1. *conſid*. 48. *verſ. quartus caſus, Guter. pract. lib*.2.*q*.176.*numer*.4. *Gonzal.ad regul*.8.*Cancel.gloſ*.3.*nu*.51. *Acaci. Anton.in comment.ad l*.5.*num*.70. *ff.de condit.& demonſtr.Ferrer.in conſtit. Cathalon.gloſ*.7.*nu*.100. *Card.Tuſc.tom*.7.*lit.S. cõcl*.247.vbi *num*.2. declarat,quod licet ſimile non ſit idem,tamen de facili tranſit in idem, ideo contractus dubius iudicatur eſſe ex pluribus id, cui magis ſimilis eſt,de quo vide etiam *concl.ſeq*.

10 Singula, quæ non proſunt,multa collecta iuuant, *l.ſpadonem*, §. *qui iura*, *ff.de excuſat.tutor*. in ratione dubitandi, *l.rationes, & l.inſtrumenta*, C. *de probationibus, capit.cauſam quæ, eodem tit.l.ſi ſtipulatus in princip.ff.de vſuris*, vulgaris doctrina *gloſ. verbo legitimis in l*.2. *ff. eo. titul. de excuſationibus tutorum* recepta ex infinitis, quos latè adducit *Anton. Gabr. tom*.3. *commun. opin. tit. de probat. concluſ*.1. *numer*.1. *Surd. conſ*.245.*num*.31. & *conſil*. 329. *num*. 20. *Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate numer*.59.*verſ. tamen hæc duo, Cod.de in integr.reſtit.minor. Anton.Monach.Lu-*

Digitized by Google

cenſ.deciſ.55.num.33. Farin.in praxi crimin. p.4. conſ.39.num.1. Ferrer.in conſtit. Cathalon.gloſ.5. nu.147. Cardin.Tuſch. tom. 7. lit. S. concl.276. Mari. Anton. vari. lib.2.reſol.55. nu.16. & lib.3. reſol.7.num 13. Intellige,quando ſingula genere ſuo perfecta ſunt,non ita ſi vitioſa ſint,& genere ſuo imperfecta §.*ex eo inſtit. quib.mo.teſtam. infir.Thobias Nonius ad rub.inſtit.de oblig.nu.25. Menoch.de præſumpt.lib.3.q.39.nu.6.*faciunt multa,quæ copioſè adducit *Gabr.d.concl.1.ex nu.33. cum ſeqq.*

11 Soluere,vel promittere paria ſunt,*l.fin. C.ad leg. Falcid.l.eum qui ita,§.penult.ff.de verb. obligat.*Et paria ſunt ſoluere,& compenſare,*l.ſi debitor,ff.qui potio.in pigno.habean. l.ſi peculium, §.de illo.ff.de ſtatulib.l.1.ff.de compenſat.l.amplius non peti,ff.rem rat.hab.Surd.de alim.tit.6.q.4 nu. 4.& tit.8.priuil.53.& deciſ.117.& 191.Parlad.lib. 2.rer.quotid.p.5.cap.fin.§.11.nu.30. Azeu.l.1.n.128. tit.21.lib.4.noua recopil. Guter.de iuram.conſ.p.3. cap.6.num.1.Rota Romana apud Farin. deciſ.858. numer.4.in nouiſſ.& deciſ.536.nu.3.tom.2.p.1. Tiraq.de retract.lig.§.3.gloſ.3. num.6. Cou. in cap. quamuis pactum 1.p.§.4.num.9.Caſtil.lib.3.quotid. cap.23.num.90.*

10 Soluere, qui eſt paratus, iudicium ſuſcipere non cogitur, *l.ſi reus, ff. de procurat or.*

13 Soluere minus dicitur, qui tardius ſoluit, & plus ſoluere dicitur, qui ſtatim ſoluit, *l.ſi is*

cui

cui in fin. l. minus, ff. de verb. ſignific. l. ſolidum, ff. de ſolution. §. plus, inſti. de fideiuſſor. §. ſi quis agens verſ. plus autem, inſtit. de actio. capit. 1. vbi Doct. de plus petit. & iuxta illud Auſonij

Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia nanque
Cum fieri properat gratia grata magis.

Sequuntur plures, vt per *Tiraq. de retract. lign. gloſ.* 18. §. 1. *nu.* 35. quibus adde *Surd. conſ.* 345. *numer.* 9.

14 Solui non poteſt aliud pro alio inuito creditore, vide ſupra *lit. A. num.* 81.

15 Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant, *l.* 3. *ff. de fun. inſtructo leg. l. fin. §. cui dulcia, ff. de vin. triti. oleoque lega. Surd. deciſ.* 149. *num.* 18. *& conſ.* 34. *numer.* 40. *& conſ.* 375. *numer.* 45. *Brunor. a Sole in locis commun. verbo ſubiectione.*

16 Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. vbi Bart. Bald. Angel. & alij l.* 1. *§. hæc actio, ff. ſi quis teſtam. liber. eſſe, l. filia, §. Titia, ff. de condit. & demonſtrat. l. vnic. §.* 1. *Cod. de rei vxoriæ act. vbi Cyn. Bald. Salic. & alij, §. fuerat, inſtit. de actio. capit. eccleſia* 1. *vbi gloſ.* 1. *verſ. & eſt hic argumentum, cum cap. ſeq. vt lite pendente, Thomas de Thomaſettis reg.* 289. *Pichard. ad §. ex conditionali num.* 13. *inſtit. de verborum obligat. Euerard. in topic. legal. loco* 93. *Pet. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib.* 2. *de loco*

Digitized by Google

ſubrogato 4. Thobias Nonius ad §. ſed neque heres, inſtit. de teſtam. num. 5. Surd. deciſ. 35. num. 9. & deciſ. 306. num. 5. & de alim. tit. 9. q. 27. num. 9. & conſ. 26. numer. 5. Tiraq. de iure primog. quæſt. 40. num. 43. & in tract. le mort p. 2. declarat. 9. num. 18. Brunor. à Sole in locis commun. verbo ſubrogatum, Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. num. 36. Ioan. Petr. Monet. tract. de decimis cap. 9. numer. 75. & tractat. de option. cap. 4. q. 8. num. 146. Ioann. Franciſ. Leo in theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 4. num. 55. Eſcobar de ratiocin. comput. 15. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 9. nu. 99. Cardin. Tuſch. tom. 7. lit. S. concl. 757. à princip. & omninò à num. 15. & num. 30. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 111. num. 28. Intellige ſubrogatum ſapere naturam primordialem, non accidentalem eius, in cuius locum ſubrogatur, *Surd. d. tit. 9. q. 21. num. 22.* Limita primo, quando ſubrogatum fit ad rem diuerſæ naturæ, *l. cum in fundo, §. ſi fundus, ff. de iure dot. Surd. d. tract. de alim. tit. 5. q. 1. numer. 34.* Limita ſecundo, vbi aliquid eſt ſpecialiter attributum, tunc enim in eo ſubrogatum non ſapit eandem naturam, nec ſubrogationis regula id extendit, quod fuit ſpecialiter conceſſum, *Surd. d. tit. 9. q. 21. num. 21. D. Barb. ad l. cum prætor, §. 1. num. 421. ff. de iudicijs.* Limita tertio, quando diuerſæ dantur qualitates, *Luſit. Franciſc. à Souſa in repet. l. fæmina, ff. de reg. iuris p. 1. num. 229.* Limita quarto in pœnaibus, *Cardin. Seraphin. Rota Romana deciſ. 537. num. 4.*

num. 4. Limita denique in priuilegijs, *Azeu. l.*1. *num*. 27. *tit*. 1. *lib*. 6. *noua recopil. Garc. Girond. de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. nu*.1313.

17 Superiorum actio noſtra eſt inſtructio, *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ*. 6. *num*. 21. & faciunt, quæ parens meus, quem non minus doctrinæ, quam naturæ auctorem meæ reuereor *in annotat. ad Ordinat. Regias Luſit. lib*.1. *tit*.1. *in princip. num*.12. Peccatum enim in capite inficit etiam membra, *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ*.99. *num*.4.

T

1 TAcens conſentire videtur *gloſ. in l. quo enim, vbi Bart. ff. rem rat. hab. gloſ. in l. filius fam*, §. *inuitus* §. *de procurator. l*.2. §. *voluntatem, ff. ſolut. matrim. l. qui tacet, vbi Dec. & Cagnol. ff. de regul. iuris, l*.2. C. *de acquir. poſſeſſ. l. ſi ſine* C. *ad Velleian. l. ſi hypothecas* C. *de remiſſ. pign. cap. qui tacet* 43. *vbi gloſ. Dyn. & Ioan. Andr. de regul. iuris lib ſexto. cap. non ne de præſumpt. Menoch. de præſumpt. lib*.3. *q*.9. *num*.20. *Maſcard. de probat. concl*.1218. *P. Azor. inſtit. moral. p*.1. *lib*.1. *cap*.4. *col*.8. & 9. *Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p*.4. *collect*. 1040. *Mari. Antonin. vari*. 1. *reſol*.92. *numer*.6. alios refert *Cened. ad decretum collect*. 9. *num*.4. Intellige in fauorabilibus *l*.1. §. *pen. ff. nautæ caupones l. qui patitur ff. mandati l. ſi fideiuſſor in fin*.

Digitized by Google

C.*eod.tit.l.ſi vt proponis* C. *de nupt. Menoch.de præſumpt.lib.*3.*q.*42.*num.*11.*& num.*24.*& lib.*6.*q.*99.*num.*11.*Maſcard.de probat.concl.*1158.*num.*25.*Thomas de Thomaſettis reg.*253.*& reg.*290.*Iul. Clar.receptar.ſentent.libr*4.§.*donatio q.*14.*num.*5.*Menchaq. quæſt. illuſt. lib.*2.*cap.*62.*a numer.* 8. *Cou.in rub. de teſtam. p.*3.*numer.*12.*verſ. verum ſi donatarius, Mol. de primog. lib.*4.*cap.*2.*numer.*76. *Coſt.in l.ſi ex cautione fallent.*4.*numer.*2. *D.Barb.in l.quæ dotis numer.*153.*& numer.*164.*ff.ſolut. matrim. alios adducit P. Sanch. de matrim. lib.*1.*diſp.*5.*numer.*5. quibus adde *Cardin.Tuſch. tom.*8.*lit.T.concl.*2. vbi *numer.*2. limitat vbicunque vltra conſenſum requiritur aliquid, nam tunc non ſufficit tacitus conſenſus in fauorabilibus. Limita in præiudicialibus *l.inuitum ff.de ſeru.vrban.præd.l.in eo*, §.*pen.ff.de rit.nupt. Menoch.d.q.*99.*num.*53.*Fachin.controu. lib.*8.*cap.*64.*Cou.pract.cap.*15.*verſ. quinto deinde, Surd.deciſ.*302.*numer.*3.*& conſil.*349.*numer.*4. *Thomas de Thomaſettis d.reg.*253. *Cald. Pereira de reſolut. emphyt. cap.*11.*numer.*11.*& de empt. cap.*33.*numer.*81.*& ſeq.Barb.in l.*2.§.*vlt.à num.*6.*ff.ſolut.matrim.& in d.l.quæ dotis num.*153.*& nu.*164 *Stephan.Gratian.diſcep.forenſ.cap.*38.*num.*20.*& cap.*68.*num.*16. *Luſit.Benedict.Aegid.in repetit.l.ex hoc iure ff.de iuſtit.& iure p.*1.*cap.*9.*num.*81 *Cardin.Tuſch.d.lit.T.concl.*3. *Mari. Antonin. d.lib.*1.*reſol.*59.*caſu* 1. alios refert *Sanch.d.diſp.*5.*num.*5. Etiam ſi vltra taciturnitatem concurrat

aliquis

aliquis actus poſitiuus *Maſcard.de probat.concl.1218.numer.51.Surd.deciſ.32. numer.11.& deciſ. 264.numer.*8.Secus eſt in iudicialibus,in quibus tacens conſentire cenſetur, etiam in ſibi præiudicialibus *Tiraq. de iure mariti gloſ. 7. num.37. Surd.deciſ.47.num.9. Barb. in l.diuortio §.ob donationes num.14. ff.ſolut. matrim.* Limita etiam quando tacens contradicendo actum impedire non potuiſſet *gloſ. in l. ſicut §. non videtur ff. quib.mod.pign. vel hypoth.ſoluat.l. Caius ff.de pignorat.act.l.ſæpe §.cur autem ff.de re iudicata* ; *Rota Romana apud Farin.deciſ.513.num.5.tom.2.p.1. Menoch.conſ.120.num.10. Surd.deciſ.294.numer. 13.& deciſ.302.nu.2.Cald.d.cap.33.nu.81. Stephan. Gratian.d.cap.38.numer.21. & d.cap.68. num.16.* Quia in illis caſibus, quos tacens ſi vellet poſſet impedire, conſentire videtur *l.ſi fideiuſſor* C. *mandati, Bart.in l.qua dotis numer.22. & ibi D. Barb.num.160.ff. ſoluto matrim. Neguzant.de pignor.memb.4.p.2.num.152. Cou.d.cap.15.nu.5.verſ. 3. Tiraq.de retr.lig.§.1.gloſ.9.num.149. Fachin. lib.7.controu.cap.80. Menoch.d.q.99.numer.15.& conſ.58.num.65.Maſcard.concl.1158.num.47.Surd. conſ.290. num.22. Mendoc. de pactis lib.2 cap.4. numer.37. Cald. Pereira de renouat. emphyt.q.16. numer.47.& 52.* Limita denique quando ius reſiſtit *gloſ.in cap.plerunque 2.q.7. Maſcard.de probat.vol.3.concl.1153.numer.52.in verbo patientia.*

2 Tacite quod ſubintelligitur , fruſtra exprimitur *l.iam dubitari,& l. Cornelius, ff.de ha-*

red.inſtit.l.verba ff.de condit. inſtit.l.3.ff. de legat. 1.l.fideicommiſſa §.ſi filio ff. de legat.3.l. quæſitum §.1.ff.de diſtrac.pigno.l. non recte C. *de fideiuſſor.* Nam expreſſum dicitur illud, quod ſubintelligitur à iure, vt dictum eſt ſupra *lit.E.nume.* 30.

3 Taciti & expreſſi idem eſt iudicium *l. cum quid, vbi doct.ff.ſi cert.pet.l.ſi filius fam.ff.eod. tit.l. vlt. in princip. ff. de legat.2. l. item quia ff.de pact.l.vlt.* C.*qui bonis cedere poſſunt*, *Cou.in repetit.cap.quamuis pactum de pact. lib.6.p.2. in initio num.6. in medio, Menchaq.controu. illuſtr.cap.33. numer.26. Flamin.de reſignat.tom.1. lib.1.q.1. numer.3. cum ſeqq. & q.13. nu.13. Gonzal.ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.14. num.64. Eſcobar de ratiocin. cap. 7.num.7.Franciſc. Molin.de ritu nupt.lib.3.q.80. num.30.Morl.in emporio iur.p.1.tit.8.q.24. per totam, Vgolin.de offic.& poteſt. Epiſcopi cap.7.§.2. nu.7. Luſit. Fr.Anton.à Souſa in relect.de cenſur. bullæ cænæ cap.24.diſp.101. num.2. Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ.p.3. cap.7.num.61.Card. Tuſch. tom.8. lit.T. concl.8. Campanili in diuerſ. iur.canon.rub.12.cap.4.num.5.* Intellige quando tacitum includitur in natura expreſſi, ſecus eſt ſi non eſt de natura expreſſi, neque inducitur ſub expreſſo *Tuſch.d.lit.T.concl.7. Mari. Antonin. vari. lib.2.reſol.57. numer.72.* Limita cum eod. *Tuſc.concl.9.* vbi *concl.11.* aſſerit quod tacitum plus operatur, quam expreſſum multis caſibus, & *concl.* 12. quod tacitum reſultans

tans ex expreſſo ceſſat ceſſante expreſſo, per *tex. in l.3.§.fin.ff.de ſeruit. ruſtic.præd.* Amplia in vltimis voluntatibus *l. inter veſtem ff. de aur. & arg.leg.l.in conditionibus primum locum ff.de condit.& demonſtr.Bart.in ſua magiſtrali diſtinctione, quam tradit in d.l.cum quid col.2. num.9. verſ. & pro huius ſolut. & ante eum Cyn. col.2. num.4. verſ. nos ergo*, quos vltra alios refert *Rendina in promptuario recept.ſentent.tom.1. tit.*100. *num.16.* Alia quæ ſpectant ad hanc regulam notata ſunt ſupra *lit.G.nu.2.*

4 Tempore eodem quando aliquid fit, non datur prius, nec poſterius *l.quidam teſtamento, ff.de pecul.leg. Surd.de alim.tit.9.q.29.nu.* 18. Dicitur autem fieri eodem tempore, quod ſucceſſiue fit *gloſ. in l.antiqui, verbo eodem tempore ff.ſi pars hæred.peta.*

5 Tempore habili aliquid fieri, vel conferri in tempus habile paria ſunt *l. in tempus ff. de hæredib.inſtit.* Et paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito, vel in tempus prohibitum conferri *l.oratio ff.de ſponſal.l.quod ſponſæ C.de donat. ante nupt.* cum ſupra citatis *lit.F.num.*44. & 45. Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, notaui ſupra *lit.A.num.*86.

6 Tempus non eſt modus tollendæ, nec inducendæ obligationis *l.obligationum §.placet ff. de action. & oblig.§.atſi ita ſtipuleris inſt.de verbor.oblig.vbi Thob. Noni gloſ.verbo allegationem in cap.cũ ex officij 16.de præſcript. Gom.vari.to.2.*

cap.11.num.21. Aloyſ.Ricci.in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.732.in 1. edit.& reſol.509. nu.2.in 2.edit. & deciſ.curiæ Archiepiſcop.Neapol deciſ.62.num. 4.p.2. Acacius Anton.in comment.ad l.1.ff.de condit.& demonſtrati.ſub verbo text.ibi,cum dies certus,num.5.

7 Tempus legis,qui non obſeruat,non dicitur formam legis obſeruare *l. obſeruare §.poſt hac ff. de offic. proconſ. Rebuf. in tract.nomin.q.14. numer.6. Gam. Luſit. deciſ.337.numer.4. Cardoſ. in praxi iudicum , & aduocat. verbo tempus numer.1.*

8 Titulum non habere, vel nullum habere paria ſunt *Surd.deciſ.45.nu.17.*

9 Totum continet ſuas partes *l.1. §.ſi ſtipulanti ff. de verbor. oblig. l.ſi aly ff.de vſufructu legat.l.in eo quod plus* 111.*l.in toto* 114.*ff.de regul.iuris, cap. plus* 35.*cap. in toto* 80. *eod. tit. lib. ſexto, Gom.vari.tom.2.cap.9.num.4. Menoch.de arbitr. lib.2.caſu 47.num.6.Cou.vari.lib.1.cap.2.ex num. 5.& cap.vlt.num.7.* citati *ab Alphan. collect.* 82. quibus adde *Cardin. Tuſch. tom.8. lit.T.concl.* 336. vbi *num.6.* limitat quando totum conſtituens in partes diuiſas eſt diſtinctum , & diuiſum, quia tunc vna quæque pars per ſe ſtat, ſecus quando ſunt indiuiſæ.

10 Totum qui dicit,nihil excludit, vide ſupra *lit.O.num.4.* Vitiato toto, & quælibet eius pars vitiatur , *l. ſi nemo , ff. de teſtam. tutel.*

11 Tra-

Digitized by Google

11 Tractus futuri temporis, non pertinet ad iudicem; *l. non quemadmodum, vbi Doct. ff. de iudicijs, l. 1. §. socius, ff. de vſuris, Surd. deciſ. 120. numero 5. & conſil. 340. numer. 9. Cenal. commun. contra commun. tom. 4. q. 899. num. 3.*

12 Turpitudinem allegans, non eſt audiendus, colligitur *ex text. in l. mercenalem, C. de condic. ob turp. cau. l. tranſactione, C. de tranſact. l. ſi pignoribus, vbi gloſ. C. de ſeruo communi manu. l. cum profitearis, C. de reuocandis donat. cap. inter dilectos, de donat.* reſoluunt latè *Bernar. reg. 24. verſ. quinto, Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloſ. 8. num. 20. & num. 20. & num. 24. cum ſeq. Surd. deciſ. 196. num. 6. & deciſ. 309. num. 16. Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. 11. num. 75. Rota Romana apud Farin. deciſ. 665. numer. 12. tom. 2. p. 1. Ioan. Maria Bellett. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clericali §. 3. num. 12. pag. 22. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo allegatio num. 5. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 452. numer. 4.* alios refert *Cened. ad decretal. collect. 10. num. 4.* Intellige regulam hanc procedere tantum in materia, in qua turpitudinem allegans liberam habet poteſtatem, & poteſt de iure diſponere, tunc enim, ne eidem turpitudo patrocinetur contra *cap. ex tenore in fine de præſcript.* non auditur illam allegans, ſecus verò ſi liberam poteſtatem nō habeat, prout contingit, vbi principaliter in reipub. eccleſiæ, vel etiã animæ bonum al-

Digitized by Google

legatur, vt in *cap. lator, de re iudic.* ita ex aliorum mente recte aduertit *Sarm. lib. 3. ſelect. cap. 13. nu. 5. & num.* 11. cui reſolutioni ſubſcribit *Franciſ. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 13. numer. 15. & Thomas de Thomaſettis reg. 32.* Intellige etiam vbi quis allegat turpitudinem ſuam ad ſuum commodum, & vtilitatem, ſecus ſi ad ſuum damnum, *Doct. in l. ius iurandum ex conuentione, §. procurator, ff. de iure iurand. Roland. conſ. 24. num. 72. vol. 1.* quem citat *Bellet. d. num.* 12. Limita quando turpitudinem allegans ſemel fuerit admiſſus, tunc enim ex detecto periurio, vel turpitudine poterit ſe iuuare, ex reſolutis per *Coſt. in l. ſi ex cautione fallentia 9. num. 2. Cardoſ. d. verbo allegatio num. 5.*

13 Turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes, deſumitur ex *Ouid. lib. 5. de triſtib. eleg.* 7. probat *text. in cap. quemadmodum, §. alioquin de iureiur. gloſ. in cap. per veſtras in verſic. ad inopiam, de donat. inter virum, & vxorem* exornant *Surd. de alim. tit. 7. q. 17. num. 41. & conſ. 174. num. 13. & conſil. 175. numer. 42. & conſ. 371. num. 54. Tiraq. de iure conſtit. p. 3. limit. 7. num. 43. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. F. concluſ. 12. num. 4. Anton. Monach. Florent. deciſ. 24. num. 36. & Bonon. deciſ. 19. num. 33. Cardin. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ. 1483. n. 14. Ioan. Maria Bellett. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clericali, §. 29. num. 7. pag. 163.* Et fauorabilior eſt cauſa conſeruationis, quam nouæ acquiſitionis, *Menoch. conſ. 32. numer. 37.*

Et

Digitized by Google

Et facilius conſtitutum ius retinetur, quam de nouo acquiratur, *l.patre furioſo, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Surd.deciſ.*40.*num.*5.

V

1 VElle quis non creditur, quod non poteſt, *l.Lucius, §.imperatores, ff.ad municip.l.ſi tibi, §.vnius, ff.de optio. leg.gloſ.in l.peto in princip.vbi Bald.in fine princip.ff.de legat.2.cap.cum à nobis, de ſentent.excomm. Surd.conſ.*431.*nu.*41. *Rota Romana apud Farin.deciſ.*364.*nu.*3.*tom.*1.*p.*1. Inanis enim eſt voluntas, niſi adſit potentia, *l.nolle adire*, & ibi not. *Alex.in princip.ff.de acquir. hæred. l.pater Seuerinam in princip.ff.de condit.& demonſt.* Et qui non vult, quando poteſt, conſequens eſt, vt cum velit, non poſſit, *l. multum intereſt, C.ſi quis alteri, vel ſibi, l.quod ſponſa, C.de donat.ante nupt.*

2 Velle eſt eius, cuius eſt nolle, *l.*3.*ff.de reg. iur.Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.*4. *n.*38. *Thomas de Thomaſettis reg.*106. vbi aſſerit procedere ante contractum initum. Et non dicitur nolle, qui velle non poteſt, *l.*4.*ff.de acquir. hæred.l.pater in princ.ff.de cond.& demonſt.*

3 Verba ſunt ſigna, & teſtimonium mentis noſtræ, & demonſtrant voluntatem animi, *l.Labeo, §.idem Tubero, ff.de ſupel. leg.l.ſcire, ff.de tut. & curat. dat.ab his, l.*1. *§.Diuus, ff.ad leg. Cornel.de Sicar.gloſ.magiſtra verbo animus*

in l. Fulcinius, §. quid ſit latitare, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur, l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtitut. l. generaliter in 1. *notab.* C. *de non numerat. pecun.* cum ſimilibus, de quibus *Menoch. conſil.* 1. *numer.* 262. *& de præſumpt. lib.* 3. *q.* 1. *numer.* 39. *& de arbitr. lib.* 1. *q.* 7. *nu.* 75. *Maſcard. de probat. concl.* 1415. *numer.* 24. *cum ſeqq. Surd. de alim. tit.* 2. *q.* 2. *numer.* 1. *& conſil.* 179. *numer.* 62. *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo libertis numer.* 17. *&* 18. C. *de reuocandis donat. Card. Mantic. de coniectur. vltimarum voluntatum lib.* 3. *cap.* 4. *Aluarad. de coniecturata mente defuncti lib.* 1. *cap.* 1. *Menchaq. controu. illuſt. cap.* 58. *num.* 7. *Perez tit.* 9. *verſ. aut dictum lib.* 8. *ordin. pag.* 216. *Flamin. de reſignat. tom.* 1. *lib.* 1. *q.* 13. *numer.* 29. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo homo* 4. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 4. *numer.* 9. *Farin. in praxi crimin. p.* 5. *q.* 126. *numer.* 158. *& p.* 3. *in fragment. lit. A. numer.* 229. *& Rota Romana apud eundem deciſ.* 130. *numer.* 3. *tom.* 1. *p.* 1. Et verba magis declarant animum, quam facta, *l. recuſari, ff. de acquir. hæreditat. l. re coniuncti, ff. de legat.* 3. verba pendent à mente, non autem mens à verbis, *Menoch. conſil.* 97. *numer.* 44. Et verba ſe habent vt corpus, ſuperficies: & ratio, ac mens; vt ſpiritus, & anima, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 48. *num.* 56.

4 Verba debent inſeruire intentioni, non intentio verbis, ex *reg. l. non aliter, ff. de legat.* 3. *l.* 3. *§. conditio, ff. de adim. leg. cap. ſedulo* 38. *diſt.*

diſt. cap. ſecundo requiris, de appellat. cap. intelligentia, de verborum ſignifi. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo libertis a num. 47. C. de reuocandis donat. & de retract. lign. §. 32. gloſ. 1. numer. 34. & 35. Cardin. Mantic. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 3. tit. 3. numer. 9. Symon de Pretis de interpret. vltimarum voluntatum lib. 2. dubit. 2. ſolut. 1. à num. 280. iuncto numer. 215. Brunor. à Sole in locis commun. verbo verba numero 20.

5 Verba ſunt intelligenda, non ſecundum quod ſonant, ſed ſecundum mentem, & intentionem proferentis, *l. non omnis in princip. ff. ſi cert. pet. l. 3. § . ſi quis hoc interdicto, ff. de itinere actuque priuato, l. ſcire oportet, §. aliud ff. de excuſat. tutor. l. non aliter 69. ff. de legat. 3. l. ſed Celſus, §. 1. vbi gloſ. verbo ſequendum, ff. de contrah. empt. cap. intelligentia, & cap. propterea, de verborum ſignific. Nau. in man. cap. 23. numer. 38. Coſm. in pragmat. ſanct. titul. de elect. verbo mens pag. mihi 141. Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo libertis numer. 48. Cod. de reuocandis donat. Surd. conſ. 431. num. 35. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 48. num. 55. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 85. num. 50.* Et vbicunque conſtat de mente diſponentis, expreſſa, vel præſumpta, verborum qualitas non attenditur *l. 3. C. de lib. prat. l. quoniam indignũ, C. de teſt.* Mens enim eſt potentior verbis, *l. Labeo, in fin. ff. de ſuppel. leg.* Et vbicunq; de mente dubitatur, à verborum proprietate

non receditur, *d.l.non aliter in principio.*

6 Verba ſunt interpretanda ſecundum propriam ſignificationem *Surd. deciſ.* 288.*num.* 27.*Cardoſ.in praxi iudicum,& aduocat.verbo verbum nu.* 6. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo verba* 1.*Melchior Phab.Luſit.deciſ.*77.*nu.*14.*Cardin.Tuſch.tom.*8.*lit.V.concl.*91. Et ſunt ſtrictè, & proprie intelligenda *l.*1. §.*ſi is qui nauem ff.de exercito. actio. l.*3.§.*hæc verba, vbi Bart.ff.de negot.geſt.* Et verba debent intelligi quatenus propria eorum ſignificatio patitur *l. cum lege ff. de teſtam.l.*1.§.*quod autem ff.de aleator.cap.ad audientiam* 12.*de decimis, Cardin.Mantic.de coniecturis vltimar.volunt.lib.*8.*tit.*18.*num.*35. *D.Barb. in l.quia tale num.*37.*ff.ſolut.matrim. Rota Romana apud Farin.deciſ.*352.*num.*1.*tom.*1.*p.*1. vbi aſſerit quod in materia quamtumuis odioſa non receditur à proprietate verborum, ſed lata fit interpretatio, quatenus eorum proprietas patitur. Et verba vbi ſunt clara, ſecundum propriam ſignificationem ſunt intelligenda *d.cap. ad audientiam,& ibi Panorm.notab.*1.*&* 2.*de decimis, Guter.conſ.*5.*num.*12. *P.Sanch.de matrim. lib.*1. *diſp.*17.*num.* 6. Et verba legis, ſeu ſtatuti ſunt proprie intelligenda *l.*1.§.*ſi is qui nauem ff. de exercito.actio.l.*3.§.*hæc verba, & ibi not. Bart. ff.de negot.geſt. Cardoſ.d.verbo verbum.numer.*16. Idem procedit in verbis contractus *Surd.deciſ.* 288.*num.*27. *Mendez à Caſtro in praxi Luſit.lib.* 3.*cap.*15.*nu.*10.

7 Ver-

Digitized by Google

7 Verba debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi *l.librorum, §. quod tamen Caſſius, vbi Bart. ff. de legat.3. l.Labeo ff.de ſupelle. leg. l.cum de lanionis §.item, verſ.optimum ergo ff.de fund.inſtruct. l.cum autem Cod.de donat. ante nupt. Surd.conſ.313.num.87. & conſ.454.num. 18. Cardin.Mantic.de coniecturis vltimar.volunt. lib.3.tit.8.nu.1. Luſit.Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſuris bullæ cænæ cap.2.nu.4. & cap.6. diſp.39. num.3. & cap.7. nu.5.* Nam vulgaris appellatio pro lege habetur *Gonzal.ad reg.8. Cancel.gloſ.11. nu.68. & 69. & gloſ.13. nu.62.* Et verba debent intelligi ſecundum conſuetudinem regionis *Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.cap.78. nu.29.* Et attento iure communi, non ſpeciali *l.fin. C.de his qui ve.æta.impe.*

8 Verba ſecundum communem hominum intellectum ſunt intelligenda *Perez l.2. gloſ.cornudo in princip.tit.9.lib.8.ordin.* Et verba obſcura ſunt reducenda ad communem ſenſum *Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocat. verbo verbum num.8.* Et verborum communis ſenſus, qualitas, & conditio perſonarum attendenda eſt *Socin.reg.536. limit.8. Cou.de ſponſal.p.2.cap.4. §.1.num.2.* Vnde verba intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ, ad quam referuntur *l.plenum §.equitij ff.de vſu, & habitat. l.ex militari ff. de milit.teſta.*

9 Verba debent intelligi ſecundum ſubiectã materiam, & naturam contractus *l. cum pater*

§.donatum ff.de legat.2. l.ſi vno,& ibi Bart.ff.locati,l.ſed & ſi poſſeſſori 11.*§. item ſi iurauero ff. de iur.iur.l.fin. C.de non num. pec. l.cum manu ſata in fin.ff. de contrah. empt.l. damni infecti in princip. ff. de damno infect.l. fluminum §. hæc ſtipulatio ff. eod tit.l. Proculus ff. de vſufr. l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. l. vbi ita donatur ff.de donat. cauſa mortis,l. inſulam ff.de præſcript.verb.l.ſi olei C.locati , cap. conſtitutus de religioſis domibus, cap.ſolitæ de maio.& obed.Euerard.in topic.legal.loco* 46. *Maſcard.de probat.concl.*1131.*num.*20. *Menoch.de præſump.lib.*3.*q.*104.*num.*28. *Surd.deciſ.*2.*num.*13.*& deciſ.*43.*numer.*16.*& de alim.tit.*1.*q.*42.*numer.*24. *& tit.*5.*q.*1.*numer.*26. *Pichard.in diſp. de mora numer.*127.*Cald.Pereira de extinct. emphyt.cap.*1. *numer.*35. *Gonzal.ad reg.*8. *Cancel.gloſ.*48.*numer.* 53.54. *&* 58. *Cardoſ. in praxi iudicum & aduocat. verbo verbum num.*4. *Brunor. à Sole in locis commun.eod. verbo num.*19. *Rota Romana apud Farin. deciſ.*62.*in nouiſſ. & deciſ.*398.*numer.*4.*tom.* 1.*p.*1. *Cardin. Tuſch.tom.*8.*lit.V.concl.*95. *Cardin. Seraphin. Rota Romana deciſ.*121.*numer.*11.*& deciſ.*398.*num.*7.*& deciſ.*541.*numer.*6. Et verba impropriari debent , vt conueniant materiæ, de qua agitur *§. nunc autem admonendis vbi gloſ. in verbo dederint, inſtit. quibus alien. li. vel non.* Et verba quamtumuis præciſa reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam *Flor. vari.q.*24. *nu.*33.

10 Verba debent intelligi cum effectu *l.*1.*§.*

hæc

hæc verba ff.quod quiſque iuris,l.pen.§.docere ff.ne quis eum l.quoties ff.qui ſatiſd.cog.l.4.§.condemnatum ff.de re iudic.l. ſi Barſatoram C. de fideiuſſor. cap. relatum vbi gloſ. de clericis non reſiden. cap. qualiter vbi gloſ.vlt.de pactis,cap.ſi a iudice de appellat. lib.6. Thomas de Thomaſettus reg. 304. Surd.conſ.3.num.25. & conſ.179. num. 49. Ignat. del villar in ſylua reſponſ.reſp.1.nu.25. Luſit. Frat. Anton.à Souſa in relect.de cenſuris bullæ cænæ cap. 4.diſp.26.num.2.& cap.11.num.6.& cap.12. diſp. 63.num.2. Aloyſ.Ricci curia Archiepiſcop.Neapol. deciſ.41.nu.3.p.2.Vgolin.de offic.& poteſt. Epiſcopi cap.56.§.1.num.2. Cardin.Tuſch.tom.8.lit.V.concl.90.Cardoſ.in praxi iudicum, & aduocat. verbo verbum num.5. Franciſ. Galet. in margarita caſuum conſcient. verbo verba. Et voluntas intelligitur cum effectu *l.ſi conſtiterit* vbi *gloſ. ff. fini. regundo.*

11 Verba debent aliquid operari, *l.3.in princip.ff.de iure iur.l.ſi quando 109.ff.de legat.1. l. fin. ff.ne quid in loco publ.cap.ſi Papa in fine de priuileg.lib.ſexto, cap. ſi a iudice, de appellat. eod. lib. Crau.conſil.25.numer.3. Maſcard. de probat.concl. 595.vol.2. Surd.deciſ.64. numer.19. & conſil.127. numer.9.& conſil.218.numer.15. & conſil.270. numer.10.Burg.de Paz.conſ.25.numer.21. Tiraq.de iure conſtit.p.3.limit.30.numer.36. & de retract. conuent.§.1.gloſ.2.numer.24.& num.45.Pichard. ad §.quod ſi fugerit num.15.inſtit.de empt. Guttier. pract.lib.3.q.15.numer.39.Cald.Pereira de renouat.*

Digitized by Google

emphyt.q.11.num.14.Gonzal.ad reg.8.Cancel.§.7. proœm.num.127.Stephan.Gratian.Marchia deciſ. 47. numer.17. & deciſ.106. num.19. Luſit.Benedict. Aegid.in repet.l.ex hoc iure ff.de iuſtit.& iure p.1. cap.8. num.2. Bertazol.de clauſulis inſtrument.clauſula 21.gloſ.14.num.10. & in repetit. l.ſi quis maior.C.de tranſact.num.241. Cardin.Tuſch. tom.8.lit.V.cõcl.85.faciunt quæ Menoch. conſ.378. numer.33. Auil. ad cap.1.Prætr. verbo nilleuaran num.14.pag.mihi 57. Mari. Antonin. vari lib.1. reſol.9. num.4. & reſol.50.num.9.& lib.3. reſolut. 4. num.8. Et verba ita debent intelligi, ne maneant ſine effectu, *l.ſi ſtipulatus fuero ff.de verb. oblig. Menoch.conſil.122.num.48.& conſil.373.nu. 8. Surd.de alim. tit.9. q.16. numer.60. cum ſeqq.* Nam verborum ſubſtantia,& effectus, non ſonus attendi debet *l.inſulam ff.de præſcript. verb. cap.in tantum de ſimon. Surd.deciſ.303.num.5.& conſ.3.numer.26. cum ſeqq & de alim. tit.9.q.16. num.22. Flamin.de reſignat tom.2.lib.8.q.8.numer.134.Pinel.in rub.de reſcind.vendit.par.2.cap. 1.nu.3.in fin. Mari.Antonin.d.lib.1.reſol.1.num.7.* Item vt aliquid operentur, debent potius impropriari, & ad impropriam ſignificationem trahi, quam vt ſint ſuperflua *l.ſi tam anguſti, vbi Angel.ff.de ſeruit l.ſi tibi,vbi Bart.& doct.ff.ſi cert. pet. cap. ſi ſententia de ſentent. excomm. lib. ſexto, Surd.de alim. tit.2. q.1. nu.39. & deciſ.195. num.2. Cald.Pereira de extinct. emphyt. cap.7. numer.33. Brunor. a Sole in locis commun. verbo*

verba

Digitized by Google

verba 3. & 13. Et verba ſunt interpretanda, vt aliquid operentur etiam in diſpenſatione, & in quacunque alia materia ſtricta, & odioſa *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 352. *numer.* 2. *tom.* 1. *p.* 1. Procedit principium hoc in contractibus *l. ſi ſtipulatus ff. de vſur.* & in ſtatutis *l.* 1. *in fi. ff. ad municip.* ac in priuilegijs *d. cap. ſi Papa, Bertazol. in d. l. ſi quis maior num.* 243. *cum duobus ſeqq.* vbi *num.* 246. aſſerit quod verbum etiam minimum aliquid operari debet. Limita tamen cum *Menoch. conſ.* 179. *num.* 20.

12 Verba in dubio accipienda ſunt in propria ſignificatione *l. non aliter, ff. de legat.* 3. *Ioan. Petr. Monet. de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 11. *num.* 100. Et de verbis legis idem reſoluit *Ioſeph. de Seſſe de inhibit. cap.* 4. §. 5. *nu.* 19.

13 Verba dubia in potiori ſignificatu ſunt accipienda, & ſecundum ſenſum grammaticalem *l.* 1. §. *qui in perpetuum ff. ſi ager vectig. l.* 1. §. *ſi is qui nauem ff. de exercitor. act. inſt. de iure natur. gent. & ciuil.* §. *quod ius quidem ciuile in fine,* vbi appellatione iuris indefinite intelligitur de iure ciuili Romanorum propter excellentiam, *cap. pen. de ſentent. excom. Surd. conſ.* 230. *n.* 20. *Menoch. de præſump. lib.* 3. *q.* 39. *à n.* 8. *Card. Manti de coniectur. vltim. volunt. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 6. *Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſuris bullæ cœnæ cap.* 2. *num.* 4. *Benedict. Aegid. in repetit. l. ex hoc iure ff. de inſtit. & iure p.* 1. *cap.* 10. *n.* 37. *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 24. *Cardin. Tuſch.*

Digitized by Google

*tom.8.lit.V.concl.*101. *Barthol. Perett.ad extrauag.ambitioſa de rebus eccleſia non alien.numer.*15. *pag.*92.Et verba dubia , quæ habent varium ſignificatum , debent intelligi in eo ſignificatu qui eſt aptior *l.quoties id ſermo ff.de regul. iuris, Card.Tuſch.d.lit.V.concl.*98.

14 Verba in dubio ſunt interpretanda naturaliter,proprie , & vere; non autem accidentaliter,ciuiliter, & ficte, *l.fin.*C.*de his qui ven.ætat.impet.l.fideicommiſſum ff.de condit.& demon. l.ex ea parte,§.in inſulam,ff.de verb.oblig.l.ſi quis ita §.fin.ff.de legat.*2. *Cardin.Tuſch.tom.*8.*lit.V. concl.*102. *Mari.Antonin.vari.lib.*1.*reſol.*4.*num.* 9.*Franciſc.Galett.in margarita caſuum conſcient. verbo verba , Cardin.Mantica de coniecturis lib.*3. *tit.*4.*num.*13. *Gallin. de verborum ſignificat.lib.*2. *cap.*21.*num.*8.*& lib.*3.*cap.*19.*num.*2. *Nicol.Garcia de benefi.p.*7. *cap.*9. *num.*32. *Tiraq.de iure mariti gloſ.*7.*numer.*14.*& de iure primog.q.*1.*num.*10. *& q.*34. *numer.*17. *& q.*40. *numer.* 134. *& in tract. le mort p.* 3. *declarat.*1. *numer.*1. *Menoch. de præſumpt.lib.*4.*q.*81.*numer.*19. *& conſ.*97. *numer.*86. *Surd.deciſ.*303.*numer.*1.*& conſ.*90.*num.*24. *Cald. Pereira de nominat. emphyt.qu.*13.*numer.*12.*col.*2. *in fine , Cardoſo in praxi iudicum verbo verbum num.*6.

15 Verba in dubio ſunt intelligenda ſimpliciter , & non ſecundum quid, *l.hoc legatum in fine , ff.de legat.*3.*l.*1. §. *ſi quis ſimpliciter , ff.de verbor.oblig. Card. Tuſch. tom.*8.*lit.V. concl.*92.

Et ver-

Et verba ſimpliciter prolata, ad intellectum legum referri debent, *l.*1.C.*de fruct. & lit.expen.* Et verba ſimpliciter prolata intelliguntur de primo actu, *l.dotis promiſſio, ff. de iur.dot.l.boues, §.hoc ſermone, ff. de verborum ſignificat.* notaui ſupra *lit.S.num.7.& lit.D.num.36.*

16 Verba dubia debent intelligi ſecundum naturam rei, cui adijciuntur, *Cardin.Tuſch.tom.8.lit.V.concl.96.* iunctis ſupra notatis *hac eadem lit.numer.9.*

17 Verba in dubio ſunt intelligenda, rebus ſic ſtantibus, *l.quod Seruius, vbi gloſ.in verbo poteſt, ff. de condict. ob cau.l.fin. §. idem quæſijt; ff.de condict.indeb.l. Paulo Callimacho, §.1.ff.de legat.*3.iunctis ſupra notatis *lit.C.num.6 .& lit D.nu.*28. Et verba in dubio potius modaliter, quam conditionaliter intelliguntur, *l.quæro, §.inter locatorem, ff.loca.* Modus enim in dubio potius præſumitur, quam conditio, *Menoc.de præſump. lib.4.q.175.num.15. Molin.de primog.lib.2.cap.12. num.9. Barb.in rub.ff.ſolut. matrim.p.1.num.28. Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap.44.num.17.& cap.136.num.14. Rota Romana apud Farin. deciſ.*362.*num.*1.*in nouiſſ.*

18 Verba in dubio de actu valido ſunt intelligenda, *l.4.§.condemnatum, ff. de re indic.Cardin.Tuſch.tom.8.lit.V.concl.99.& ſeq.*

19 Verba dubia contra proferentem ſunt interpretanda, *l.veteribus* 40.*vbi Bart.ff.de pactis, l.quicquid aſtringendæ, ff.de verbor. obligat.*

l. Labeo, ff. de contrah. empt. l. qui cum, §. fin. ff. de tranſact. l. 2. tit. 33. par. 7. Menoch. conſ. 110. num. 36. & conſ. 179. num. 19. Surd. deciſ. 322. nu. 63. & de alim. tit. 6. q. 1. num. 26. D. Barb. in l. ſi quis intentione ambigua 66. numer. 28. ff. de iudicijs, Mendez à Caſtro iu praxi Luſit. lib. 1. cap. 3. num. 41. Cardoſ. in praxi iudicum, & aduocatorum, verbo verbum num. 9. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. concl. 106. Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. 23. num. 19. Quod licet verum ſit in contractibus, ſecus fit in libellis, *l. inter ſtipulantem, §. ſi Stichum, ff. de verborum oblig. Bald. conſ. 489. num. 3. in fin. Caſtrenſ. conſ. 199. num. 4. lib. 2. Roman. conſ. 136. in princip. Aegid. deciſ. 733. in fin.* Cur autem in iudiciis fiat interpretatio in fauorem proferentis, non verò in contractibus, vide *Cardin. Mantic. de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 2. tit. 4. numer. 99. cum ſeqq. & alios relatos ab Alphan. collect. 248.*

20 Verba ambigua ſunt interpretanda ſecundum ius commune & ſtatuta, *cap. cum dilectus de conſuetud.* Et ſecundum intentionem proferentis, *l. ſi quis intentione ff. de iudiciis.* Et vbicunque verba ſunt ambigua, nec aliter conſtat de voluntate, diſpoſitio vitiatur, *l. in ambiguo, ff. de reb. dub. l. duo ſunt Titij, ff. de teſta. tutel.* Et in delictis debent capi in meliorem, vel mitiorem partem, *l. ſi præſes, & l. pen. ff. de pæn. l. hac enim cauſa, in princip. ff. de ſuſpect. tuto.*

21 Ver-

21 Verba vniuerſalia omnia includunt, quia qui omne dicit, nihil excludit, *l. Iulianus, ff. de legat. 3. Cardin. Tuſch. tom. 8. lit. V. concl.* 121. Et notatum eſt ſupra *lit. O. num.* 4. Reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam, *l.* 3. § *ſi quis hæredi, ff. de ſtatuliber. Rota Romana apud Farin. deciſ.* 542. *num.* 4. *tom.* 2. *p.* 1. Reſtringuntur etiam ne abſurdi, aut iniqui quicquam ſequatur; *l. vt gradatim, § ſed ſi lege, ff. de muner. & honor. Mari. Antonin. vari. lib.* 2. *reſol.* 40. *num.* 11. & 18. vbi *num.* 12. & 19. aſſerit, quod reſtringuntur ad id, quod eſt æquum, & ne quis indebitè damnum pati valeat, vel ad alium lucrum perueniat indebitè cum iactura alterius.

22 Verba generalia generaliter ſunt intelligenda, *l.* 1. § *quod autem, ff. de aleator. l. in fraudem, & ibi Bald. ff. de teſtam. milit. l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrban. præd. l. regula, § vlt. ff. de iur. & facti ign. l. fin. in fin. C. de dotis promiſſ. l. ſi finita, § de cæteris, ff. de damn. infec l.* 1. § *generaliter, ff. de legat. præſtan. Afflict. deciſ.* 319. *nu.* 3. *Tiraquel. in l. ſi vnquam in princip. nu.* 118. *C. de reuocandis donat. Thomas de Thomaſettis regul.* 131. *Surd. deciſ.* 122. *num.* 1. *Oied. de beneficiorum incompatibilit. p.* 1. *cap.* 14. *num.* 20. *Burg. de Paz conſ.* 17. *num.* 2. *Valaſc. conſ.* 113. *nu.* 21. *Surd. conſil.* 271. *numer.* 28. *Ioan. Franc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 2. *cap.* 6. *numer.* 70. *Portoles in tract. de conſortibus, & fideicommiſſo legali cap.* 6. *numer.* 16. *Aloyſ. Ricci. deciſ. curiæ*

Digitized by Google

Archiepiſcop. Neapol. deciſ.286. num.5. p. 2. & in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.419.nu.1.& deciſ. 605. num.2. in 1. edit. & reſol.356.& 529.in 2.edit. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.3.q.87.num.16. Mari. Antonin.vari. lib.1. reſol.42.nu.3.Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.16.nu.18. infinitos refert *Farin.p.4.conſ.65.in addit. lit.G.* quibus adde *Cardin. Tuſch.tom.8.lit.V.concl.122.* Amplia etiam in conſtitutione odioſa, pænali, & correctoria, *Rota Romana apud Farin.deciſ.41.n.19. & ſeq.tom.1.p.1.* Et verba generalia reſtringuntur ad ſuas cauſas, *Flamin.de reſignat.lib.9.q.17. num.94.* Et habent vim ſpecialis expreſſionis, *Guter.conſ.5.num.4.Gonzal.ad reg.8.Cancel gloſ. 9.num.23.cum ſeqq.* Et verba quantumuis generalia, debent reſtringi ad rationem, & cauſam propter quam fuerunt prolata, & intelligenda ſunt ſecundum ea, quæ præcedunt, *l.non eſt nouum, ff.de legi.l.hæres meus, §.1. ff. de leg.1. Menoch. conſil.496. num.54. Surd. conſ.431. numero 12.*

23 Verba generalia reſtringuntur ad habilia, *l.at gradatim in princip. ff. de muner. & honor.l.1.in princip.* C.*de ſacroſanct.eccleſ. Menoch. de adipiſc.poſſeſſ.remed.4.num.755.& de retin.poſſeß. remed.1.num.38. Surd.deciſ.112.num.2.Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.3.q.85.nu.61.* faciunt, quæ *Hyppol.conſ.80. num.46.vol.1. Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.1.num.57.* Vbi autem agitur de fauore publicæ vtilitatis, verba

gene-

generalia non reſtringuntur ad habilitatem, *l. ſi quis in graui, §. vtrum, vbi Bart. ff. ad Syllani.*

24 Verba generalia non includunt caſus inſolitos, de quibus non eſt veroſimiliter cogitatum, *Flor. vari. q.* 24. *num.* 33. vbi etiam aſſerit, quod verba generalia non extéduntur ad ſpeciales cauſas, res, vel perſonas. Et verba quantumcunque generalia non extenduntur ad incogitata, *l. cum Aquiliana, ff. de tranſact. cap. ne quis vbi gloſ. vlt.* 22. *q.* 2.

25 Verbum generale reſtringitur per verbum ſpeciale ei adiunctum, *Hieron. Portol. de conſortibus, & fideicom. legali cap.* 6. *num.* 14. Et verba generaliter prolata ex adiuncto interpretationem accipiunt, *l. ſed ſi adijciatur* 13. *& ibi gloſ. ff. pro ſocio*, cum aliis pluribus, quæ recenſet, *Surd. conſ.* 34. *num.* 39. *& conſ.* 315. *numer.* 26. Et verba generalia reſtringi debent, vt omnis abſurditas euitetur, *l. ſcire oportet, §. aliud ff. de excuſat. tuto. l.* 1. *ff. ne quid in lo. ſac.* Et reſtringuntur ex veroſimili mente diſponentis, *l. Lucius* 2. *§. Lucius* 2. *ff. de legat.* 2. *l. creditor, §. Lucius ff. mand.* Et reſtringuntur ad conſonum intellectum, *d. l.* 1. *§. quod ait, ff. ne quid in lo. ſac.*

26 Verba generalia reſcriptorum reſtringuntur ſecundum ius commune, *Garc. Girond. de priuilegiorum ſeu exemptionum explicat. n.* 275. vbi *nu.* 276. idem aſſerit de verbis generalibus

ſtatutorum. Et verbis generalibus non veniunt Principi reſeruata, *Girend. numer.* 724. vbi proximè.

geten auffrühriſchen Weſen / in Leibes vnd Lebens Gefahr geſtanden / vnnd alſo der Amptsnachläſſigkeit halber nicht in mora vnd culpa geweſen / So wil es auch der Rath darfür achten / ſo viel jhre Marckfreyheit anreichen thut / daß die angezogene Privilegia / welche fürnemlich der Straſſen ſicherheit / darauff die Handels Leute zu vnd von den Märckten reyſen / vnd die Kauffmannsgütter geführet vnd getrieben werden / belangen / vnnd von deme was in der Statt Leipzig / dem frembden Manne begegnet gar nichts melden / oder in ſich halten / wie ſolches auß den Buchſtaben vnd Context derſelben Klage erſcheinet / vñ den hochlöblichen Keyſern / bey außgebung berührter Privilegien niemals in Sinn / noch Gedancken kommen / daß ſich dergleichen Fälle / wie jetzo geſchehen / zutragen ſolten / derowegen ſie auch hiervon in erwehneten Privilegien nichts diſponiret. Vnd es were ſonſten für ſich ſelbſt der Vernunfft vnehnlich / daß die Begnadungen vnnd Freyheiten / welche der Statt Leipzig zum beſten gemeinet / dem Rathe zum nachtheil / vber den klaren Buchſtaben / vnd der hochlöblichen Keyſer intent vnd meynungen angezogen vnd verſtanden werden ſolten. Ob ſich auch wol der Rath erinnert vnd deſſen berichten laſſen / was in ſolchen Fällen / nach den gemeinē Rechten geurteilet wird / welche wöllen / daß die ſo in den Wirtshäuſern einen Verluſt leiden / ſich an dem Thäter /

ter / wo ferne derſelbe gewiß / oder da derſelbige vngewiß / vnd der Wirt im Hauſe oder ſein Geſind daran ſchuld hat / ſich an den Wirt halten / vnnd als dann erſt an die Gerichts Herrn deß Orts / welche den Schaden abwenden vnd verkommen mügen / vnnd ſolches nicht gethan haben in ſubſidium, wann der Wirt den Schaden nicht zu zahlen / kommen mügen.

Dieweil aber dennoch / dieſes gantze Vnweſen vnnd Vnheil / auß obangezogenen Vmbſtänden / von dem Wirt Weinhauſen / fürnemlichen ſich entſponnen / vnd von jhme vnd auß ſeinem Hauſe herkömmet / er auch hierzu nicht wenig Vrſache gegeben / vnd in culpa geweſen: So ſolte er Weinhauſen / ſeines ſuchens halber vber einen Erbarn Rath / wenig beyfal haben / ja er ſolte auch nicht vnbillich ſeinen Gäſten den frembden Handelsleuten jhren Schaden zugelten ſchüldig ſeyn: Es würden auch die Handelsleute die von jhnen angegebene noch mangelnde Stücke jhrer Wahren vnnd erlittenen Schadens vnd vorluſts / auff alle fälle anderer geſtalt / deñ durch das bloſſe Jurament, zuerweiſen vnd beyzubringen / ſchüldig ſeyn.

Dann es könnten wol darunter allerley alte vorlegene / vntüchtige oder ſolche Wahren geweſen ſeyn / welche jetziger zeit / vnd dieſer Orter nicht zuvertreiben oder zuvorhandeln ſeyn können / oder auch von jhnen in einem vnbillichen werth angegeben werden. Was maſſen vnd womit

mit nun / ein Erbar Rath nach gelegenheit diß-
fals ſich gegen Adolffen Weinhauſen/ ſo wol
auch gegen den Handelsleuten/jhrer forderungē
vnd zuſprüche halber / zuſchützen vnnd ſie abzu-
weiſen / oder wie ſonſten dieſer Sachen/zu eines
Erbarn Raths Glimpff / vnd zu befórderung
der Gewerb vnd Commercien / am füglichſten
abzuhelffen/ vnd was darinnen weiter zuſuchen
vnnd fürzunemen ſeyn móchte: Hierüber wird
deß Herꝛn / Rathſames / ſchrifftliches
Bedencken geſuchet vnd ge-
betten.

FACTI

Digitized by Google

FACTI SPECIES EX GERMANICO LATINÉ REDDITA.

POSTEAQUAM SUB FINEM *nundinarum Paſchalium, in ſeptimana ſolutionum ut vocant, D. Huberus Profeſſor VVittenbergenſis á quibuſdam Helvetiis, hic Lipſiæ literis operam dantibus, & Adolphi VVeinhuſii convictoribus, in ipſius VVeinhuſii ædes ad Cœnam invitatus fuerat, cui convivio etiam alii plures interfuêre, & inter cœnandum ab ipſo hoſpite variæ diſputationes de libro Concordiæ & aliis rebus motæ eſſent, quibus tandem Huberus non tantúm iracundé diſputando, ſed etiam verbis & affectibus gravioribus tum á VVeinhuſio hoſpite, tum etiam Johanne Mullero & aliis malé exceptus & tractatus perhibetur. Ob quam rem Huberus coram Senatu graviſſimé conqueſtus, etiam aliquot teſtes productos ea de re examinari & audiri petiit, nihil tamen tum temporis á Senatu amplius præter copiam atteſtationum ſeu depoſitionis teſtium poſtulavit, quæ ne ſine certo mandato daretur, ipſi fuit recuſata. Cúm veró iſtud procul dubio, per dictum Huberum, aliquot ſtudioſis eſſet indicatum, innotuiſſetq; VVeinhuſius veró jam antea propter Calviniſmum, & quod intra ſuos parietes, ſpretis multis & ſeriis ea de re ad ipſum factis admonitionibus, clandeſtina conventicula ageret, unde toti civitati & omnibus valdé ſuſpectus & inviſus factus fuerat, decimo nono*

Maji

Digitized by Google

Maji mané ad angulum Euſtachii Mulleri in platea vulgó die Reichſtraſſen : Item ad angulum Laurentii Finckeltauſen ſchedulæ affixæ ſunt, quarum hæc erat ſumma: ut ne illi cives qui genuini (Geborne) Lutherani, ſeu ut in alia ſchedula erat, qui boni Lutherani eſſent, manum moverent, dum ſtudioſi, cuidam Calviniſtæ in foro ædes eſſen expugnaturi.

Poſt hæc ſubſecutum etiam eſt, ut eodem die ſub crepuſculum veſpertinum ſtudioſi frequentes in foro, quibus etiam cerdonum & opificum manipulus ſeſe aggregavit, convenirent, & tandem feneſtras in illo furore perſringendo & lapidibus exturbando, VVeinhuſii ædes oppugnare inciperent, ita tamen, ut cæteræ res domo contentæ ſalvæ & illæſæ manſerint. Etſi veró vigilum manus roborata, cupparum cereviſiariarũ bajuli apparitoribus reliquisque publicis Senatus miniſtris adjuncti, triginta etiam jurati cives & ex pellionum, ſartorum & ſutorum tribubus ad fores curiæ diſpoſiti fuêre, qui rebus ſic poſtulantibus et ſi quid ſtudioſi violenter & de facto tentaturi fuiſſent, reſiſterent, & repellerent, ſicuti etiam iſtum manipulum repellere conati ſunt, verúm iſti nullo modo á propoſito dimoveri ſeſe paſſi ſunt, ſed magis contrá arma ſumẽtes ipſos vigiles in fugam verterunt: quo factum eſt, ut quidam è vigilum numero, tormentũ ſuum in aërẽ (non autem in ædes VVeinhuſii) ad ipſos turbatores abſterrendos, diſploſerit. Etſi veró, ut ſupra dictum, ædes VVeinhuſii præter feneſtrarum jacturã, nihil damni tum paſſæ ſunt: nihilominus tamen ii qui intra ædes fuerunt, in eos qui erant foris, tormentis & qui-

dem diſſectis globulis, quibus etiam aliqui lethaliter læſi fuerunt, aliquoties fulminarunt. Quo ipſo tandem caterva turbatorum in foro & ante fores ita provocata & exacerbata fuit, ut magis magisque in furorem verſa, ſævierit atrocius, neque quisquam eos coërcere potuerit. A mane ſequentis diei hæc hominum colluvies iterum confluxit, & denuó ædes oppugnare cœpit, tandémque foribus effractis, in ædes irruens omnia confregit & vaſtavit, & in plateam forâs ejecit; cum quibus etiam nonnullorum Mercatorum, qui merces ſuas in ejus ædibus & fornicibus depoſitas habēbant, merces illæ direptæ & ablatæ fuerunt, quæ tamen poſtea ex parte in dicaſteria relata & reſtituta ſunt.

Quanquam autem in iſta redintegrata ſeditione et oppugnatione ædium, cives campanæ pulſu ad reſiſtendum furori, convocati & admoniti ſunt, eámque ob cauſam etiam de conſilio & mandato tum temporis præſentium Dominorum conſiliariorum electoraliū, in ipſam curiam accerſiti, & graviſſimæ adhortationes comminationésque & cum his etiam antea publicata ſeveriſſima edicta principum Electorum, propoſita & in animum revocata fuerunt: nihil tamen illa omnia iſtos commoverunt, ſed potius iſtud illi pertinaciter urſerunt, ut in continenti nonnulli, quorum nomina ſcripto exhibebant et qui ipſis de Calviniſmo ſuſpecti erāt, civitate expellerentur, tum ſe morigeros et ad reſiſtendū paratos futuros eſſe. Interea iſti ut cœperant tumultuādo & oppugnādo progreſſi ſunt, et hoc magnū malum ſecutū, ut etiā ipſe Senatus in hoc ſeditioſo et periculoſiſſimo tumultu vitæ periculū ſuſtinuerit, et huic temerario

rario conatui, præter expectationē ob negatā á civibus obdientiam & auxiliū, reſiſtere non potuerit, ipſiq́ꝫ Senatui hac in re nulla officii negligētia ſeu intermiſſio imputari poſſit. Nihilominus tamē Adolphus VVeinhuſius, licet hoc totū turbulentum & ſeditioſum malū, pro qualitate ſupra-dictarū circumſtantiarū ab ipſo et ex ipſius ædibus initiū et originē traxerit, á Senatu jacturæ et damni perpeſſi reſtitutionē petit, ſub hoc prætextu, quod ſibi ut civi, qui Magiſtratui ſuo obedientiā debitā nunquam negaſſet, ſua onera quoqꝫ civilia ſuſtinuiſſet, tributa et cenſus nunquā non prompté exolviſſet, defēſio & patrociniū præſtari debuerit; ſiquidem ex legum præſcripto, Magiſtratus, cui cenſus et tributa ſolvuntur, quēlibet contra vim injuſtā defendere & tueri teneatur; & ſi quid alicui per vim ereptū ſit, ꝙ Magiſtratus propulſare potuerit, nec tamē propulſaverit, huic ipſi reſtitutionē debeat. Quapropter integri ſui damni perpeſſi reparationē ac reſtitutionē poſtulat, & ut domus ſua ſicuti anteaeā poſſederat denuó reſtauretur et reficiatur, ipſe etiā in priſtinam poſſeſſionem & quidē plenarié immittatur et reſtituatur. Quia etiam quorundam Mercatorum extraneorum merces in dicti VVeinhuſii ædibus relictæ, & in cuppis faſcibúsqꝫ colligatæ, in hoc furore reſolutæ diſſipatæq́ꝫ perhibentur, ideo ipſi Mercatores eodē prorſus modo & fundamēto Emendā, redditionem, reparationē & reſtitutionem damni dati á Senatu communitatéqꝫ Lipſenſi petere volunt, atqꝫ ita de damno infecto, lucro ceſſante, & damno emergente, uná cum omni intereſſe, & quicquid ipſi in poſterum damni in mercatura ſua percepturi eſſent, ſicque de non

perceptis & non percipiendis jam & in poſterum actionem contra Senatum intendere, civitatis Lipſenſis privilegia juríſque, communis diſpoſitionem allegantes omniáque in ejuſmodi caſibus competentia juris remedia ſibi reſervantes. Siquidem ipſi ut negotiatores, Imperio Romano, electoribus, principibus, provinciis, & civitatibus ratione commerciorum & mercium debita vectigalia ſolvere cogerētur, ſequi ut uná cum ſuis ſacultatibus, in debitum patrocinium & tutelam etiam ſuſcipiantur, adeó ut ſi qua præter expectationem injuria & damno afficiantur illius recompenſationem ab illis qui indulſiſſent, nec propulſaſſent de jure æquiſſimo repetere poſſint. Cúm ut ſupra dictum, Senatum ut Magiſtratum hujus loci, hoc malum antevertere, tumultum temere & aliquoties excitatum ſedare, merces & alia à vi injuſta & temerario auſu, in civitate ſua munita, tuēri & defendere, idque ad jurium nundinalium, Cæſareorum, regiorum, electoralium & principalium privilegiorum, conſervationem omninó decuerit & oportuerit.

At-enim ſpectabilis & ampliſſimus Senatus in hoc improviſo caſu et excitato malo, fecit quicquid ad ejus averſionem facere potuit, ut in ſolis civibus qui jubenti & adhortanti Senatui obedientiam & auxilium negarunt, omnis culpa hæreat. Senatus enim & ejus miniſtri ſoli huic violentiæ & temeritati neque reſiſtere neque defenſionem reniti potuerunt, cum ipſi in iſtis turbis vitæ periculum ſuſtinuerint, nec propter negligentiam officii, in mora & culpa fuerint. Quod autem immunitates & jura nundinalia attinet, eſt

Senatus

Senatus in ea opinione, allegata privilegia, quæ principaliter viarum ſecuritatem ſpectant, in quibus mercatores hinc inde commeant, merces item importantur & vehuntur, nihil de iis ſtatuere aut continere quæ intra civitatem Lipſenſem peregrinis accidunt: Id quod ex litera & contextu privilegiorum liquidiſſimé patet, neque laudatiſſimis Imperatoribus cúm illa darent privilegia, tales caſus qualis hic eſt, contingere poſſe, nunquam in mentem venit, quamobrem etiam in dictis privilegiis hac de re nihil diſpoſuerunt. Eſſet etiam per ſeſe valde abſurdum, iniquum & rationi diſſentaneum, privilegia & immunitates in gratiam civitatis Lipſenſis olim datas, nunc in fraudem Senatus, contra expreſſum earundem tenorem & laudatiſſimorum Imperatorum intentionem & ſenſum, allegare atque interpretari.

Etſi autem Senatus facilé intelligit, & in eo ſe informari paſſus eſt, quid in ejuſmodi caſibus ſecundúm jura communia judicetur, quæ ſtatuunt, ut illi, qui in diverſoriis damnum patiuntur, contra autorem, modó ſit certus; ſin minus, & hoſpes ſive ejus domeſtici in cauſa ſint, contra hoſpitem actionem inſtituant, tandem veró Magiſtratui & Domino ejus loci, qui damnum propulſare potuiſſent, nec propulſaſſent, in ſubſidium, ſi hoſpes damnum reſarcire non poſſit, litem intendant. Attamen cum totum hoc malum & omnis calamitas ex ſupra indicatis circumſtantiis ab hoſpite VVeinhuſio principaliter originē traxerit, & ab ipſo & ex ejus ædibus, exorta ſit, ipſe etiam non levē cauſam dederit, & in culpa fuerit, tāto minus VVeinhu-

ſio contra Senatum actio dabitur. Imó ipſe merito ſuis hoſpitibus, peregrinis negotiatoribus omne damnum ſarcire tenebitur.

Mercatores etiam indicatas ereptáſq; merces et damnum datũ longé alia ratione quám ſolo juramento, docere & probare tenebuntur. Fieri enim potuit ut in illis exoleta & inutiles aut tales merces extiterint, quæ hoc tempore & in hoc loco non vendibiles & nullius pretii, aut iniquo pretio æſtimatæ ſint.

Quo jure ergo & quibus mediis Senatus ſpectabilis & ampliſsimus pro qualitate hujus facti contra Adolphi VVeinhuſii & ejus hoſpitum negotiatorum inſtitutam & deinceps inſtituẽdam actionem ſeſe tueri, ipſam autem ratione elidere poſsit, aut quacunque ratione hoc negotium ſine fraude & damno Senatus ad commercia, mercaturáſque eó magis promovendas commodé dirimi & componi debeat, quid præterea in eo agendum videatur, de eo Domini D. Panſemanni prudens conſilium & reſponſum requiritur.

I. QUÆ-

I. QUÆSTIO, EIUSQUE RESOLUTIO ET DECISIO.

An Magiſtratus Mercatoribus, in ipſius territorio diſpoliatis ad reparationem damni de iure ſit obſtrictus?

SVMMARIA.

1. *Dominus territorii, villa, & communitates tenentur ad defenſionem loci.*
2. *Publicé intereſt, ut pacata & quieta reddatur provincia.*
3. *A Magiſtratibus & provinciis omnia tutiſsima reddenda.*
4. *Dominus loci tenetur viatoribus præſtare ſalvum conductum: Et ad cuſtodiam & damni reparationẽ tenetur.*
5. *Publicé utile eſt ſine metu & periculo per itinera poſſe commeare.*
6. *Securitas viatoribus de iure publico attributa.*
7. *Gens petenda bello, quæ vindicare neglexit, quæ á ſuis improbé facta ſunt.*
8. *Pœna graviſsima ſtatuta in eos, qui deprædationes tolerant.*
9. *Actio ſecuritatis violata, eſt publica, ideóque & popularis.*
10. *Dominus qui vectigal percipit arctiús ad defenſionem loci adſtringitur.*
11. *Privatis licitum eſt, accipere quid pro alterius defenſione:*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſenſione: Quod olim dominis territorii non licebat.

12. *Dominis loci hodie conceſſum Vectigalia percipere.*

13. *Dominus pro damno tenetur etiam ab extraneis dato.*

14. *Scientia quandoque obligat quem ex delicto absque mandato.*

15. *Vectigal percipiens, videtur ſe tacitè adſtringere pro ſecuritate & obligatur ex quaſi delicto.*

16. *Vectigal ſolvens pro Repſſaliis non capiendus, nec etiam tempore Nundinarum.*

17. *Mercedem ſive rem accipiens, ut aliquid faciat, ſi nō fiat obligatur ad intereſſe.*

18. *Vectigal pro ſecuritate & damno dato impendendum.*

19. *Vectigal ſolvens nihil adeo neceſſarium exigit, quàm quod à prædonibus non expolietur.*

20. *Deprædato magis favetur quàm dominis.*

21. *Damnum præſtatur in contractu locationis. Item in contractu innominato.*

22. *Magiſtratus ratione officii præſtat exactiſſimam diligentiam & culpam leviſſimam.*

23. *Plura vincula plus ligant.*

24. *Remp. nihil magis conſervat, quàm fidem datam ſervare.*

25. *Sub cuſtodiam rem recipiens videtur ſalvam fore ſpopondiſſe.*

26. *Tutus eſſe non dicitur qui ex moribus loci tutus non eſt.*

27. *Nundinæ terram impinguant.*

28. *Incommodum pro vicinis ferendum.*

29. *Securitas dicitur ligitimum præſidium.*

30. *Adminiſtrator quilibet tenetur de neglectis & levi culpa.*

31. *Procurator tenetur de leviſſima culpa propter tacitam aſſertionem induſtriæ, ſuſcipientis mandatum.*

32. *Culpa eſt omne reprehenſibile in publicis adminiſtrationibus.*

33. In

Digitized by Google

33. *In culpa eſt qui non adhibet competentia remedia.*

34. *Culpa arguitur qui non exequitur quod exequi debet.*

35. *Principia & media non impediens, cenſetur permittere finem.*

36. *In culpa eſt qui differt exequi.*

37. *Debitor moroſus tenetur præſtare damnum.*

38. *Mora cuilibet ſua ſibi nociua.*

39. *Culpa eſt non præuidere, non facere, omittere, quæ alius diligens præuidet, facit, non omittit.*

40. *Non faciens ea, quæ debet, cenſetur feciſſe contra ea quæ facere debuit.*

41. *Culpa adſcribitur, qui non diligenter inquirit.*

42. *Culpa eſt non inquirere quod alii inquirunt.*

43. *Boni Regis eſt, ſeditionibus & tumultibus popularibus reſiſtere.*

44. *Magiſtratus qui tardus eſt in prouidendo, tenetur ad intereſſe,*

45. *Periculum quo maius, eò maior requiritur ſolertia.*

46. *Et maior quoque cuſtodia.*

47. *Reſiſtendum non cedendum eſt.*

48. *Negligentia in officio dicitur peccatum mortale.*

49. *Culpa inferiorum referuntur ad deſides rectores.*

50. *Negligens punire, dicitur fautor delinquentis.*

51. *Conſentire dicitur, qui non obuiat peruerſis, cùm poſſit.*

52. *Societatis etiam occultæ ſcrupulo non caret.*

53. *Diſſimulatio animi ex coniecturis probatur.*

54. *Superior territorii, ratione deprædationis etiã ignorans obligatur.*

55. *Ignorantia in rebus, quæ alicuius curæ ſunt commiſſæ non toleratur.*

56. *Ex magiſtratibus quilibet ob negligentiam obligatur in ſolidum.*

57. *Delictum Domini non conuertendum in detrimentum Reipub.*

58. *Adminiſtratores civitatis, repræſentant totam civitatem quando utiliter agunt.*

59. *Adminiſtratores habent hoc vinculum, ut quod maior pars effecerit perinde ſit ac ſi omnes egerint.*

60. *Ex Magiſtratibus non conſentientes, non tenentur.*

61. *Superior tenetur pro culpa Officialis.*

62. *Superior tenetur ex quaſi maleficio, ratione Officialis delinquentis.*

63. *Princeps non præſumitur abuti Regalibus.*

64. *Dominus tenetur ad ſarciendum damnum, quod ab eius ſtipendiariis eſt factum.*

65. *Rex habet reditus regni, ut iuſtitiam faciat ſuis ſtipendiis.*

66. *Civitas Principi ſubdita, non poteſt ſecuritatem concedere.*

67. *Nauta, caupo atque ſtabularius tenentur periculum rei immiſſæ ſuſcipere, etſi expreſſè conventum non ſit.*

68. *Violentia & rapina in iure ſunt exoſæ.*

69. *Damnum videns dare tenetur reſiſtere.*

70. *Civitas dicitur delinquere eo ipſo, quod tolerat quæ illicitè perpetrantur, ne delicti particeps reddatur.*

71. *Communitas ut teneatur, requiritur convocatio: Niſi delictum habeat cauſam ſucceſſivam.*

72. *Delinquere dicuntur, ſi eis approbantibus delictum ſit factum ab iis qui ſunt ex eorum corpore.*

73. *Ad delictum habẽs cauſam ſucceſſivam non requiritur convocatio communitatis.*

74. *Cõmunitas ut obligetur ſufficit factũ maioris partis.*

75. *Communitas tenetur & obligatur, quando deprædatio facta eſt in loco eminenti & publico.*

76. *Communitas ſi quid fecit, ſi non fecit, prout facere debuit, & ita minus benè ad damnum obligatur.*

77. *Ex communitate qui contradixerunt non tenentur.*

78. *Communitas videndo & ridendo, nec debito modo incendio opem ferendo, obligatur.*

79. *Omne*

Digitized by Google

79. *Omne malefactum cenſetur pravé factum.*

80. *Delictum quãdo commiſſum in finibus duarum villarum & utraque neglexit obviare, utraque de damno tenetur.*

81. *Communitas quæ tenetur malefactores capere, ſi non capit, non liberatur quamvis ex alia cauſa ſint capti.*

82. *Communitas tenetur damnum datum ab hoſtibus reparare, licet damnum ſit datum á perſona incerta.*

83. *Senatus obligat communitatem pro ſecuritate Nundinarum.*

84. *Ex delicto ſive odio alterius neminem prægravandum.*

85. *Pœna ſuos autores teneat.*

86. *Culpa ubi non eſt ibi non debet eſſe pœna.*

87. *Statutum non valet quo inducitur patrem ob delictum filii cadere de feudo.*

88. *Statutum non valet ſi unus ex villa non ſit ſolvendo quod ab aliis de villa ſit exigendum.*

89. *Pactum inter conſortes nõ valet, ſi quis ex iis de maleficio condemnetur ut omnes pro eo contribuere teneantur.*

90. *Dominus non tenetur pro delicto ſubditi nec civitas pro delicto ſui civis.*

91. *Alteri per alterum non debet iniqua cõditio inferri.*

92. *Statuta quibus quis pro delicto alterius obligatur, dicuntur odioſa, iniuſta, iniqua & contra ius divinũ.*

93. *Statuta quibus quis pro alio punitur, ſunt reſtringenda, nec ad delicta quæ clam fiunt vel de noctu extendenda.*

94. *Mandatum requiritur ad hoc ut quis de delicto alterius teneatur vel ratificatio.*

95. *Facti quæ ſunt non præſumuntur.*

96. *Domini territorii tenetur de damno dato, ſi factum ſit iis ſcientibus & prohibere valentibus.*

97. Igno-

Digitized by Google

97. *Ignorans quid omittere non dicitur, nec etiam delinquere aut eſſe in culpa.*

98. *Scire dicitur qui ſcit & prohibere poteſt.*

99. *Domini terrarum tenētur vel reſarcire damnum vel exhibere delinquentes.*

100. *Domini qui habent poteſtatem exhibendi, liberantur.*

101. *Magiſtratus qui convenitur de delicto alterius tenetur tantum in ſubſidium.*

102. *Ordinarium facit ceſſare extraordinarium.*

103. *Quoties quis ex delicto alterius obligatur, intelligēdum eſt niſi ſubſit cauſa excuſationis.*

104. *Ad negligentiam convincendam non ſufficit probare quod non fecit, ſed quod facere potuit & non fecit.*

105. *Magiſtratus qui malefactores non cepit propter inſufficientiam non tenetur.*

106. *Multitudo reſiſtentium excuſat à culpa & delicto.*

107. *Domini territorii excuſantur malefactore non capto ad confinia, qui ſtatim ad alterius diſtrictum tranſivit, vel ſe contulerit ad aliquam munitionem quod capi non potuerit.*

108. *Vbi princeps ibi ſecuritas.*

109. *Faciens quantum in ſe eſt, excuſatur à culpa.*

110. *Nemo ſuæ ſaluti alienam anteponere tenetur.*

111. *Potentia à lege requiſita intelligitur, ſi commodè & ſine ſcandalo fieri poſſit.*

112. *Aſſerens poteſtatem prohibendi affuiſſe, probare tenetur.*

113. *Prohibere non potens, niſi rogando dicitur culpa carere.*

114. *In officialibus bona fides præſumitur.*

115. *Officialis magis præſumitur bona quam mala mente quid feciſſe vel omiſiſſe.*

116. *In officialibus diligentia, cura & ſolicitudo præſumitur.*

117. Di-

Digitized by Google

117. *Diligens quilibet præſumitur.*
118. *Diligentia probatur accurſione et acclamatione.*
119. *Allegantí quid contra præſumtionem iuris, probatio incumbit.*
120. *Probationes pleniores requiruntur contra eum qui conuenitur ex alterius delicto,*
121. *Impoſſibile à iure non exigitur nec leges & ſtatuta ad id accõmodantur, aliâs eſſet diabolica & horrẽda.*
122. *Negligentiam alterius in eo quod potuit per alium gerere probaturus, probare debet, quod erat facile factu, alteri committere.*
123. *Diligentia probatur ſi quis fecit quod alioqui in ſimilibus caſibus facere conſuetus erat, & quæ alii facere vel omittere ſolebant: vel qui fecit quod multi facere ſolent, vel quod erat faciendum ſecundùm opinionem multorum.*
124. *Animus præcedens colligitur ex actibus ſubſequentibus.*
125. *Arbitrio boni viri factum, cenſetur diligenter factũ.*
126. *Habitus detentus diu retentus, non præſumitur depoſitus.*
127. *Ex delicto quocunque ciuiliter ad damnum, et criminalter ad pœnam agi poteſt.*
128. *Conſtitutione Electorali is qui corporaliter punitur non emendat damnum.*
129. *Actio criminalis & ciuilis quando tendunt ad vindictam, tunc una tollitur per alteram.*
130. *Omittẽs, nullum commodum inde ſentiens, nõ præſumitur dolo egiſſe.*
131. *Omiſſum bona fide pœnam non meretur.*
132. *Quod fit fide bona benè fieri dicitur.*
133. *Culpa leviſſima quæ in omittendo conſiſtit non eſt conſiderabilis.*
134. *Argumentum à delicto in committendo ad delictũ in omittendo non procedit.*
135. *Diligentia probatur per inſecutionem latronum faciendo*

ciendo rumorem pulſando campanas.

136. *Depoſitarius non tenetur de rapina & furto etiãſi pro cuſtodia mercedem acceperit.*

137. *Cuſtos non tenetur de damno dato in re cuſtodita, quando eidem negligentia imputari non poteſt.*

138. *Caſus fortuitus non præſtatur in contractu locationis & conductionis.*

139. *Inter caſus fortuitos referuntur damna fatalia aggreſſorum & latronum.*

140. *Caſum fortuitum præſtans, non præſtat inſolitum.*

141. *Caſus inſolitus eſt qui communiter evenire non ſolet, vel qui in centum annis non ſemel contigit vel in annis 40.*

142. *Delictis obviandum non indulgendum.*

143. *Nemo cum damno alterius locupletari debet.*

144. *In dubio iudicandum pro reis, etiãſi iura actoris in aliquo excederent,*

145. *In dubio delictum & pœna, evitanda.*

146. *Melius nocentem impunitum relinquere quám innocentem condemnare.*

147. *Qualitatis natura eſt ut reſtringat ſubiectum cui adiicitur.*

148. *Magiſtratus non tenetur de delictis ſine culpa.*

149. *Verba privilegii quando aliquid non dicunt, nec nos dicere debemus.*

150. *Caſus unius incluſio dicitur alterius excluſio.*

151. *Dominus non tenetur deprædato extra itinera ſolita.*

152. *Cauſa limitata producit effectum limitatum.*

153. *In favorem alicuius introducta nõ debent in eius odium retorqueri.*

154. *Ordinaria via iuſtitiæ exiſtente, ad extraordinarium non tranſeundum.*

155 *Culpa & negligentia non præſumuntur ſed probanda.*

156. Cul-

Digitized by Google

156. Culpa certa & limitata probanda, nec ſufficit in genere probare.

157. Negligentia eſt privatio diligentiæ & omnis privatio eſt negatio.

158. Negativa loco & tempore adſtringenda.

159. Magiſtratus obligatus ad quid faciendum, interpellari debet.

160. Communitas non tenetur de delicto niſi communicato conſilio & præcedente deliberatione ad delinquẽdum fuerit proceſſum.

161. in pœnalibus liquida debet eſſe probatio.

162. Delictum nemo tenetur patefacere.

163. Damni cauſam dans, ferre id debet.

164. Dominum territorii teneri de depradatione facta, uſus, Camera et ius Saxonicum approbant.

165. Negligentia ſubditorum præſumitur de Dominorũ voluntate facta.

166. Dictionis (Maximè) ea eſt natura ut includat caſum magis dubitabilem.

167. Statutum ad unguem ſervandum, ut aliquid iuri communi addat, ac operetur aliquid ultra ius cõmune, ne ſit fruſtratorium.

168. Diſpoſitio generaliter loquens generaliter etiam eſt intelligenda.

169. Statuta quibus Dominis, communitatibus, villis et caſtris reſtitutio damni iniungitur, ſunt favorabilia et iuſta, quia.

170. Sunt damni emendativa et culpæ punitiva: et n. 78.

171. Intellectus ad §. Quod in Auth. ut Nulli judic.

172. Patientia habetur inſtar mandati.

173. Pœnæ intermiſſio publicam lætitiam interturbat.

174. In Magiſtratu præſumitur notitia facti.

175. Metus depradationis idem operari debet quod ipſa depradatio.

176. Factum nihil eſſe cenſetur niſi etiã fuerit perfectũ.

177. Paria ſunt non facere vel in facto non perſeverare vel non bene facere.

178. Ma-

178. Magiſtratus debet habere ſtationarios ad referendum ſibi quid ubique agatur.
179. Publicè & palam quæ ſiunt neminem latere exiſtimandum.
180. Oppreſſionibus hominum ſubveniendum eſt aliàs in culpa eſſe redarguitur magiſtratus.
181. Magiſtratus facultatem & impediendi & prohibendi habere præſumitur, ratione poteſtatis & iuriſdictionis & ſi non facit conſentire cenſetur.
182. Prohibendi facultatem habere præſumitur qui de facto & de iure prohibere poteſt.
183. Territoria dicuntur à terrendo quod à Dominis omnes qui nocere poſſunt terreantur.
184. Caſtrum & cuſtodia militaris, tenetur opem ferre
185. ad arcendos latrones. Et cenſentur habere mandatū à lege etſi non à principe: & numero 185.
186. Officiales ſi non poſſunt ſubditos domare, debent implorare auxilium aliorum iudicum.
187. Officialis non providens in caſibus, qui provideri poſſunt, dicitur eſſe in culpa.
188. Univerſitas tenetur reſiſtere Dominis notoriè delinquentibus: aliàs videntur participes & venerari vitia eorum.
189. Collatio caſus de quo Zaſius conſuluit in noſtra facti ſpecie.
190. Periculis ab initio reſiſtere, longè tutius eſt quàm poſt vulneratam cauſſam remedium quærere.
191. Exhibitio delinquētiū non liberat Dominos, quādo ex propria negligentia teneantur.
192. Exhibitio locum habet in iis qui publicum officium exercent non qui privatum.
193. Intellectus ad l. Cum ſi exhibuiſſem de public.
194. Exhibitio tum demum obtinet quādo exhibiti ſunt
195. ſolvendo & non difficilis exactionis: & numero 195.
196. Mercatores non ſunt implicandi iuris apicibus.
197. Principis gratia criminoſis facta non remittit ius partium.

198. Pa-

Digitized by Google

198. Paria ſunt delinquere, vel delinquẽti non reſiſtere.
199. Officialis tenetur probare ſummam diligentiam.
200. Cuſtodiam ſuſtinens, tenetur de leviſſima culpa.
201. Aliud eſt debité peragere, aliud ficté ſive negligenter.
202. Culpa in ſuis culpatur, in alienis damnatur, nec culpa caret qui non cogitat id quod facilé evenire poteſt.
203. Cuſtodiam præſtare obligatus, tenetur probare culpam abeſſe ac caſum.
204. Magiſtratus tenetur probare culpam & dolum abfuiſſe, cùm tutores dederit, & tum eos ſufficientes fuiſſe.
205. Sic etiam ſi quis rem ſalvam fore in ſe ſuſcipit.
206. Rex vel princeps ſuorum ſubditorum cauſam & defenſionem uſq; ad ſanguinem ſuſcipere debet, omnibus poſthabitis.
207. Officialis, omittens ad quod ex officii neceſſitate tenebatur, graviùs peccat, ac ſi malé & iniuſté faceret.
208. Omittens, vel faciens æqualiter puniuntur.
209. Culpa non caret qui non facit impenſam neceſſariam, in cuſtodiendis rebus ſibi commiſſis.
210. Defenſio iure naturali permiſſa.
211. Aedibus carere debet qui eas non defendit.
212. Caſus fortuitus non dicitur, qui humana providentia provideri poteſt.
213. Caſum allegans, tenetur ad eius probationem.
214. Furtum cenſetur factum, culpâ cuſtodientis.
215. Caſus fortuitus non dicitur quem culpa præcedit.
216. Dolus & fraus non præſumuntur niſi probentur.
217. Securitate publica perfruens, neq; per directum nec per indirectum incommodo affici debet.
218. Securitatem promittens efficere debet, ut nullam læſionem incurrat is, cui promiſſio facta eſt.
219. Securitatis ſpe et fiducia quis defraudari non debet.
220. Securitas eſt legitimum præſidium, quod nulli denegandum.
221. Securitatem habens eundi, cenſetur habere etiam redeundi.

Digitized by Google

222. *Territorii tuitio indiviſibilis eſt.*

223. *Per quod unum quodq; tale eſt, illud magis tale eſt.*

224. *Antecedens qui vult, etiam eius conſequens vult.*

225. *Totum habere non dicitur qui eius partem habet.*

226. *Pactio contra utilitatem publicam invalida eſt & ideó pactionem non valere de ſecuritate non præſtanda.*

227. *Magiſtratus non eſt interpellandus circa ea quæ ex officii neceſſitate illi incumbunt.*

228. *Alioqui tenetur actione iniuriarum & ad intereſſe damna & expenſas.*

229. *Confirmatio plus operatur quàm electio.*

230. *Confirmans cenſetur dare.*

231. *Delictum commiſſum per populum nocet univerſitati & ſingulis qui illud tolerarunt.*

232. *Damnum per accidens datum, non venit in conſiderationem.*

233. *Magiſtratus poteſt convocare inhabitantes pro arcendis prædonibus.*

234. *Et ſi auxilium præſtare recuſant, tenentur ex condictione l. 2. C. De his qui latr. occult.*

235. *Univerſitas dicitur negligere etiamſi contigerit per negligentiam regentium.*

236. *In delictis cauſa proximior inſpicienda.*

237. *Ex alternativis ſufficit unam verificari ut diſpoſitio obtineat.*

238. *Delinquentium quilibet tenetur in ſolidum.*

239. *Ex delicto univerſitatis procedendum ad Collectas.*

240. *Et ſi unus ex univerſitate non poteſt ſolvere, tunc reliqui de univerſitate vel qui ſunt culpabiles ſolvunt.*

241. *Vel ſaltem hi quos cauſa contingit.*

143. *Exhibere eſt oſtendere & facere in publico poteſtatem ut ei qui agit experiundi ſit copia.*

243. *Et Reum exhibere eſt repræſentare.*

244. Eo-

Digitized by Google

244. *Boni regis eſt ſcandala & ſeditiones removere.*
245. *Iuris Saxonici diſpoſitio ſecundum Ius commune, accipienda, ubi contra non eſt diſpoſitum.*

QUOD IGITUR AD PRIMAM quæſtionem attinet: utrúm ampliſſimus Senatus mercatoribus qui in Nundinis violentia deprędati fuerint ad reparationem damni, de jure ſit obſtrictus, in diverſas partes agitatur. Et quód Senatus mercatoribus ad ſarciendum damnum teneatur, ſubſequentibus rationibus & fundamētis demonſtratur.

Primó: † Domini territorii, Principes, civitates, communitates, caſtra, villę, ad defen- 1
ſionem loci, omniáque peragere quæ ad locum tutum reddendum ſpectant, inſuper etjam cuſtodiam & ſecuritatem totius territorii, omni cura, diligentia & ſolicitudine, pręſtare tenentur, ut habitatores ab omni vi atq; injuria ſint immunes. Idq; maximé naturalis ratio ſuadet, ut á nobis omnem vim atq; injuriam, qua nos vel res noſtrę impetuntur, propulſemus, atq;, quacunq; ratione id fieri poſſit, omnem injuriam, á nobis, inſtinctu naturæ deflectamus & avertamus *l. ut vim ff. de Inſtit. & jure. l. 1. C. Unde vi c. 2. de homicid. c. ſignificaſti eod. tit. c. 3. c. perpendimus. De ſent. Excom. Salic. in l. quoniam C. Ad l. Jul. de vi publ.* † Quinimó ſu- 2

periores ad hoc obligatos eſſe, maximoperé ſuadet utilitas publica ac communis omnium ſalus expoſcit: ac etiam mandata principum exigunt, ut curet is qui provinciæ præeſt, malis hominibus eam purgare, pacatam & quietam provinciam, quam regit, reddere, atque ſolicité facinoroſos, ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures, cõquirere ac in eos pro ut quisq; deliquerit animadvertere. *l. 3. l. congruit ff. de offic. præſ. Bald. Flor. in l. ſciendum. Ad l. Aquiliam.* Alioqui enim ſi hæc intermitterentur, malitioſis feneſtra ad delinquendum aperiretur, latrociniis ſterneretur via, conatus ad delinquendum foveretur, ac nequitiæ indulgeretur, contra *l. in fundo. De rei vindic. &*
3 *l. ſi unus. §. pacta. De Pactis.* † Reddenda itaque ſunt á magiſtratibus, in civitatibus et provinciis, quibus præſunt, omnia tutiſſima. Itaque Lex quoque eó intenta fuit, ut itinera redderet ſecura; quia publicé interſit, per ea ſine metu ac periculis commeare, alioquin ſi damnum detur, id reſarciendum & reparandũ eſſe juſſit. *l. 1. §. ſumma. ff. De his qui dejec. vel effud. ubi Flor. Bart. Bald. Idem Bald. in l. conventionem. De Pactis.* Nec enim ferendus eſt qui patitur, ut maleficium in ſuo territorio committatur.
4 *l. 1. C. de falſa moneta.* Hinc etiam profluit † quòd Dominus territorii teneatur viatoribus ſalvum conductum impartiri, atque curare, ut itinera & viæ ſint ſecuræ ac tutæ. Unde ſi

per alicujus territorium commeanti, ſit damnum illatum, id Dominus reſarcire cogendus eſt, *gloſſ. communiter ab interpretibus approbata in l. Ne quid. ff. De incend. ruin. & naufrag.* Ubi JC. in Dominum, quem ad cuſtodiam aſtringit, periculum damni transfert & quidem in ſimplum. *gloſſ. ibi alleg. l. 1. C. de Falſ. monet. & l. 2. C. de his qui latron. vel aliis crimin. reos occult: & d. l. 1. §. Summa ff. de his qui deiec. vel effud.*

Summa cum utilitate, inquit JC. Ulp. id Prætorẽ edixiſſe, nemo eſt, qui neget. † Publicé enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeare, atque potiſſimum in hoc iter facientibus proſpicitur. Quo in loco *Bart. Ang. & Flor. & in d. l. Ne q̃d Bald. in l. fin. ff. de Captiv. & poſtlim. revers.* Et communiter omnes DD. tradunt, Dominos territorii ad loca & itinera tuta reddenda obligatos & ſi quid damni detur, id iter facientib. á Dominis terrarum eſſe reficiendum. *Franciſc. de Capic. conſ. 40. inter Conſil. Calcan.* 5

Itaque ex his apparet † quód ſecuritas de jure publico ſit viatoribus attributa. *facit etjam l. 1. C. de littor. & itiner. cuſtod.* Ibi: ET QUÆCUNQUE NAVES EX QUOLIBET PORTU SEU LITTORE DIMITTUNTUR NULLAM CONCUSSIONEM VEL DAMNA SUSTINEBANT, ut non ſolúm terræ, ſed & mari ſecuritas hæc ſit attributa. Atque pro hac ſententia eſt textus manifeſtus *in l. in nomine C.* 6

De off. Præfecti Præt. Africæ. Qui textus dicitur ab Andr. Barbat. ſingularis & aureus *in addit. ad Bald. in leg. ſi quis non dicam rapere. in verb. poſſit. C. de Epiſcop. & Cleric.* Ubi Imperat. hortatur, ut omnes diligenter pro commiſſis ſuæ cuſtodiæ provinciis, invigilent, & ab omnium hoſtium incurſione ſubjectos tueantur illæſos. Et adhoc feſtinent, die noctéq; Dei invocando auxilium & diligenter laborando, ut in ſecuritate & pace, ꝓvinciæ integræ conſerventur: optimus eſt text. *in c. Domi-*
7 *nus noſter. 23. quæſt. 2.* Ubi ſtatuitur † gentem ſive civitatem bello petendam, quæ vel vindicare neglexerit, q̃ á ſuis improbé facta ſunt, vel reddere, quod per injuriam ablatum eſt. Spectat etiam ad ſuperiorem Eccleſiaſticũ, conſervare pacem publicam & in violatores animadvertere *c. 1. §. Epiſcopos. de pace juram. firmand.* Sic & Domini tenentur defendere ſubditos, qui ab aliis vim & injuriã patiuntur, cũ ſint obſtricti ratione tuitionis ſuſceptæ· hoc enim Chriſtiana pietas expoſcit, & apud Deũ eleemoſyna dicitur. *Bald. in §, Ne potentiores. Qui*
8 *feud. dar. poſ.* † Graviſſima quoq; pœna in Dominos ſtatuitur qui ſcientes & præſentes, deprædationes, ſpolia & offenſiones tolerant. *d. l. 2. C. de his, qui latrot. vel aliis crim. reos occul. d. l. 2, C. de off. Præf. Prætor. Afric. c. 1. extra de Treuga. et pace. d. l. Ne quid. ff. de Incẽd. ruin. naufr. l. ſervos. C. ad l. Jul. de vi publ.* & infra latius ꝓſequemur, *l. 3. §. divus*

Hadri-

Hadrianus.ff.de ſepulc. violat. † Et quia hæc actio 9
ſecuritatis violatæ publicam utilitatem reſpicit, ideo quoque eſt popularis *l.5.§.fin.ff. de his, qui dejec. vel effud.* ut cuilibet de populo concedatur. Ex quibus neceſſarió efficitur, ut ſtatuamus Senatum prudentiſſimum, ad defenſionem loci, & ibi verſantium, de jure communi ex officio eſſe adſtrictum, & ſi aliquod damnum in eorum territorio datum ſit, ad illius emendationem compellendum.

Secundó fortificatur hæc ſententia. † Nã 10
ſi Dominus territorii, ad defenſiones loci tenetur ex officii neceſſitate; quantó magis id obtinebit, ſi iter facientes vectigal ſive pedagium ſolvant, & ſic ſecuritatis conſequendæ ratione aliquid pendunt & perſolvunt. † Per- 11
miſſum ſané eſt privatis, abſque turpitudine recipere mercedem, ut quem á vi, aggreſſu & incurſu latronum & hoſtium defendant ac tueãtur, licitéq; in hoc operas ſuas locare cõceditur *l.metũ §.ſed licet.ff.quod met.cauſa.* Quod olim iis, qui provinciis & civitatibus præeſſent, vel Dominis territorii non licebat, ut pro cuſtodia loci, ad arcendos latrones abſque turpitudine quid reciperent. *Bartol. in d. §.ſed licet. Ubi alleg.tit. Ad l. Jul. Repetund. per tot. l. fin. C. Vectigalia nova inſtitui non poſſe. c. ſuper quibusdam. extra de verb. ſignif. ubi Joan. Andr. Panorm. & reliqui.* Cujus quidem rei ratio ſatis in promtu eſt, ſiquidem Domini,

cum de jure communi, abſque penſitatione aliqua reddere loca & vias ſecuras teneantur, videbantur turpiter pecuniam recipere, ad quod alioqui ex officii ratione obſtricti eſ-
12 ſent. † Poſtea tamen ex indulgentia Impp. Regum & concilii Lateranenſis, ac conſuetudine immemoriali obtinuit, ut quod antea turpe & illicitum erat, licitum fieret & abſq; metu pœnę iis permitteretur aliquid pro defenſione recipere. *d.c. ſuper quibuſdam. l. 1. C. de Canon. largit. titul. l. 1. Ad l. Jul. de Ambit. Specul. in tit. de cauſa poſſeſ. & proprie. §. 1. verſic. quid de colligentib. pedagia. c. innovamus. de cenſib.* Hæc licentia & conſuetudo exigendi nulla alia ex cauſſa recepta fuit, quám ut loca & itinera viatoribus á prædonibus & latrunculis redderentur tuta, ut commeantibus iter, uſquequaque ſecurum præſtaretur. *Bart. in l. Si publicanus. §. in omnib. vectigalibus. ff. de publicā. & vectigal. & commiſſ. Joan. Bertachin. in tract. Gabell. part. 1. quæſt. 14. Hoſtienſis in ſumma de cenſib. num. 10.* Atque etiam huc referenda eſt gloſſ. Juris Sax. infra alleg. *art. 8. in verb.* Müntz vnd Zoll/ Weichbildt. Cúm itaque ad ſecuritatem præſtandam licité pedagia ſive vectigalia percipiantur, omnibus ſané modis cōſequitur, hanc ſecuritatem exactius, quám antea moris fuerat præſtandam adeó quidē, ut ſi damnum aliquod alicui cōtingat, id ab ipſis reſtituatur. Inde enim deprædatis ſecuritas & quidē plena præſtatur.

Bart.

Digitized by Google

*Bart.& Dd.in d.l. Ne quid.ff. De incend. ruin. naufr. Ubi Alex. in addit.Bart.Flor.Rom.in l.1.§.ſumma.ff. De his qui dejec.vel effud.Et in l.ſcientiam ff. Ad l.Aql. Odofred.in Auth.Habita.C.Ne filius pro patre.Alberic. de Roſate in l.Fluminum.§.quanquam.ff.de damn.infect. Archid.in c.ſi quis Romipetas 23.quæſt. 4. Hoſt. in ſumm.de Cenſib.§.Ex quib.num 3. Idem Bald.in c.1. §.Marchio. Quæ ſint Regal.& in §.Navigia. De ſtatut:& conſuet.Bald.in l.fin.C.de Capt. & poſtlim. & in d. l. conventionum. De pactis. Bart. in l. Divus. De milit.teſtam.Bart.& Bald.in l.Si quando. C. vnde vi. Alex.conſ.88.num.36.vol.5.Jacob.de S. Georg.in verb. Marchio.§.Quæritur etiam nunc 4.mihi.fol.32.Joan. Bertach.in tract.de Gabell.in 7.quæſt.4.part. Princip. Matth.de Afflict.in §.illicitas:De pace juram.firm.*ubi tradit totum damnum eſſe ſarciendum. *Cæpoll.de ſervitut. tit.de aquæductu. num.91.& in tit.de via.Jul.Clar.in lib.5.ſent.§.fin.quæſt.82.ſtatuto primo. Roman.in l.1.§.1.de publican. Calcan. conſ.39. in Caſu Thadæi. Et Roland. de curte inter eadem conſil. conſ.63.Joan.Mar.Jacob. Rimin.conſ.391.num.13.vol. 2.Anton. de Butr. Joan. de Lignano. Panorm. Cardin. Beroius.in c.1.extra de reſtit.ſpoliat.& in c.fin. Quod met.cauſa. Franciſc. Ripa in tract.de peſte. §. Accedo num.46.Guido pap. deciſ.413.num.2.Grammat.conſil.150.num.5.*

Quibus in locis & illud elicitur, † quód 13
Domini loci teneantur nedum pro ſubditis, ſed etiam extraneis; & hujus rei rationem reddit textus *in d.l.3.De off.præſidis.* Quod do-

mini imperium habeant adverſus extraneos æqué ac in ſubditos, ſi quid in alium manu commiſerint. *gloſ. Bart. & Dd. in d. l. nequid:* Ubi
14 Bart. mirabile eſſe adſerit † per ſolam ſcientiam Dominum obligari, cum regulariter ex ſola ſcientia quis de maleficio non teneatur, niſi juſſus vel mandatũ intervenerit *l. 1. ff. ſi famil. furt. feciſ. dic. l. ſi ſciẽs. ubi idẽ Bart. de Parric. Et optimé probat. text. in d. l. Ne qd:* ubi lex cuſtodiã loco rũ in Dominos trãſtulit *& Bart. in l. unic. §. Servi veró. ff. Furti adverſus nautas, caup. ſtab. Et probat etiã text. in §. Quod ſi receperit eadem.* Ac hujus deter-
15 minationis ratio eſt manifeſta. † Nam ex perceptione pedagii, videtur percipiens præter jus cõmune, tacité ſe adſtringere, quód intra fines is, q vectigal ſolvit, ſecurus ac tutus eſſe debeat *l. Nauta ff. Naut. Caup. Stab.* ſeqtur enim fidem aſſecurantis, unde ſi Dominus ratione pedagii ſoluti ſecuritatem & cuſtodiam non pręſtet, ut proinde ſolvens á prędonib. detrimentum patiatur, ex quaſi delicto tenebitur *Bald. in d. c. 1. quæ ſint Regal. & in d. §. Conventicula*
16 *Andr. de Iſernia in §. Navigia. de ſtat. & conſuet.* † Adeóq; ſtricté ſecuritas ei, qui vectigal pendit præſtanda eſt, ut ne quidẽ pro repreſſaliis capi poſſit. *Odofr. in d. Auth. Habita C. ne fil. pro patre. Bald. in d. c. 1. & in d. §. Conventicula. Qui feud. dar. poſ.* Prout etiam tempore Nundinarum quis pro repreſſaliis capi vetatur. *Bart. Bal. Salic. in l. unic. C. de Nundinis.* Ubi etiam prohibetur ab

Impp.

Impp. ne ſub prætextu privati debiti alicui in loco Nundinarũ moleſtia inferatur. Quantó igitur magis á vi & deprędatione abſtinendũ, eorũq; defenſio maximé tũ, cum ſumma ſolicitudine ſuſcipienda, cum & generaliter cautum reperiatur. † Quotiescunq; quid datur 17
ut aliquid certum fiat, tunc recipiens mercedem vel rem, obligat ſe ad faciendũ id, ꝓpter qꝫ fuit data res, ſive verbis apertis id expreſsũ ſit, ſive ex natura actus id tacité ſubintelligatur *l. legem. C. de pactis d. l. Nauta. ff. Naut. Caup. Stab. l. cũ qd. ff. ſi cert. pet.* Et ſi non faciat, ſuccedit obligatio ad intereſſe *l. ſtipulationes non dividuntur: ubi gloſ. in verb. dare oportere ff. de V. obl. l. ſi quis ab alio §. fin. ff. de re judic.*

† Nec etiam vectigal ſive pedagium bona 18
fide percipitur, niſi in eum uſum, in quẽ percipitur elargiatur, videlicet ut ſecuritas præſtetur. *Canoniſtæ in d. c. innovamus extra de cenſib.* Et ſi eo tempore quominus impenditur, in lucro quid Domino ſuperſit, id poſtea eveniente neceſſitate erogandum eſt, vel ad recõpenſandum damnum eorum, qui á latronib. læſi fuerunt. Nam & hoc modo ad Reipubl. ſalutem & emolumentum impenditur, ut juſtitia foveatur & quilibet ſecurus reddatur. Cúm igitur cuſtodia ſuſcepta ſit, ad nullum alium quám ad Dominum, periculum deprędationis pertinebit *l. ſi ut certo. §. ſi de me periiſſet. ff. Mandati. ubi gloſ. & Bart. & in l. 1. §. quemadmodũ*

ff. De

ff. de liber. agnoſc. Bald. in l. ex Divi C. de locato & conduct. Facit l. ſi ſoluturus. ff. de ſolutionibus. & liberat. d. l. 1. ff. Naut. Caup. Stab. & ita in terminis traditum reliquit Jaſon. in conſ. 139. num. 1. vol. 4.

19 † Nec Mercatores ſolvendo vectigal videntur quicquã tam neceſſarió exigere, quám quód tuti ſint & ne á prædonibus vi exſpolientur. *l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtruct. vel inſtrum. legat. gloſſ. in l. pediculis. §. Item cúm q̃reretur. ff. De auro & argent. legat. Bald. in l. liberti. C. de bon. libert.* Quód ſi domini, civitates, caſtra, loca ſua indefenſa dimitterent, nihil certé aliud perpetrarent, quám ut latrunculis & prædatoribus omnia devaſtanda exponerent. Cúm igitur ampliſſus Senatus, vectigal ſive pedagiũ vel quamcunque aliam penſitationem pro præſtanda ſecuritate acceperit, & damnũ á prædonibus datum ſit, minúsque diligenter fuerint res cuſtoditæ, ad ſarciendũ damnum devinctus

20 erit. †. Et hoc in caſu plus deprædato, qui ſe fidei Senatus commiſit, favebitur, quám ipſi Magiſtratui, qui hanc curam in ſe ſuſcepit. Itaque ei magis etiam ſubveniendum erit argumento *l. ſi fidejuſſor. §. neceſſaria ff. Qui ſatisdar. cog. l. ſi ut certo. §. Nunc videndum ff. Commodat. d. l. 1. §. ſumma:* Ubi potiſſimum iter facientibus proſpicitur. Idque maximé cúm ad hoc jure communi præſtandum, etſi nihil accepiſſet teneretur. *Hoſtiens. in ſum: de Cenſibus. num. 10. Cœpolla. de ſervit. Ruſtic. præd. in tit. de ſervitut. Aquæd. num. 91. c. 4.*

Ter-

Tertió ad hanc damni dati reſtitutionem Dominos teneri ſummoperé ſuadet: † ſive e- 21
nim contractum hunc ad locationis & conductionis contractum referamus, tunc ſané diſpoſitum reperitur, ſi non fiat, quod promiſſum eſt, ad damni reparationem locatorem teneri *l. mercedem. l. Si in lege. §. ſi colonus: ubi gloſſ. & in l. ſi fundus ff. locati.* Sive ad contractum innominatum, do ut facias. Quod quidem magis probandũ, pari modo ad hoc obligabitur *l. naturalis. §. At cum do. ff. de præſcript. verbo.* Quippe contractuum innominatorum ea eſt conditio, ut regulentur ſecundúm naturam contractuũ nominatorum, cui proximé accedant. *l. 1. §. ſi quis ſervum: ubi gloſ. ff. Depoſiti. Notant Dd. in Rubrica. ff. De verb. obligat.* † Nam 22
cum Magiſtratus in his quæ ad officium ejus ſpectant exactiſſimam præſtare debeat diligentiam. *Bart. in l. Quod Nerva. ff. Depoſiti. Bald. conſ. 404. vol. 2. Socin. conſ. 2. vol. 1. Anchor. conſ. 158. Gravetta conſ. 132. num. 4. Bened. Capra in tract. regul. cap. 78. Jacob. Menoch. De arbitr. jud. caſu. 390. nu. 5.* Quinimó cúm non deſint, qui exiſtiment, eum quoque de leviſſima culpa teneri. *Alex. conſ. 41. num. 6. vol. 3. Paris de puteo in tract. Syndic. in verb. Carceratus. cap. 3. num. 5.* conſentaneum maximé erit aſſeverare Senatum ampliſſimum & hoc caſu ad periculum ſuſtinendum eſſe arctandum.

Quartó fortius urget Senatum clariſs. ad hanc

Digitized by Google

hanc diligentem cuſtodiam, & ſecuritatem præſtandam obſtrictum videri, ex promiſſione, quam fecit civitas eo tempore, quo Nundinarum privilegium ab Imperatore conſecuta fuerit, videlicet quod velit eos, qui mercatus cauſſa eó venirent, ſecuros, tutos, & immunes ab omni periculo reddere; adeó quidem ut is non ſolúm de jure cõmuni, & quia vectigal, pedagium, & alias penſitatiunculas percepit, & deniq; quia Senatus ſtipendio pfruitur, pro officio diligentiſſimé perfungendo ad hoc teneatur: Verúm etiam, quód expreſsé hoc conventum fuerit, á Cæſarea Majeſtate, & etiã vice-verſa á civitate & Senatu pmiſsũ: Ita quod quadruplici vinculo ad hoc ſit devinctus, ut ideó magis ad obſervationẽ promiſſorum & damni reparationem obligetur.

23 † Plura enim vincula plus ligant atq; adſtringunt, quám ſimplex *Auth. Itaq; communi C. de ſucceſſ. & in Auth. de Conſang. & uter. fratr.* Et triplex fortius, quám duo *Angel. in §. Hoc de eo. In Auth. Quomod. oport. Epiſc. Decius conſ. 504. n. 9. & conſ. 619. num. 7. & c. 1. De Treuga & pace.*

24 Siquidẽ † civitates & Rempubl. nihil magis conſervat, quám fidem datam ſervare *Cic. in offic. lib. 1.* Cúm grave ſit fidem fallere *l. 1. De conſtit. pec.* Fides enim data á perſona publica, dicitur fides publica, & ideó religioſé ſervanda *§. ſed neque. In Auth. de mandat. Princ. Ibi & ubique ſervato, notatur in leg. is qui reus. ff. de public. judic.*

Judic. Pariſius conſil. 31. numer. 65. vol. 1. Cúm igitur Mercatoribus, pro ſecuritate fides ſit data & quidem á perſonis publicis, cúm etiam & ipſa ſecuritas ſit publica, ea modis omnibus præſtanda erit, ut ſcilicet eos defendant, pro quibus fidem interpoſuerunt. † 25 Cenſentur enim res eorum; quibus fidem dederunt, ſub cuſtodiam ſuam & ſalvum conductum recepiſſe, & ſic rem ſalvam fore ſpopondiſſe *Joan. de platea in l. fin. C. de erogat. milit. annon. Octavian. Cacheran. Deciſ. 88. num. 35.* Securitati autem nihil magis contrarium eſt, quám periculum & damnum *l. ut vim. ff. de Juſt. & jur.* Tutus quoque dici non poteſt, qui ex moribus loci tutus non eſt. *Felin. in cap. accedens. extra ut lite non conteſt.* † Ut proinde 26 officium Senatus prudentiſſimi fuiſſet, ſolicité, anxié, & ſtudiosé providere ſecundúm conditionem & mores obreptos *cap. aproſ. ubi gloſſ. 98. diſt. leg. Quod ſi nolit. §. Qui mancipia. ff. de Aedilit. Edicto. Cœpolla in tractat. ſimulat. 21. præſumt.* Quod cum factum non ſit, damni reparationi Senatus ſubjacebit: ſecuritates enim ideó promittuntur & fiunt, ut hi, quibus factæ & promiſſæ ſunt, defendantur, ac tuti & ſecuri reddantur, & quidem contra eos, á quibus pericula & offenſiones potiſſimúm reformidantur vel metuuntur. Nam cúm ob nundinationes & commercia tota feré civitas commodum & utili-

Digitized by Google

& utilitatem reportet, & prout *gloſſ. in l. unic. C. de Nundin. in verb. locorũ*, inquit, QUOD PROPTER FORUM TERRA EORUM IMPINGUETUR *argumẽto l. 1. De aqua pluv. arced. q̃ gloſ-*
27 *ſam Salicetus ibi notare jubet.* † Naturâ quoque æquũ eſt, ut indemnes conſerventur, omnéſque inſidiæ tollantur, ut qui commodũ ſentit, etiam incommodum & onus ſentiat. *c. na-*
28 *turâ æquum eſt. de Reg. jur in 6.* † Quinimó & pro vicinis incommodum ferendum eſt. *l. 1. §. ſunt qui putent. ff. Ne quid in flum. publ. Oldrad. conſ. 227.* multó magis pro utilitate patriæ, & civitatis ac iis præſertim, qui fidei noſtræ innituntur. *l. veluti ff. de Juſt. & jur. l. minimé ff. de relig. & ſumt. fun.* Alioqui ſi damnum his non repararetur, tunc remanerent ſub ſecuritate ac fide publica decepti & quidem ſub legitimo præſidio.
29 † Dicitur enim ſecuritas legitimum præſidium *l. illicitas. §. Ne potentiores ff. de off. præſid.* Ubi *Bald.* & ſic ſub legitimo clypeo *perjuria*: quod minimé eſt committendum.

30 † Quintó: quilibet Adminiſtrator, cujuſcunque officii ratione, de neglectis & geſtis, levi culpa tenetur. Sic enim traditur de adminiſtrante rempubl. *l. 2. C. de adminiſtrat. rer. public. lib. 9.* Qui textus ad hoc ſatis eſt manifeſtus, ſic enim habet: CONTRA EOS QUI REMPUBL. ADMINISTRANTES PER OFFICII NECESSITATEM SUB CONDITIONE RELICTI FIDEI-

COM-

COMMISSI, SATIS ACCIPERE DEBUERUNT: QUANTI REIPUBL. INTEREST, SATIS NON ACCEPTUM, DIRIGENDAM ESSE ACTIONEM PERSPICITIS. Et hic textus loqtur de Adminiſtratore, qui in omittendo peccaverat. Quod cúm & in ppoſito, Adminiſtratores Reipub. negligẽtes in præcavendo, ne vi mercatores in ipſis nundinis deprædarentur, de levi culpa rectè coarguuntur: igitur ad id, quanti mercatorũ interſit, in eos actio inſtituẽda eſt: quod cúm ſæpius tumultus excitati & etiam ædes expugnatæ fuerint; nec tamen Senatus clariſſimus in facinoroſos animadverterit, ſatis certé culpæ & negligentiæ reus coarguitur. I- 31
dem † quoq; in Procuratore diſpoſitum reperitur *l. á Procuratore. C. mandati:* ubi gloſſ. in verb. (*omnem culpam*) aſſerit, Procuratorem etiam de leviſſima culpa teneri. Quod etiam eſt de mente *Cyni, Jacobi de Aretio & Dyni in l. cõtractus. ff. de reg. jur.* ubi rationem afferunt, tacitam aſſertionem induſtrię ſuſcipientis mãdatum: quæ ratio in noſtro quoque caſu militat, ut vel hinc etiam de leviſſima culpa Magiſtratum teneri, recté inferatur. Culpa † e- 32
nim eſt omne reprehenſibile in Magiſtratu & publicis adminiſtrationibus, argumento *l. ſi per imprudentiam. ff. de evict. Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pignorat act. num. 11. allegat. Parid. de puteo in tract. de Syndic. in verb. Carceratus, cap. 3. num. 3. Burſatus*

33 *ſatus conſi. 193. conduxit. numero 10.* Similiter † ſi Adminiſtrator non adhibet competentia remedia, in culpa eſſe dicitur, *Bald. conſil. 395. Pro Domino Renaldo. lib. 2. Gravetta conſi. 97. num. 7. & conſt. 321. num. 1. per text in l. præſertim. l. idemque. §. ſi ignorantes. ff. Mandati. Socin. Sen. conſi. 273. In præſenti conſultatione num. 6. volu. 2. allegat. c. licet Epiſcopus. de præbend. in 6. & c. commiſſa. de elect. eod. lib. & in c. licet. cum gloſſ. in verbo, etenim, eod. Cardin. in c. cum ſi plures. de præbend. in 6. Burſat. conſi. 193. conduxit d. Joſeph. num. 9. cum ibi per eum allegatis.*

34 Pariter quoque, † ſi quis non exequitur, quæ exequi poteſt, ex culpa obligabitur *l. dolus ff. Mandati Socin. in d. conſi. num. 6.* ubi arguitur ejus negligentia, qui in carcere quem retinere potuit & non retinuit: allegans *Petr. de Anchor. in conſi. 273.* In auxilium veritatis: ubi ſub-
35 jungit: † *Qui impedit principia & media, per quæ pervenitur ad finem, videtur quoque finem impedire, argumento l. 1. §. 1. de mort. infer.* Igitur qui non impedit principia & media, cenſetur permitte-
36 re & promovere finem. Sic etiam † in culpa is eſſe dicitur, qui aliquid differt, nec ſtatim exequitur *l. qui Romæ §. Callimachus de verb. obl.*
37 *Aymon. Gravett. conſi. 137.* † regulariter obtinet, debitorem exiſtentem in mora, ob damnum datum teneri etiã in civilib. *l. quod te, ibi Dd. ff. ſi cert. pet. l. nemo § 1. ff. de. V. O.* Sed hîc negari non poteſt, Senatum fuiſſe in mora, non adhibẽdo ſatis maturé competentia remedia: Ergó etiam

etiam damnum ſupportabit: Nã † mora cuilibet ſua, & quidem ſibi non aliis nociva eſſe debet *l. mora ff. de Reg. Jur: Angel in l. ſi Inſulam. de verb. obl. Aret. conſi. 149. num. 9.* Nec non † in culpa & is dicitur, qui non prævidet ea, quæ q-libet diligens prævidiſſet, vel facere, quæ non faceret, vel omittere, quæ nõ omitteret *l. illud ff. de ritu nupt. l. ſi quid venditor ff. de ædil. Ed.* Exemplum adfert. *Bald. in. d. l. quæ fortuitis C. de pignor. act. n. 12.* In fœneratore, qui in rebus, pignoratis, non diligenter excuſſit tineas: Item, in eo qui nimis eſt pavidus & meticuloſus *l. item quæritur §. Exercitus ff. locati*: Item, in eo qui adhibet operarios inertes *l. ſi inertes §. pen. l. videamus in princ. l. Item quæritur §. ſi navicularius. ff. locati l. idem quod §. tutores ff. Mandati.* Qui autem non prævidet prævidenda, non ſolúm eſt in culpa, ſed & de damno ſubſecuto tenetur *l. ſi putator l. qui occidit §. fin. ubi Bald. ad l. Aquil.* Cúm igitur Senatus ampliſſimus veriſimiliter cogitare debuiſſet, hoc evenire poſſe *c. fin. de homicid. in 6. l. qui bona §. inter ff. de damn. infect. Alex. conſi. 41. n. 5. lib. 3. Bald. in l. ult. §. ſed quia communia ff. de leg. Gravet. conſ. 79. n. 4. et conſ. 170. n. 11. et conſ. 179. n. 1.* Ergo ſi nõ anteverterit, de damno dato tenebitur. † Cẽſetur. n. is qui nõ facit ꝙ debet, adverſus ea feciſſe, q̃ debuit *l. poſt legatũ §. omittere de his quib. ut indign. l. ſi quis ſepulcrorum §. funus ff. de Relig. et ſumt. fun.* Ideóq; á culpa & negligentia non excuſabitur *gloſſ. in l. ſolo*

38 39 40

obſequio C. de liberali cauſa Franciſc: Curt. conſil. 41. num. 4. Et per conſequens ipſe hoc feciſſe cēſendus eſt, cúm potuerit impedire, & non fecit *l. fluminum §. Quanquam de damn. inf. d. c. conſtitutus ext. de teſtib. Gravett. conſi. 57. num. 7. & conſil. 175. num. 5 & conſil. 193. num. 2.*

41 In † culpa quoque eſſe dicitur, qui non diligenter inquirit, ſic enim culpam & negligentiam arguit *Bald. in conſi. 463. Statuto communis Papiæ vol. 3. & conſi. 463. vol. 5. Rol. á Valle. conſi. 54. num. 5. vol. 1. Socin. conſi. 168. vol 2. Gravetta. conſi. 132. num. 13. & conſi. 170. num. 2. & conſi. 115. num. 3.*
42 *& conſi. 319. num. 15.* Ubi † aſſerit latā eam culpam eſſe, qui non inquirit, quod alii inquire-
43 re ſolent. *Menoch. conſi. 118.* Boni † enim regis eſt, ſeditionibus & tumultibus popularibus qui pacem & quietem publicam perturbant omnibus vicibus reſiſtere, & obviare, ac in malefactores diligenter inqrere *l. 1. & 2. C. de ſedit.* Et Imper. Juſtinianus ut quietem ſubditis præpararet, curas & labores voluntarié in ſe ſuſcipere nō recuſavit, ut ipſemet profitetur *in Authent. ut divin. juſſion. & in §. 1. in proem.*
44 *inſtit.* Cúm itaque † ad Magiſtratus officium ſpectaverit intrepidé civitatis & afflictorum defenſionem ſuſcipere, atque principiis obſtare, pœnæq; ſeveritate terrorem delinquētibus incutere: hoc autem factum non ſit, & diligentia debita in animadvertendo contra delinquentes, tempore antegredienti, non

adhi-

adhibita inſuper nulla prorſus inquiſitio, ut conſpirationes detegerentur, & jam imminens periculum & malum impediretur & averteretur, facta: ſané Magiſtratus omnibus modis ad intereſſe tenebitur *l. fin. ff. de Var. & extraord. cognit. Bart. Bald. in l. mancipia. C. de ſervis fugitivis.* Et † quó majus ſubfuit piculum, eó 45
etiam majori ſolertia & diligentia opus fuiſſet *c. ubi periculum de elect. in 6. Cacheranus deciſ. 70. num. 1. Sebaſt. medic. in tract. de Cas. fortuit quæſt. 11. n.* 4. Ex † qualitate enim periculi & eventus futuri, amplior requiritur cuſtodia *Bald. in l. nemo in fin. C. de Epiſcopali aud. l. in nomine C. de offi. Præſ. pt Aff. cap. 1. de reſtit. ſpol.* Quód ſi Principibus, trepidus adeó animus eſſet, nemo in toto terrarum orbe tutus foret, & in eorum Regnis latrocinia exorirentur nefanda ac devaſtationes, interitúsque Reipubl. propagaretur *c. nihil 83. diſt.* Ubi nihil miſeriús Prælato exiſtimatur, qui lupis placere ad perniciem ovium velit. Non † enim cedendum ſed re- 47
ſiſtendum eſt dúmodó poſſit reſiſti. *l. Itē quæritur §. exercitus l. in lege ff. Locati.* Longé quippe utilius eſt periculis imminentibus tempeſtivé reſiſtere, quám poſt vulnus tandem illatum remedium quærere *Petr. de Anchor. conſil. 277. num. 11. Sebaſt. Med. d. tract. de Caſ. fort. quæſt. 11. num. 58.* Qui autem hoc non facit, dicitur negligens. Negligentia † veró in eo qui ex offi- 48
cio obligatur ad aliquid faciendum, dicitur

 pecca-

obſequio C. de liberali cauſa Franciſc: Curt. conſil. 41. num. 4. Et per conſequens ipſe hoc feciſſe cẽſendus eſt, cúm potuerit impedire, & non fecit *l. fluminum §. Quanquam de damn. inf. d. c. conſtitutus ext. de teſtib. Gravett. conſi. 57. num. 7. & conſil. 175. num. 5 & conſil. 193. num. 2.*

41 In † culpa quoque eſſe dicitur, qui non diligenter inquirit, ſic enim culpam & negligentiam arguit *Bald. in conſi. 463. Statuto communis Papiæ vol. 3. & conſi. 463. vol. 5. Rol. á Valle. conſi. 54. num. 5. vol. 1. Socin. conſi. 168. vol 2. Gravetta. conſi. 132. num. 13. & conſi. 170. num. 2. & conſi. 115. num. 3.*
42 *& conſi. 319. num. 15.* Ubi † aſſerit latã eam culpam eſſe, qui non inquirit, quod alii inquire-
43 re ſolent. *Menoch. conſi. 118.* Boni † enim regis eſt, ſeditionibus & tumultibus popularibus qui pacem & quietem publicam perturbant omnibus vicibus reſiſtere, & obviare, ac in malefactores diligenter inqrere *l. 1. & 2. C. de ſedit.* Et Imper. Juſtinianus ut quietem ſubditis præpararet, curas & labores voluntarié in ſe ſuſcipere nõ recuſavit, ut ipſemet profitetur *in Authent. ut divin. juſſion. & in §. 1. in proem.*
44 *inſtit.* Cúm itaque † ad Magiſtratus officium ſpectaverit intrepidé civitatis & afflictorum defenſionem ſuſcipere, atque principiis obſtare, pœnæq; ſeveritate terrorem delinquẽtibus incutere: hoc autem factum non ſit, & diligentia debita in animadvertendo contra delinquentes, tempore antegredienti, non adhi-

adhibita inſuper nulla prorſus inquiſitio, ut conſpirationes detegerentur, & jam imminens periculum & malum impediretur & averteretur, facta: ſané Magiſtratus omnibus modis ad intereſſe tenebitur *l. fin. ff. de Var. & extraord. cognit. Bart. Bald. in l. mancipia. C. de ſervis fugitivis.* Et † quó majus ſubfuit piculum, eó 45
etiam majori ſolertia & diligentia opus fuiſſet *c. ubi periculum de elect. in 6. Cacheranus deciſ. 70. num. 1. Sebaſt. medic. in tract. de Caſ. fortuit quæſt. 11. n.* 4. Ex † qualitate enim periculi & eventus fu- 46
turi, amplior requiritur cuſtodia *Bald. in l. nemo in fin. C. de Epiſcopali aud. l. in nomine C. de offi. Præf. pt Aff. cap. 1. de reſtit. ſpol.* Quód ſi Principibus, trepidus adeó animus eſſet, nemo in toto terrarum orbe tutus foret, & in eorum Regnis latrocinia exorirentur nefanda ac devaſtationes, interitúsque Reipubl. propagaretur *c. nihil 83. diſt.* Ubi nihil miſeriús Prælato exiſtimatur, qui lupis placere ad perniciem ovium velit. Non † enim cedendum ſed re- 47
ſiſtendum eſt dúmodó poſſit reſiſti. *l. Itē quæritur §. exercitus l. in lege ff. Locati.* Longé quippe utilius eſt periculis imminentibus tempeſtivé reſiſtere, quám poſt vulnus tandem illatum remedium quærere *Petr. de Anchor. conſil. 277. num. 11. Sebaſt. Med. d. tract. de Caſ. fort. quæſt. 11. num. 58.* Qui autem hoc non facit, dicitur negligens. Negligentia † veró in eo qui ex offi- 48
cio obligatur ad aliquid faciendum, dicitur

peccatum mortale. *Socin. conſi. 2. lib. 1. Calderin. conſi. 4. de conſuet. c. dicto 81. diſt. c. cura 1. quæſt. 1.* Sic etiam qui non adhibet eam diligentiam, quã in officio debet, graviter peccare dicitur prout arguit *Calcan. conſil. 39. numero 2.* allegans *c. ut animarum de conſtitut. in 6. ubi Gemin. & c. relatum ne Cleric. vel Monach. ubi Anton. de Butr. Gravett. 1 conſi. 132. numero 4. Riminald. conſil. 210. num. 57.* Et eſt pulcer text. *in c. 1. diſt. 87.* ubi ſic inqt
49 Gratian: † *Inferiorum culpæ ordinum ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides negligentéſque rectores, qui multam ſæpe nutriunt peſtilẽtiam, dum au-*
50 *ſteriorem diſſimulant adhibere medicinam.* † Negligens enim punire delinquentem, dicitur ejus fautor *c. quantó de ſent. excom. c. nec regiminis 1. quæſt. 7. c. negligere 2. quæſt. 7. c. error. 23. diſt 1. quanta ext. de ſent. excom. c. petens de homicid.* ac latiús proſequitur Gravetta. *d. conſi. 132. num. 3. q. 45. Bart. in l. 1. C. de deſert. & in l. fin. C. præb. lætic. lib. 12. l. pen. de ſacr. palat. l. fin. C. ne Sanct. Babt. iteretur l. ſi quis in hoc genis C. de Epiſc. & Cler. Paris de Puteo in d. tract.*
51 *de ſyndicatu in verb. negligentiam cap. 1. nu. 9.* † Qui enim deſinit obviare perverſis, cúm poſſit, ipſemet conſentit. *§. ſi veró refutaverit in Auth. ut diff. jud. c. conſentire 83. diſt.* Conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent non occurrit. Nam diſſimulans ſcelera, anſam delinquendi præbere, ac qui non reſiſtit fovere delicta tradit, *text. in c. eſt injuſta 23. quæſt. 4. Alvarot. in §. receptatoribus de pace juram firm.*
num.
Digitized by Google

numero 2. ubi loquitur in eo, qui violatorem pacis non capit, vel fugam promovet: Et hęc perſeverantia in non puniendo ſatis arguit negligentiam & approbationem *l. Polla §. ut autem ibi Bart. C. de his quib. ut indig. l. capitalium §. ſolent de pœnis d.l. nemo de Epiſc. aud. l. Papinianus §. meminiſſe de inoffi. teſtamento*: Sic etiam probat *c. conſtitutis l. 1. ext. de teſtibus.* ibi: Et † ob hoc 52
non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ eó, quód ſi voluerit, potuerit prohibere, & ita defenſionis copiam adverſario ſubtrahit. Idem probatur in *c. ſicut dignum §. illi etiam qui non ferirent, de homicid.* ubi dicitur: *Qui potuit hominem liberare á malo & non liberavit eum occidit*: Non enim caret ſcrupulo occultæ ſocietatis. Ita quoq; dicitur *in c. facientis 85. diſtinct. facientis* (inquit textus) *culpam proculdubio habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare, ſcriptum quippe eſt, non ſolúm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, participes judicantur.* Et negligere cúm poſſis, perturbare perverſos, nihil aliud eſt quám fovere. Et probat odiſſe vitia, qui condemnat errantes, neque reliquit ſibi locum deviandi, qui non pepercit erranti. Ac primus innocentiæ gradus eſt, odiſſe nefanda, é contra latum pandit delinquentibus aditum, qui jungit cum pravitate conſenſum. † Diſſimu- 53
latio veró in animo conceptæ ...ris per con-
...jectu-

Jecturas colligitur *l. apud Celſum de doli except. c. ſignificaſti de homicid. gloſſ. & Bald. in l. cúm proponas de bon. autor. jud. poßid.* Dd. *in l. Fulcinius* §. *quid ſit. Quib. ex cauſsis in poſſ. eatur.* Quæ mens facilé ex affectione cujúsque colligi poteſt. *l. reprehendenda C. de Inſtit. & ſubſtit. Et Imp. Juſtin. in* §. *pen. in Auth. ut diff. Judic:* *Quoniam* (inquit) *qui debet vindicare oppreſſum, ipſum opprimere reperitur. Et in* §. *fin. Ut ſtudeant cum timore Dei juſté judicare, ne nos imperantes juſtitiam, cogamus homines relinquere, proprias civitates atque provincias & in loca qualibet alia iniqua concurrere.* Cúm itaque Senatus, diſſimulatione non careat propter negligentiam, in non animadvertendo contra facinoroſos, á quibus civium ædes aliquoties expugnatę fuerint, ut ita Incolæ licentioſiores inde facti, tandem etiam ad deprædationem & rapinam manu armata proceſſerint, neque remedium conveniens ocyús adhibuerit; ac negligens in uno, cenſeatur etiam negligens in alio *gloſſ. in l. fin. C. ſi quis á non &c.* á damno quoque ſarciendo, de prædatis, immunis nó erit & quidem non ex alieno, ſed ex proprio delicto.

54 Sextó: Ad hæc † ut quis de reſtitutione damni teneatur, ſcientia hoc in caſu non requiritur, quin & ſuperior obligatus cenſetur, quámvis ſ[illegible] ignorans; nec etiam neceſſe eſt cer[illegible]æ perſonæ factum a[illegible]equere, ſufficit e-

nim

nim, quod appareat factum, licet ignoretur á quo *l. ſi cum exceptione §. In hac actione quod met. cauſa. Bald. in conſi. 174. Caſus eſt talis num. 3. lib. 2. Calcan. conſi. 61. Myns. obſ. 70. cent. 5. Zaſius conſi. 10. num. 86. Burſat. conſi. 222.* Ubi allegat *Bart. d. l. Ne quid cū Apoſtilla. Et Hippol. de Marſil. in tract. de bannit. verſic. in villa rapere, num. 12.* ubi aſſerit, idem eſſe in delictis, de nocte commiſſis ut obligẽtur, pro ut in clandeſtinis, & ſic, etſi de iis ſcientiam non habeant. Præterea juſta ignorãtia hîc allegari non poteſt. Nam prætérquã, quód delictum fuerit manifeſtum, omnibus etiam ſcientibus & videntibus perpetratum, ignorantia non toleraretur, cúm † ignorare ea, quæ committuntur in rebus, in quibus 55 quis curam & adminiſtrationem habet, valde incivile eſſet *Salicet in l. 1. C. de fals. monet.* Igitur juſtam ignorantiam prætendere Senatus nõ poterit, multominus á damno dato læſis reparando excuſabitur.

Septimó fortius urget, quod adeó † ne- 56 gligentia & culpa Magiſtratus, qui non præſtitit officium á ll. perſtringatur, ut quilibet ex iis, in ſolidum teneatur, ac ꝓinde damnũ non de publica pecunia, ſed de proprio patrimonio emendare teneatur *l. in Magiſtratus de Magiſtr. conven. l. quemadmodum §. ſi Magiſtratus ad l. Aquil ubi Bald.* ibi dicitur ſi Magiſtratus pignus cepit, & res tritas ac corruptas reddat

legi Aquiliæ locum eſſe *l. 3. §. ſed vim. quod met. cauſa l. eum qui de peric. et com. rei vend. l. lectos cum l. ſeq. eod. tit. l. 2. Quod quisque juris*; ubi dicitur: ſi Aſſeſſoris imprudentia jus aliter dictum ſit, quã oportuit, non debet hoc Magiſtratui officere ſed ipſi Aſſeſſori *l. mãcipia C. de ſerv. fugiti.* ubi Bald. notat. quód Officialis in ſuo officio negligens condemnetur. Ubi etiam colligit quomodo negligens dicatur, puta ſi noluerit recipere libellum querimoniarum. Item ſi non fecit reſtitui furtum, vel damna, qui ea pertulit: Addens quod talis negligentia ſit lata culpa & ideó teneatur in ſolidum ut ibi eſt textus *& l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. ubi Bart. & Bald. in l. ſi quando invitos num. 2. C. de teſtibus et in l. pen. C. de pactis. Andr. Barba. conſ. 76. vol. 4. Paris de Puteo in tract. de ſyndic. in verb. (negligentia) c. 1. n. 15. cum ſeqq. Burſarus conſ. 193. n. 1.* Nec excuſatur Magiſtratus quamvis putet ſe juſté facere *d. l. 2. quod quisq; juris d. l. fin. ff. de variis & extraord. cognit.* Et hęc quidẽ obtinent, quando Magiſtratus eſt in dolo & lata culpa. Quod ſi dũtaxat in levi culpa exiſtat, æquius J C Celſus exiſtimavit, pro portione in quémq; eorum actionem dari, *d. l. in Magiſtratus.* Quod tamen Raph. Cuman. ibi inrerp̃tatur ſi ſolvẽdo ſint omnes, alioq; eos qui ſolvendo ſunt, in ſolidũ
57 teneri. † Delictum. n. Domini vel ſubditorũ, non eſt convertendum in dãnum Reipub. vel Eccleſię *c. fin. 23. q. 3. Archid. in c. Dominus in verſ. in*

gloſſ.

gloſſ.23.q.2. Et † quávis ea quæ p Adminiſtra- 58
tores, Decuriones, Antianos, & Priores geruntur, ſi major pars collegii conſentiat, tota civitas obligetur. Nã conſilium generale repſentat civitatẽ *Bart.in l.civitas ff.ſi cert.pet. Bald. in c.1.n.12.et 13.quibus mod.feud.amitt.Dec.conſ.404. n.3.& conſ.407.& conſi.528.n.1.Ripa.lib.1.Reſponſ.c. 6.Bellon.conſ.38.n.1.Menoch.conſ.134.n.14.* Et † ad- 59
miniſtrantes hoc publicũ inter ſe habeãt vinculum, ut q major pars effecerit, perinde ſit, ac ſi omnes egerint. *l. Nominationum C. de Decurion. & l. quod major ad municip.* Alioqui enim malé expedirentur univerſitatis negotia, ſi á majore parte Decurionum, non definirentur, cúm feré ſemper in ejuſmodi ordine ſit contrarietas, ut ſi majori parti non obtemperaretur, tunc cauſæ publicæ indeterminatæ relinquerentur cum exitio & interitu Reipub. ut proinde etiam de pecunia publica ſumtus ſint faciendi & damna reparanda. Hoc tamen intelligendum eſt ſi quid actum ſit á Decurionibus ſalubriter: Nã adminiſtratio eorum eſt civilis, nec cauſam delicti continet. Quare ſi delictum cõmittant, ſit ſané hoc in faciendo, ſive omittendo, homines de univerſitate non obligantur, ſed ſaltem eo in caſu, quãdo Reipub. conditionẽ meliorẽ non autem deteriorem efficiunt, niſi ſingulis de communitate vocatis *l. pen. C. de jure Reipub.* Nam in generali conceſſione

ne adminiſtrationis, non venit poteſtas obligandi ex delicto *l. creditor §. tutius ff. mandati.* Nõ mirum ergo erit, quód Decuriones, ex quaſi delicto obligentur, ut damni reparatio, non ex publico ſed ex cujúsque proprio patrimonio refundatur.

60 Quamvis hi, † qui contradixerint ab hoc onere reparationis ſint eximendi *Bart. in l. aut facta §. nonnunquam de pœnis, num. 7.* ubi inquit: *Saltem eos puniri, qui conſenſerunt, per text. in l. 1. de Magiſtr. conven.* Dum ibi dicitur (*qui præſentes fuerunt*) & ſub *num. 8.* ubi voluit, quód illi qui non deliquerunt, non debeant contribuere in ſolutione collectæ *Abb. Joan. de Anan. in c. dilectas de Simon. & c. Genere de elect. Joan. Andr. in c. Felicis §. 1. de pœnis in 6. ubi Geminian. Cardin. in clem. 1. in verb. civitas de pœn. Angel. conſi. 163. Alex. in addit. ad Bartol. in d. §. nonnunquam Albert. Brun. conſil. 28. num. 11.*

61 Octavó. Quin & † Princeps pro damno dato cõveniri poteſt & ſuperior tenetur pro culpa & negligentia Officialis *l. 1. C. de cond. in publ. horr. lib. 10. ubi gloſſ.* Sic autem textus inquit: *Nam ſi per incuriam officii tui, ſartorum tectorum, neglecta procuratione aliqua, pluviis infecta perierint, ad damnum tuum referẽtur.* probatur etiam *l. 1. Ad l. Jul. repet.* ubi judex tenetur de cõmiſſis in officio, de eo ꝙ malé & indebité per ſuos Officiales & miniſtros fuerit exactum *l. 3. C. de aſ-*
62 *ſeſ. l. 1. §. familiæ de publican.* Ubi † præpoſitus ad vectigal

vectigal tenetur ex facto familiæ, quam ſibi adjunxit, pro illo miniſterio, ubi *Bart.* Et quoque tenetur ex quaſi maleficio §. *fin. Inſtit. de oblig. quæ ex q. deli. Bart. in l debet Naut. Caup. Stab.* & quidem ſuo nomine inſolidũ tenetur *Bart. in l. videamus Locati, l. cum exhibuiſſent ff. de publican. ubi gloſſ. et in l. et ita Naut. Caup. Stab: Canoniſtæ in c. 1. de reſtit. ſpoliat.* Et ſupra oſtẽdimus, quod ipſemet Dominus territorii teneatur de deṗdatione facta in territorio *Bartol. & Dd. in d. l. Ne quid de incend. ruin. nauf.* cum aliis ibi allegatis: Et ideó Principi Regalia ſunt conceſſa, ut is, propter excellentiã regaliter utatur, hoc eſt, ut regia manu, vias publicas & totam provinciam ſecuram & tutiſſimam reddat. Nec † 63
præſumendum eſt, principem velle Regalibus abuti, ſed potius ſalvum conductum, & ſecuritatem publicam, ſumma fide conſervare, & non ſolúm ſubditos, ſed & exteros mercatores, á quibus propter commercia & nũdinationes, ærarium Electoris lucrum percipit, defendere *l. 1. C. Qui ætat. ven. impet.* Principis enim officio incumbit, perſonas ac res á violentis opprimentium manibus defendere *c. princeps c. regum c. adminiſtratores 23. quæſt. 5. Cacheranus deciſ. 88. num. 15.* Adeó quidem ut & ignorans obligetur, prout ex ſexto fundamẽto colligitur, ita ut ſententia minimé expectanda ſit, cúm is, qui ſervus eſt juſtitiæ, á ſe ipſo intelligat, ad quid ſit alligatus. † Sic quo- 64
que

neri, ſi in ejus pvincia deprædatio facta fuerit: ſi veró ſalvum fore receperit, quod periculum cuſtodię ſubeat, & hoc caſu, Dominus magis de periculo obſtrictus eſt, prout etiam in noſtro caſu, ubi tacita & expreſſa ſecuritatis & cuſtodiæ eſt promiſſio. Quando autem quis de periculo tenetur, tunc ſi res fuerit ſurrepta, tenebitur is, qui periculum ſuſcepit. Sic etiam traditur *in l. 1 ff. Naut. Caup. Stab.* ubi textus ait: *Maximam utilitatē ejus edicti eſſe, quod neceſſe ſit plerumque eorum fidem ſequi resque eorum cuſtodiæ committere, ſalvum autem recepiſſe non ſolúm is intelligitur, ſi in navem res miſſæ, ei aſſignatæ ſunt, ſive non aſſignatæ, modó in navem miſſæ ſint: Et non ſolúm factum nautarum præſtare debet; ſed & vectorū; a in l. ſeq. ſicut & caupo, viatorum: Et is qui ſalvum fore recepit, non tantum á furto ſed etiam á damno recipere videtur l. Nauta. ff. Naut. Caup. Stab.* Quod cúm hæc in iis obtineant, qui nullam mercedem pro cuſtodia accipiunt, prout in Nauta Caupone & Stabulario accidit, hi enim pecuniam non pro cuſtodia, ſed ut Nauta vectores trajiciat, Caupo ut viatores in Caupona manere patiatur: & Stabularius ut pmittat jumēta penes eum ſtabulari, multó magis obtinere debent, in Dominis & ſuperioribus qui pecuniam & emolumentū pro cuſtodia accipiunt, & quorum fidem illi ſequūtur. Quód ſi illi de leviſſima culpa teneantur *Bald. in l. certi C. Locati*: multó potius & Magi-

giſtratus

ſtratus qui diligentiam hanc pecunia accepta in ſe recepit. Sic igitur Senatus ampliſſimus, in propoſito non ſolúm factum ſuum; ſed & factum inhabitãtium & etiam extraneorum, adeóque & viatorum præſtate debet, ſi res civium & peregrinorum hoſpitum deprædatæ ſint. Rem enim ſalvam fore, in ſe recepit, vectigal percipiendo & promiſſione facta in privilegio Cæſareo.

Decimó † violentiæ & rapinæ ſunt de jure 68
exoſæ adeó, ut etiam quibuscúnque modis & rationibus leges potuerũt, ſubvenire ſpoliatis, id ſumma contentione & maximo ſtudio præſtiterint. Unde pluribus remediis deprędatis ſuccurſum fuit, & nedum per viam agẽdi, ſed etiam excipiendi, aliisq; modis quámplurimis *c. cum dilectus c. ſuper ſpolio ext. de ordi. cognit. l. 1. §. ne quid autem §. illud de vi. & vi. arm. l. ſi quis in tantum l. invaſor. l. redintegranda l. meminerint & l. fin. C. unde vi. & laté Jacob. Menach. in tract. de Recupér. poſ. Ferrar. in forma libelli. in cauſa ſpoliatæ poſſeſsionis §. coram vobis numero 1.* Itaque eó reſpiciendum eſt, ut læſis atque oppreſſis ſubveniatur & ut indemnes conſerventur.

Undecimó. Evidentiús hæc ſententia oſtenditur. Nam non ſolúm ad defenſionem ædium & rerum ablatarum, Senatus ampliſſ. ratione officii, ſibi incumbentis, obligatus fuit; ſed etiam ipſa communitas, per regulam generalem. † Quod videns damnum dare, 69

jecturas colligitur *l. apud Celſum de doli except. c. ſignificaſti de homicid. gloſſ. & Bald. in l. cúm proponas de bon. autor. jud. poſſid. Dd. in l. Fulcinius §. quid ſit. Quib. ex cauſis in poſſ. eatur.* Quæ mens facilé ex affectione cujúsque colligi poteſt. *l. reprehendenda C. de Inſtit. & ſubſtit. Et Imp. Juſtin. in §. pen. in Auth. ut diſſ. Judic: Quoniam* (inquit) *qui debet vindicare oppreſſum, ipſum opprimere reperitur. Et in §. fin. Ut ſtudeant cum timore Dei juſté judicare, ne nos imperantes juſtitiam, cogamus homines relinquere, proprias civitates atque provincias & in loca quælibet alia iniqua concurrere.* Cúm itaque Senatus, diſſimulatione non careat propter negligentiam, in non animadvertendo contra facinoroſos, á quibus civium ædes aliquoties expugnatę fuerint, ut ita Incolæ licentioſiores inde facti, tandem etiam ad deprædationem & rapinam manu armata proceſſerint, neque remedium conveniens ocyús adhibuerit; ac negligens in uno, cenſeatur etiam negligens in alio *gloſſ. in l. fin. C. ſi quis á non &c.* á damno quoque ſarciendo, de prædatis, immunis nó erit & quidem non ex alieno, ſed ex proprio delicto.

54 Sextó: Ad hæc † ut quis de reſtitutione damni teneatur, ſcientia hoc in caſu non requiritur, quin & ſuperior obligatus cenſetur, quámvis [illegible] ignorans; nec etiam neceſſe eſt cer[illegible]æ perſonæ factum a[illegible]rguere, ſufficit e-

nim

nim, quod appareat factum, licet ignoretur á quo *l. ſi cum exceptione §. In hac actione quod met. cauſa. Bald. in conſi. 174. Caſus eſt talis num. 3. lib. 2. Calcan. conſi. 61. Myns. obſ. 70. cent. 5. Zaſius conſi. 10. num. 86. Burſat. conſi. 222.* Ubi allegat *Bart. d. l. Ne quid cũ Apoſtilla. Et Hippol. de Marſil. in tract. de bannit. verſic. in villa rapere, num. 12.* ubi aſſerit, idem eſſe in delictis, de nocte commiſſis ut obligētur, pro ut in clandeſtinis, & ſic, etſi de iis ſcientiam non habeant. Præterea juſta ignorātia hîc allegari non poteſt. Nam prætērquā, quód delictum fuerit manifeſtum, omnibus etiam ſcientibus & videntibus perpetratum, ignorantia non toleraretur, cúm † ignorare ea, quæ committuntur in rebus, in quibus 55
quis curam & adminiſtrationem habet, valde incivile eſſet *Salicet in l. 1. C. de fals. monet.* Igitur juſtam ignorantiam prætendere Senatus nō poterit, multominus á damno dato læſis reparando excuſabitur.

Septimó fortius urget, quod adeó † ne- 56
gligentia & culpa Magiſtratus, qui non præſtitit officium á ll. perſtringatur, ut quilibet ex iis, in ſolidum teneatur, ac ꝓinde damnũ non de publica pecunia, ſed de proprio patrimonio emendare teneatur *l. in Magiſtratus de Magiſtr. conven. l. quemadmodum §. ſi Magiſtratus ad l. Aquil ubi Bald.* ibi dicitur ſi Magiſtratus pignus cepit, & res tritas ac corruptas reddat

 legi

legi Aquiliæ locum eſſe *l. 3. §. ſed vim. quod met. cauſa l. eum qui de peric. et com. rei vend. l. lectos cum l. ſeq. eod. tit. l. 2. Quod quisque juris*; ubi dicitur: ſi Aſſeſſoris imprudentia jus aliter dictum ſit, quã oportuit, non debet hoc Magiſtratui officere ſed ipſi Aſſeſſori *l. mãcipia C. de ſerv. fugiti.* ubi Bald. notat. quód Officialis in ſuo officio negligens condemnetur. Ubi etiam colligit quomodo negligens dicatur, puta ſi noluerit recipere libellum querimoniarum. Item ſi non fecit reſtitui furtum, vel damna, qui ea pertulit: Addens quod talis negligentia ſit lata culpa & ideó teneatur in ſolidum ut ibi eſt textus *& l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. ubi Bart. & Bald. in l. ſi quando invitos num. 2. C. de teſtibus et in l. pen. C. de pactis. Andr. Barba. conſ. 76. vol. 4. Paris de Puteo in tract. de ſyndic. in verb. (negligentia) c. 1. n. 15. cum ſeqq. Burſarus conſ. 193. n. 1.* Nec excuſatur Magiſtratus quamvis putet ſe juſté facere *d. l. 2. quod quisq; juris d. l. fin. ff. de variis & extraord. cognit.* Et hęc quidẽ obtinent, quando Magiſtratus eſt in dolo & lata culpa. Quod ſi dũtaxat in levi culpa exiſtat, æquius JC Celſus exiſtimavit, pro portione in quémq; eorum actionem dari, *d. l. in Magiſtratus.* Quod tamen Raph. Cuman. ibi inrerp̃tatur ſi ſolvẽdo ſint omnes, alioq; eos qui ſolvendo ſunt, in ſolidũ

57 teneri. † Delictum. n. Domini vel ſubditorũ, non eſt convertendum in dãnum Reipub. vel Eccleſię *c. fin. 23. q. 3. Archid. in c. Dominus in verſ. in gloſſ.*

Digitized by Google

gloſſ. 23. q. 2. Et † quāvis ea quæ p Adminiſtra- 58
tores, Decuriones, Antianos, & Priores geruntur, ſi major pars collegii conſentiat, tota civitas obligetur. Nā conſilium generale repſentat civitatē *Bart. in l. civitas ff. ſi cert. pet. Bald. in c. 1. n. 12. et 13. quibus mod. feud. amitt. Dec. conſ. 404. n. 3. & conſ. 407. & conſi. 528. n. 1. Ripa. lib. 1. Reſponſ. c. 6. Bellon. conſ. 38. n. 1. Menoch. conſ. 134. n. 14.* Et † ad- 59
miniſtrantes hoc publicū inter ſe habeāt vinculum, ut q̀ major pars effecerit, perinde ſit, ac ſi omnes egerint. *l. Nominationum C. de Decurion. & l. quod major ad municip.* Alioqui enim malé expedirentur univerſitatis negotia, ſi á majore parte Decurionum, non definirentur, cúm feré ſemper in ejuſmodi ordine ſit contrarietas, ut ſi majori parti non obtemperaretur, tunc cauſæ publicæ indeterminatæ relinquerentur cum exitio & interitu Reipub. ut proinde etiam de pecunia publica ſumtus ſint faciendi & damna reparanda. Hoc tamen intelligendum eſt ſi quid actum ſit á Decurionibus ſalubriter: Nā adminiſtratio eorum eſt civilis, nec cauſam delicti continet. Quare ſi delictum cōmittant, ſit ſané hoc in faciendo, ſive omittendo, homines de univerſitate non obligantur, ſed ſaltem eo in caſu, quādo Reipub. conditionē meliorē non autem deteriorem efficiunt, niſi ſingulis de communitate vocatis *l. pen. C. de jure Reipub.* Nam in generali conceſſione

ne adminiſtrationis, non venit poteſtas obligandi ex delicto *l. creditor §. tutius ff. mandati.* Nõ mirum ergo erit, quód Decuriones, ex quaſi delicto obligentur, ut damni reparatio, non ex publico ſed ex cujúsque proprio patrimonio refundatur.

60 Quamvis hi, † qui contradixerint ab hoc onere reparationis ſint eximendi *Bart. in l. aut facta §. nonnunquam de pœnis, num. 7.* ubi inquit: *Saltem eos puniri, qui conſenſerunt, per text. in l. 1. de Magiſtr. conven.* Dum ibi dicitur (*qui præſentes fuerunt*) & ſub *num. 8.* ubi voluit, quód illi qui non deliquerunt, non debeant contribuere in ſolutione collectæ *Abb. Joan. de Anan. in c. dilectas de Simon. & c. Genere de elect. Joan. Andr. in c. Felicis §. 1. de pœnis in 6. ubi Geminian. Cardin. in clem. 1. in verb. civitas de pœn. Angel. conſi. 163. Alex. in addit. ad Bartol. in d. §. nonnunquam Albert. Brun. conſil. 28. num. 11.*

61 Octavó. Quin & † Princeps pro damno dato cõveniri poteſt & ſuperior tenetur pro culpa & negligentia Officialis *l. 1. C. de cond. in publ. horr. lib. 10. ubi gloſſ.* Sic autem textus inquit: *Nam ſi per incuriam officii tui, ſartorum tectorum, neglecta procuratione aliqua, pluviis infecta perierint, ad damnum tuum referẽtur.* probatur etiam *l. 1. Ad l. Jul. repet.* ubi judex tenetur de cõmiſſis in officio, de eo ꝙ malé & indebité per ſuos Officiales & miniſtros fuerit exactum *l. 3. C. de aſ-*
62 *ſeſ. l. 1. § familiæ de publican.* Ubi † præpoſitus ad

vectigal

vectigal tenetur ex facto familiæ, quam ſibi adjunxit, pro illo miniſterio, ubi *Bart.* Et quoque tenetur ex quaſi maleficio §. *fin. Inſtit. de oblig. quæ ex q. deli. Bart. in l debet Naut. Caup. Stab.* & quidem ſuo nomine inſolidũ tenetur *Bart. in l. videamus Locati, l. cum exhibuiſſent ff. de publican. ubi gloſſ. et in l. et ita Naut. Caup. Stab: Canoniſtæ in c. 1. de reſtit. ſpoliat.* Et ſupra oſtẽdimus, quód ipſemet Dominus territorii teneatur de depdatione facta in territorio *Bartol. & Dd. in d. l. Ne quid de incend. ruin. nauf.* cum aliis ibi allegatis: Et ideó Principi Regalia ſunt conceſſa, ut is, propter excellentiá regaliter utatur, hoc eſt, ut regia manu, vias publicas & totam provinciam ſecuram & tutiſſimam reddat. Nec † 63
præſumendum eſt, principem velle Regalibus abuti, ſed potius ſalvum conductum, & ſecuritatem publicam, ſumma fide conſervare, & non ſolúm ſubditos, ſed & exteros mercatores, á quibus propter commercia & nũdinationes, ærarium Electoris lucrum percipit, defendere *l. 1. C. Qui ætat. ven. impet.* Principis enim officio incumbit, perſonas ac res á violentis opprimentium manibus defendere *c. princeps c. regum c. adminiſtratores 23. quæſt. 5. Cacheranus deciſ. 88. num. 15.* Adeó quidem ut & ignorans obligetur, prout ex ſexto fundamẽto colligitur, ita ut ſententia minimé expectanda ſit, cúm is, qui ſervus eſt juſtitiæ, á ſe ipſo intelligat, ad quid ſit alligatus. † Sic quo- 64

que

que Dominus tenetur ad damna ſarcienda, quæ ab ejus ſtipendiariis data ſunt *gloſſ. in l. 2. §. ſi quis non vi hominis ff. vi bon. rapt. Bald. in l. 1. C. de ſerv. fugit. Angel. in l. 1. ff. de probat.* Quod enim fit per Officiales, Dominus ipſe feciſſe intelligitur *Bart. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi Prætori de oper. novi. nunc l. fluminum §. quãquam de damn. inf. text. in d. c. conſtitutis ext. de teſtib. Innocent. in c. dilectis filiis ext. de Simõ. Angel. in l. 1. de probat.* Nam cum Dominus pro cuſtodia vectigal & pedagium percipit, ut etiam ſupra monuimus, tunc nõ ſolúm tenetur pro Officialibus, verum etiam pro aliis, extraneis quoque: Et ſic periculum ad eum ſpectat, á quocúnque id datum ſit, adeóq; de facto omnium tenetur. Non igitur id ſolúm conſiderandum, quid Senatus omiſſione peccaverit, ſed etiam quid ab aliis quibuscunque etiam, in ſecuritate infringenda commiſſum & perpetratum ſit. *Et Andr. de Iſernia in conſtit. Regni, edita per regem Robertum ſuper Inciſionib.* ait, de jure in terris Dominii, Regem teneri pro robaria clandeſtina: idẽ ſentit *Lucas de pœna in l. annonas C. de erogat. militar. an. lib. 12.* ubi dixit: Quod ob defectum Regis inſurgant latrones in territoriis, & ideo debere Regem reſtituere damna ſpoliatis. Allegat ad hoc *Thom. de Aquinat. in 2. quæſt. 63.*
65 † Nam Rex habet reditus regni, ut juſtitiam faciat, ſuis ſtipendiis, & propter tributa ſibi ſoluta, debet ſubditos defende-

re

re *c. tributū 23.quæſt.8. §. cogitatio in Auth. ut judic. ſine quoque ſuffrag. §.ne autem in Auth.de judicib.* Ex quibus omnibus efficitur, & ne Principem quidem á damno reparando exemptum eſſe, imó Principem abſoluté conveniendum; † cúm traditum ſit, civitatem Principi ſubditam, non poſſe ſecuritatem cõcedere: Hoc enim ad ſolum Principem ſpectat *l.relegati ubi Bart. & Alber. de pœnis Angel. in l. utimur de ſepulc. viol. l. 4. §. ſi quis mortis cauſa de inoff. teſtamento Decian.reſponſo.18.num.120.vol,1.* 66

Nonó clari juris eſt, Dominum non ſolúm in publicis negotiis & officiis teneri, de facto ſuorum, ſed etiam in privatis rebus *l. unica furti. adverſ. Naut. Caup. Stabul.* ubi textus his verbis inquit: † *In eos qui naves, Cauponas Stabula exercent, ſi quid á quoquo eorum, quoſve ibi habebunt, furtum factum eſſe dicetur, judicium datur, ſive furtum ope & conſilio exercitoris factum ſit, ſive eorum qui in ea nave, navigandi cauſa eſſent, & datur actio in duplum: Quód ſi receperit ſalvum fore Caupo vel Nauta, furti actionem non Dominus rei ſurreptæ, ſed ipſe habet, quia recipiendo periculum cuſtodiæ ſubiit.* Ex quo textu ſatis evidenter apparet, quód etſi Caupo, exercitor vel Stabularius, ſalvum fore non receperit, eum de furto nihilominus obligari, pro ut ſupra in primo fundamento oſtendimus, Magiſtratum teneri, 67

neri, ſi in ejus ꝓvincia deprædatio facta fuerit: ſi veró ſalvum fore receperit, quod periculum cuſtodię ſubeat, & hoc caſu, Dominus magis de periculo obſtrictus eſt, prout etiam in noſtro caſu, ubi tacita & expreſſa ſecuritatis & cuſtodiæ eſt promiſſio. Quando autem quis de periculo tenetur, tunc ſi res fuerit ſurrepta, tenebitur is, qui periculum ſuſcepit. Sic etiam traditur *in l. 1 ff. Naut. Caup. Stab.* ubi textus ait: *Maximam utilitatẽ ejus edicti eſſe, quod neceſſe ſit plerumque eorum fidem ſequi resque eorum cuſtodiæ committere, ſalvum autem recepiſſe non ſolúm is intelligitur, ſi in navem res miſſæ, ei aßignatæ ſunt, ſive non aßignatæ, modó in navem miſſæ ſint: Et non ſolúm factum nautarum præſtare debet; ſed & vectorũ; a in l. ſeq. ſicut & caupo, viatorum: Et is qui ſalvum fore recepit, non tantum á furto ſed etiam á damno recipere videtur l. Nauta. ff. Naut. Caup. Stab.* Quod cúm hæc in iis obtineant, qui nullam mercedem pro cuſtodia accipiunt, prout in Nauta Caupone & Stabulario accidit, hi enim pecuniam non pro cuſtodia, ſed ut Nauta vectores trajiciat, Caupo ut viatores in Caupona manere patiatur: & Stabularius ut permittat jumẽta penes eum ſtabulari, multó magis obtinere debent, in Dominis & ſuperioribus qui pecuniam & emolumentũ pro cuſtodia accipiunt, & quorum fidem illi ſequũtur. Quód ſi illi de leviſſima culpa teneantur *Bald. in l. certi C. Locati*: multó potius & Magi-

giſtratus

ſtratus qui diligentiam hanc pecunia accepta in ſe recepit. Sic igitur Senatus ampliſſimus, in propoſito non ſolúm factum ſuum; ſed & factum inhabitãtium & etiam extraneorum, adeóque & viatorum præſtate debet, ſi res civium & peregrinorum hoſpitum deprædatæ ſint. Rem enim ſalvam fore, in ſe recepit, vectigal percipiendo & promiſſione facta in privilegio Cæſareo.

Decimó † violentiæ & rapinæ ſunt de jure 68
exoſæ adeó, ut etiam quibuscúnque modis & rationibus leges potuerũt, ſubvenire ſpoliatis, id ſumma contentione & maximo ſtudio præſtiterint. Unde pluribus remediis deprędatis ſuccurſum fuit, & nedum per viam agẽdi, ſed etiam excipiendi, aliisq; modis quámplurimis *c. cum dilectus c. ſuper ſpolio ext. de ordi: cognit. l. 1. §. ne quid autem §. illud de vi. & vi. arm. l. ſi quis in tantum l. invaſor. l. redintegranda l. meminerint & l. fin. C. unde vi. & laté Jacob. Menach. in tract. de Recupér. poſ. Ferrar. in forma libelli. in cauſa ſpoliatæ poſſeßionis §. coram vobis numero 1.* Itaque eó reſpiciendum eſt, ut læſis atque oppreſſis ſubveniatur & ut indemnes conſerventur.

Undecimó. Evidentiús hæc ſententia oſtenditur. Nam non ſolúm ad defenſionem ædium & rerum ablatarum, Senatus ampliſſ. ratione officii, ſibi incumbentis, obligatus fuit; ſed etiam ipſa communitas, per regulam generalem. † Quod videns damnum dare, 69

vel maleficium cõmittere, reſiſtere tenetur *not. in l. 1. §. item quæſivit ad Syllan. c. culpa non caret de reg. j. in 6. & c. non eſt ſine culpa eod. tit. notatur. in l. ut in vim ff. de juſt. & j.* Et in terminis noſtris tradit *Angel. in d. l. ne quid. ff. de incend. ruin. naufr.* ubi expreſsé dicit: *Quod ſi in territorio alicujus villæ vel caſtri committatur robaria, villa vel caſtrum tenetur emendare damnum, ſi modo potuit prohibere, & non prohibuit ne robaria fieret.* Et ſequitur. *Jul. Clar. lib. 5. ſent. § fin. quæſt. 62. In primo Statuto verſic. quod villa teneatur pro damnis. Rimin. conſi. 116. numero 17. volum. 4.*

Quod autem communitas potuiſſet impedire, de hoc ſané dubium nullum eſt, cúm á Senatu diligentiſſimé ad auxilium ferendum admonita fuerit, adeó quidem, ut non ſolúm deprædatores repellere recuſaverint, ſed etiam quoad fieri potuit, reſti-
70 terint, ne depulſio fieret. † Civitas autem dicitur delinquere eo ipſo, quod tolerat, quæ injuſté & licité perpetrantur á ſubditis *c. felicis §. civitas de pœnis lib. 6. c. quanquam de uſuris lib. 6.* Sic etiam quando non punit ubi poteſt· nam talem vindictam negligere, fovere, jubere, nihil aliud eſt quám delinquere *l. qui patitur ff. Mandati l. omnes judices ff. de appell. & ibi not. l. per hanc C. de advocat. diverſ. judic. l. 1. C. de Præpos. ſacr. ſcrin.* ubi nolunt quod etiam ſuperiori reſiſtendum

ſi in

ſi injuſté agat. Et ſatis eleganter hoc proſecutus fuit *Anchor.conſ.158.* ubi puniũtur ſubditi, qui non reſtiterunt prelato, aliam Eccleſiam violenter ſupprimenti & ſpolianti. ac juribus jam ſupra allegatis probatum fuit. Subditi enim tenentur reſiſtere, ne delicti participes reddantur. *c. admonendi 2. quæſt. 7. Ant. Capicius deciſ. 130. numer. 69.* Et quamvis alioqui ad hoc † ut communitas teneatur, re- 71
quiratur convocatio & congregatio *Bartol. in l. aut facta §. delinquunt ff. de pœnis. Panorm. in c. dilectus l. 2. de Simon.* ubi etiam *Joan. de Anan.* Attamen vix negari poterit, quin á communitate conventicula ſint habita, conventiones & pacta inita, cum non ſolúm totus populus, eó, ubi deprædatio facta eſt cõcurſum fecerit, & delinquentes non ſolúm non depulerint, verum etiam impedientes, & reſiſtentes, qui á Senatu ampliſſimo eó ablegati fuerunt, minis, manu armata, retró coegerint, nec etiam verbis duntaxat oſtenderint, rectiſſimé ac juſtiſſimé hoc delictum perpetrari ſed & ipſo facto. Ex quibus omnibus, animus quis ad impediendum delictum fuerit ſatis evidentiſſimé colligitur *c. dilecti filii de appellat. l. de quib. ff. de ll. l. certum ff. ſi cert. pet.* Cæterũ † delinquere illi re- 72
cté dicuntur, ſi eis approbantib. delictum fiat ab iis qui ſunt de eorum corpore, præſertim ex facto omnium in delicto concur-

rentium, pro ut arguit *Anchoran. in d. conſi. 158. n.*
73 *12.* Præterea quando † delictum habet cauſam ſucceſſivam prout in ſeditione, rebellione, bello & ſimilibus: convocatio & communicatum conſilium non eſt neceſſarium, cúm tamen hìc per intimationes factas, ſatis convocatio coarguatur & cenſetur propter tolerantiam delictum ab univerſitate & communitate ratificatum. *Alber. Brun. conſil. 28. num. 11.*
74 *Anton. Capic. deciſ. 130. num. 59.* † ſufficit ad hoc, ut communitas obligetur, factum majoris & præcipuæ partis, ob quam cauſam non ſolúm puniuntur qui deliquerint, ſed tota univerſitas *Bart. & Dd. in d. §. delinquunt: Betr. de Anchor. conſi. 154. & in clem. 1. de pœnis ubi Card. Flor. Joan. de Anan. in d. c. cum dilectus Salicet in l. 1. C. de ſedit. Jaſon in l. civitas ff. ſi cert. pet. & in conſil. 139. vol. 4. ubi*
75 *conſuluit.* † Quód communitas & non ſingulares perſonæ ſint conveniendæ, quando bona in caſu rebellionis ſunt deprædata, in loco eminenti & publico, ubi facilé in omniũ notitiam potuit pervenire ut omnes patiendo, tacité conſentiendo & ratificando videantur deliquiſſe *l. ſed ſi ex dolo §. 1. ff. de dolo l. 1. §. dejeciſſe de vi et vi armat. Innocent. in c. gravem de ſent. excom. Decian. reſpon. 60. num. 6. vol. 1. & reſpon. 103. num. 14.*
76 *vol. 3.* † Quin etſi communitas quid feciſſet, attamen minus bené, & non ſic, prout facere debuiſſet ideóque ad damnum reſarciendum obligatur. *Calcan. conſi. 59. num. 1. ubi alleg. l. ſi ſervum*

vum.§.ex plauſtro.Ad l Aquil.l.qui occidit §.in hoc ff. eod. Quantó magis tenebitur ſi prorſus non reſtiterit! † Quāvis in executione, quę fieret 77
pro pœna imponenda communitati, vel univerſitati, illi qui contradixerunt & innocentes forent nec adſolvendam collectam, ſi qua impoſita, pro ſolutione condemnationis cō-munitatis compellendi *Albert. Brun. in d.conſil. 28.num.11.* ubi quoque tradit quód communitas etiam de facto Regentium & Adminiſtratorum teneatur, ipſam tamen habere regreſſum contra Adminiſtratores pro interreſſe. *Allegat. Angel. & Joan. de Anan. in d.c. dilectus de Simon & Felin. in c. cum omnes de conſtit.* Itaq; ex his colligitur, quód communitas teneatur ad reparationem damni, cúm non ſolúm non reſtiterit; ſed magis etiā maleficium promoverit: Et pro hac ſententia etiam conſuluit. *Laurent. de curte. conſi. 63.* quód relatum eſt inter conſil. *Calcanei.* ubi voluit, quód † commu- 78
nitas quæ videndo & ridendo damnum dari ſive maleficium committi, & non obviarit, ſeque malé oblectaverit, quamvis feré omnes, ad ſonum Campanæ, in illa propoſita facti ſpecie ſecundúm *d. Laurent. de curt.* ad ignē accurriſſent; tamen cum absque vaſis, ſitulis & aqua, eó pervenerint, & ſic nō debito modo ab eis factus ſit ſuccurſus, neque opem tulerint, ſed cum lætitia quaſi ignem ſint intuiti, donec fœnile fuerit combuſtum, quod a-

lioqui conſervatum fuiſſet, ſi auxilium legitimo modo præſtitiſſent, ad damni reſtitutioné teneatur. Et eſt text. in *l. 1 §. hoc reſcriptum ff. ad Syllan. quem Bart.* ibi ſummé notari jubet, ad ſtatutum cõtra homines villarum, pro damnis datis, qui fingunt ſe velle capere malefactores, & id efficere non potuiſſe, quia pulſant campanas, & excitant rumores, attendi
79 hoc non debere. Quoniam † omne malé ſive inepté factum, præſumitur pravé factum *c. 1. de præſumt. c. ſi quis non iratus 15. quæſt. 1. & quæſt. 6. c. 1. in fin. Calcan. d. conſi. 39. in prin.* Nam cúm non fecerint, quod potuerunt, ſed potius lęſi damnum dare paſſi fuerint, nec reſtiterint p̃donib. præter damni reſtitutionem puniendos arbitrio judicis allegat *l. 1. & 2. C. de his qui latr. Ludovic. Rom. in d. l. 1. §. ſubvenitur*: allegat etjam pro hac determinatione *Alberic. in ſecunda*
80 *parte ſtatutorum*, qui decidit, † ſi delictum ſit cõmiſſum in finib. duarum villarum & utraq; neglexit obviare, utramq; teneri pœna ſtatuti *per text. in l. jurisperitos §. cũ oriundus de excuſ. tut. facit l. 1. §. fin. l. 2. l. ſi vero §. qui ex mediano. ff. de his qui deiec. vel eff.* Et loquitur etiam *Albert. in d. lo-*
81 *co* in fortiorib. terminis. Quod † etſi malefactor fuiſſet alia ex cauſa captus, æqué villa nõ excuſata, ſed de negligẽtia punienda, quámvis ex ſtatuto obligata eſſet communitas ſaltem ad capiendos delinquentes *l. 1. ff. quem ſervit.*

ſervit. amit. ut pauló antedictum fuit; ſimili quoque ratione † tenetur communitas 82
reparare damnum datum ab hoſtibus, ſi ſit in culpa, quamvis damnum ſit datum ab incerta perſona *gloſſ & Bart. in l. de uſu ff. de var. & extraord. cognit. Ferrerius in tract. qualiter loca obſeſſa. hab. poſ. ſine pugna & in tract. de Bello juſto et injuſt. numer. 122. Sebaſt. Medic. in tract. de caſib. fortuit. quæſt. 11. num. 56.* Fortificantur prædicta. Nam cúm Senatus in privilegio Cæſareo, ratione nundinarum impetrato pro cõmunitate † promiſerint ſalvum conductum, 83
ipſam quoque communitatem obligaverũt, ad ſecuritatem præſtandam, cúm Senatus repræſentet ipſam communitatem *gloſſ. in Rubr. C. quæ ſit long. conſuet. & in l. 1. C. de Decurion. lib. 10. Bart. in l. nulli quod cujusque univerſit. & in Rubr. de Decur. in ff.* ut proinde utrinque tam Regentes quám etiam communitas ad præſtandam ſecuritatem, & ſi quod inde per omiſſionem damnum fuerit ſubſecutum, ad illius reparationem arctiſſimé ſint devincti.

Pro contraria veró ſententia, ex parte ampliſſimi Senatus facere videntur. Primó hoc juris vulgatum Axioma † NEMINEM 84
EX DELICTO ALTERIUS OBLIGARI, VEL ODIO ET CULPA ALTERIUS PRÆGRAVARI DEBERE *c. ſi Epiſcopum 16. quæſt. 6.* ubi delictum perſonæ in damnum Eccle-

ſiæ non vertendum vetatur, & *c. Epiſcopo: ead. quæſt.* ubi propter Abbatis peccatum poſſeſſio Monaſterii non tollitur. *l. ſi quis §. legis C. de inoff. teſtamento*, ubi hoc iniquum judicatur ut alieno odio alius prægravetur, & ideó penitus delendum, imó crudele eſſe ibi exiſtimat Imperator. Et probatur in Reg. *Non debet de*
85 *Reg. J. in 6.* Æquiſſimum enim eſt † pœnam ſuos autores tenere, nec eorum perſonas egredi *l. Sancimus C. de pœnis: Sancimus*, inquiunt, Imperat. Arcad. & Honor. *ibi eſſe pœnam, ubi & noxa eſt, & peccata ſuos teneant autores, nec ulterius progrediatur metus, quám reperiatur delictum.* Idem habetur *in c. quæſivit ext. de his quæ fiunt á major. part. capit. et c. in crimen 1. quæſt. 4.* ubi unusquisq; ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni cri-
86 minis ſucceſſor cõſtituitur. Quó & illud pertinet † UBI NON EST CULPA IBI NON
87 DEBET ESSE POENA *c. 2. de conſtit.* Atq; hinc eſt, quod † injuſtum ac invalidum dicat[ur] ſtatutum quo inducitur, patrem propter delictum filii cadere de feudo *Bald. in l. unic. C. de*
88 *de his quæ pœn. nomine.* Pariter quoque ſtatutum reprobandum quod † ſi unus ex villa non ſit ſolvendo, quod ab aliis de villa ſit exigẽdum
89 *Bart. in l. legatorum ff. de leg. 2. Immol. in l. cum filius de. V. O.* Inde etiam deſcendit: quód † non valeat pactum inter conſortes, ut ſi quis ex iis delinquat & de maleficio condemnetur, omnes pro eo contribuere teneantur. *Bart. in l.*

ſi á

ſi à reo §.fin.ff. de fidejuſſ. Et ideo † nec obliga- 90
tur Dominus pro delicto ſubditi, nec civitas pro delicto civis ſui, *Grammat. deciſ. 47. num. 1. ubi allegat. Bart. in l. 1. arborum furtim cæs. & conſtit. regni in verb. ſi damna.* Et ita etiam ſentit. *Petr. Corneus conſil. 123. lib. 1.* Et ſuadet hoc maximé
ratio naturalis. † Alteri enim per alterum nõ 91
debet iniqua conditio inferri. §. *ſi quis alium Inſt. de inutilib. ſtipul. et l. non debet ff. de reg. jur.* Nec factum alterius, ei, qui nihil fecit, vel cõmiſit nocere vel officere debet *l. de pupillo §. ſi plurium ff. de oper. novi. nunc.* Atque in noſtro propoſito optimé probat text. *in §. Quoniam veró in Auth. ut nulli judic. liceat hab.* ubi imperat. Juſtinianus conſtituit, ac ſeveré prohibet, ne hi, qui nihil commiſerunt, pro aliis puniantur, aut eorum vicis damnum inferatur: *nos enim,* inquit, *reos quidem ex legib. pœnam ſuſtinere volumus, damna veró ſubjectis noſtris inferre nullatenus concedimus.* Inſuper etiam contrafacientibus graviſſimas pœnas imponit his verbis: *Si enim præter hæc quid fiat, ipſe provinciæ judex omne ex hoc accidens damnum læſis medebitur, et ſuppliciis ſubjectis exilio tradetur, & conſiliarius ejus ſimile ſuſtinebit ſupplicium*: valdé igitur iniquum eſſet, ſi Senatus propter delictum quorundam ſubjectorum damnum datũ ſuſtineret. Et ibi quoque *gloſſ.* in verbo, *vicis,* notare jubet, contra poteſtatem, quę punit communitatem pro aliquo delinquente. Et ibi *Jacob. de Bellovi.* ſe-

quitur, ac traditur *in l. nullam C. de execut. & exact.* ubi Imperator nullam in ſe poſſeſſionem alterius, pro alienis debitis publicis vel privatis conveniri, inhibet. *Et in Authent. ut non fiant pignor.* ubi in quadruplum reddendum, quod alicui pro altero per violentiam ablatum eſt præcipitur: Sequitur *Romã. conſil. 487.*
92 Atque hinc eſt, quód † ſtatuta, quibus quis pro delicto alterius obligatur, dicantur odioſa *Bald. in Rubr. C. res inter alios acta. idem Bald. in c. cognoſcentes de conſtit.* ubi aſſerit ejuſmodi ſtatuta eſſe injuſta. Quod ſequitur *Salicet in l. 1. C. res inter al. act. Lucas de Penna in l. jure proviſum de Fabricẽs. lib. 11. Et Joã. de Platea in Rubr. C. de donat. decur. lib. 11.* docuit, iniqua eſſe, idcóq; non tenere de jure. Seqtur *Tiber. Decian. reſp. 54. vol. 3. n. 1. Cacheran. deciſ. 88. n. 2. Gigas tract. crim. læs. Majeſt. de pœnis quas filii incur. c. 14. n. 12.* Et ſunt text. *in ſacris Bibl. Deuter. 24. Paralip. 2. c. 25. Ezech. 18.* Inde *Bald. in l. Sancimus C. de pœnis*, non ſolúm iniquũ, ejusmodi ſtatutum eſſe exiſtimat, ſed etiã contra jus divinũ & *in l. dotis tuæ C. de j. Dot.* dicit eſſe durũ, & ꝙ ſit cõtra jus, & naturalẽ rationem. Ideóq; paſſim obviũ eſt, talia ſtatuta reſtringenda & coarctanda, non autem amplianda & extendenda. *Ange. in d. l. Sancimus C. de pœn. Dec. conſi. 38. & conſi. 94.* Cúm ſint juris communis correctoria *c. cum dilectus ubi gloſſ. ext. de conſuet. l. fin. §. in computatione ubi not. C. de jur. delib. Dec. Ripa in c. 1. de reſcript. Corneus*

conſi.

conſil.191. vol. 4. Rubeus conſil.145 .n. 5. & 7. Socin. conſi.38.vol.1.Bald.in l.ſi qua de his qui ſunt ſui vel al. juris.ubi noluit quod ſi ſtatutum obliget patrem pro delicto filii,non extendēdum illud ad patrem forenſem. Nec etiam extendenda per ſenſum ſubauditū, ne jus naturale lædatur *gloſſ.in l. ex reſtituto C. de collat.c.cauſam de reſcript.l.2.C.de Noxal.act.* Sic etiam † non extenditur ad delicta quæ clam fiunt, vel de nocte, 93
Roman.conſi.7.n.5.l.2.§.Domini C. de his qui latron. occid. Imò non deſunt,qui exiſtimāt talia ſtatuta non eſſe admittenda ꝓpter iniquitatem. Nam de eſſentia legis eſt,ut ſit æqua,non iniqua *c. erit autē lex diſt.* 4. Quib.de cauſis legislatores moti fuerūt, ut diſpoſuerint, ad hoc,
† ut quis teneatur de delicto alterius, mādatum requiri *Bart.in l.non ſolúm §. ſi mandato ff. de injur.l.2.§.1. l. ſi ex duobus. de noxal. act. l. in delictis. eod.tit.§.ait prætor & §.quod ergo adjicitur l.1.§.quoties de vi & vi arm.Bald.in l.1. n. 7. C. de ſerv.fugit.l. fin.C.ad Maced.l.1.§.1.ſi fam.furt.fecíſ.dic.Mariā.Socin. in c. propoſuiſti numero 22. de foro compet.Boſſius de foro compet.rumero 109. Clarus in pact.crim. lib.5. §.fin.quæſt. 89. verſic.ſcias autem vel quod nomine alterius aliquid factum, vel ab eo ratificatū ſit, vel quod res deprædata ad aliquem pervenerit c. cum ad ſedem §.fin.c.cum ſæpe de Reſtit.ſpol.l. 1. l. ait prætor §. dejeciſſe & l.3.§.cum Procurator & l. cum á te de vi & vi arm. c. ratum de Reg. j. in 6. Cacheran. deciſ. 183. n. 17.* Extra hos caſus neminem gravandum 94

ex

ex alterius delicto, æquiſſimum judicarunt. Sed hîc nullum mandatum Senatus intervenit, nulla etiã ratificatio, imó ſummus diſſenſus, quoad delictum perpetratum, ut mox dicetur: Nec etiam res deprædata ad Senatũ pervenit, neque aliqua utilitas inde ad eum rediit, imó detrimentum & maximum incõmodum. Itaque ex delicto alterius, Senatus clariſſimus non erit obligandus: mandatum enim in facto conſiſtit· igitur erit probandũ.
95 Nam † quæ facti ſunt, minimé præſumuntur *l. conſilio ff. de curat. furioſ. cum in jure de offic. deleg. l. in bello §. in factæ ff. de capt. & poſtl. reverſi. l. 1. C. de probat. Bald. in Rubr. C. de fide. inſtrum. Abbas. in conſi. 69. & conſi. 36. lib. 2.* Nunquam autem probabitur, mandãte Senatu, hoc graviſſimum delictum fuiſſe commiſſum, imó eo reclamante, prohibente, & reſiſtente. Igitur nec in eũ hujus delicti nomine actio danda erit.

Secundó, pro defenſione Senatus prudentiſſimi fortiſſimé urget, quamvis ex fundamentis, quæ ad fundandam opinionem affirmativam ſupra, primo & ſecundo loco, fuerunt adducta, appareat; quod Dominus territorii, ꝓpter deprædationẽ factam tenetur ad reſtitutionẽ damni, ita ut pro delicto alterius cõveniri poſſit: attamẽ ſi autoritates adductæ accuratiús perpendantur, manifeſtum fiet, magis ea ſententię negativæ, in favorem Senatus adſtipulari, quám quod eam impugnent,

gnent, aut ſubvertant. Non enim ſimpliciter juris Interpretes, damni emendationem Dominis loci imponunt, ſed cum adjuncta qualitate & quibusdam additis requiſitis. Nã etſi *Bart. in d. l. Ne quid de incend. ruin. naufr. poſt gloſſ.* illum textum accipiat generaliter de Domino, videlicet tã de Domino poſſeſſionis quã de Domino univerſali, caſtri vel villæ vel de universitate, ſi facta eſſet robaria in eorũ territorio vel poſſeſſione: Nõ aliter tamẽ † eos 96
de damno ſarciendo teneri autumat, quám ſi ipſis Dominis ſcientibus & prohibere valentibus datum ſit, allegat *l. 1. ff. ſi fam. furt. feciſ. dic.* ubi text. inquit: *Scientia itaque primũ requiritur.* Quomodo autem in hac noſtra propoſita facti ſpecie, Senatus ſapientiſſimus ſcire aut pſcire, ſive etiam ſperare unquã potuit, cives in officio ſuo, ad quod ratione fidelitatis & ſubjectionis tenebantur defuturos, & defenſionem Reipub. recuſaturos? aut quis potuit cogitare ſubditos ad illã deprędationis audaciã, in tam optimé conſtituta Repub. præſentib. cõſiliariis Principis & Duce VVolffgango Brunſuicẽſi, totq; exterarũ nationum hominibus prolapſuros, & qdem eo tempore, ubi ſecuritatis pręſidium, mercatoribus & omnib. quidem ibi obverſantib. denegari non ſolet. delicta .n. cum ne quidem pręſumenda ſint, quomodo poterit Magiſtratus de ſcientia coargui. Ignorans † enim, omittere quid, 97
dici

dici non poteſt *l.ſi ignorans locati multó minus delinquere l.ex maleficiis §.longius de obl.et act. ubi gloſ. Bart.in l.§. hoc interdicto de itin.actúq; privato: Paris.*
98 *conſi.21.n.50.vol. 4.* Nec etiã † culpa ignoranti imputari poteſt *l.argentum ff. cõmodati.Gravetta conſ.104.n.21.Menoch.cõſ.12.n.6.* Is autẽ accipitur ſcire, qui ſcit & potuit prohibere, cúm paria ſint, neſcire & prohibere nõ poſſe *l. in actione §.plane ff.de furtis d. l.1.ff.ſi fam.furt.fec.dic.* ubi dicitur: *Scientiam ſpectare debemus, quæ habet & voluntatem.* unde apparet non de ſimplici ſcientia, requiſitum Bartoli intelligendum, ut puta ꝙ delictum palám & publicé ſit factũ, & ꝙ in conſpectu fuerit, ſed de ea, q̃ habet & voluntatem admixtam, ꝙ maleficium fiat. Additur ꝑterea ibi in textu: *Cæterúm ſi ſcit et prohibuit, tum dicendum eſt, uſurũ edicti beneficio:* Ex quo textu & id annotandum, quód ſufficiat prohibere: Et glos.ibi in verb.(& prohibuit) admonet, idẽ eſſe ſi prohibere non potuit per text *in l.3.& 4.ff.de noxal.act.* allegat etiam *Bart. in l.ſi ſciẽte ad l.Pomp. de parricid.* At in noſtro ꝓpoſito ſatis manifeſté edoceri poteſt, quód ampliſſimus Senatus prohibuerit, & convocatis per ſonum campanæ civibus, eis præceperit, ut prædonibus reſiſterent, inſuper & cuſtodias multiplicaverit, eáſq; ad depellendos prędones ad locũ delicti ablegaverit, quę tamẽ omnia fruſtra fuerũt tentata: Ita ut etjã exactiſſima diligentia adhibita, maleficiũ nec

Digitized by Google

impediri nec ꝓhiberi potuerit. Atq; hanc ſententiã repetit *Bart. in l. 1. §. occiſorũ ad Syllan.* ubi dicit illum textũ eſſe argumento ad quæſtionem per Italiã, ubi ſunt ſtatuta, quod villæ & caſtra teneantur capere malefactores; Nam hoc intelligendũ eſſe inquit: *ſi potuerint.* Bald. veró *in c. 1. §. cõventicula,* loqtur alternativé, qꝫ † 99
colligentes pedagia debeant tenere itinera tuta, unde ſi fiat aliqua robaria in eorũ curia vel territorio ſeu diſtrictu, tenentur ea reſtituere vel malefactorem exhibere. Allegatur feré ab omnib. & qdem ꝓmiſcué Archidiac. *in c. ſi quis Romipetas 24. q. 3.* ubi inqt: *Is qui recepit pedagiũ, vel vectigal, tenetur ſalvare in pſona et rebus, & ſalvare ſolventẽ juxta ſuũ poſſe, in ſuo diſtrictu:* Et ꝓpter hoc ſolvitur vectigal. Alioq tenetur ad emẽdationẽ pditorũ, ſi in defectu juſtitiæ inveniatur, allegans *c. Dominus 23. q. 2. & c. adminiſtratores quæſt. 5. & c. qui ſine 3. q. 7. et §. pen. in Auth. ut differ. Judic.* Verúm Senatus hîc incuſari nõ poteſt, quód ſit in defectu juſtitiæ repertus, vel qꝫ nõn ꝓ ſuo poſſe omnia diligẽter & circumſpecté peregerit ꝓ ut id eum facere cõveniebat. Et ante Archidiac. hoc tenuit *Hoſtiens. in ſum. de cenſib. n. 10.* Et ſeqtur *Frãciſ. Marc. deciſ. 889. n. 1. part. 2.* Baldi alternativam, ut vel damnũ reſarcire vel malefactorẽ Dominus exhibere teneatur. *Alexan. de Immol. in apoſtil. ad Bart. in d. l. neqd.* Easdẽ qualitates tanq neceſſarió reqſitas, referũt & ſequũtur *Panorm. Ant.*

de Butrio & reliq. Canoniſtæ, ubi etiam ex noſtris *Melchjor Cling. in c. 1. de reſtit. ſpol. num. 9.* ubi unanimiter concludunt, una ſive altera qualitate accedente Dominum liberari, inquientes: *Si Dominus tam modicæ ſit potentiæ quód prohibere non poſsit, vel quod malefactorem exhibeat, tunc eum non teneri*: Sic quoque ſentit *Grammat. deciſ. 47. numer. 1. Guido Pap. d. deciſ. 413. num. 2.* Joan. *Bertachin. tract. de Gabell. quæſt. 7. part. 4. n. 14. Corneus cõſi. 113. vol. 1. Franciſc. de capit. conſ. 40. n. 5. inter conſi. Laurẽt. Calcan. Idem Franciſc. Marc. deciſ. 765. part. 1. Cœpol. de ſervit.* ubi ſup. ac cõmuniter feré omnes. Optimé in hanc rẽ facit *l. in omnibus de Noxal. act.* ubi Florus dicit: *Non puniri receptantem bannitũ quem prohibere non potuit.* Refert & ſequitur *Hippol. in l. 1. §. Item divus & l. 2. §. Item ſi is cujus ff. ad l. Cornel. de ſicar. Joan. de Arno in dialog. quæſt. 45. Bald. conſil. 103. numer. 4. vol. 1. Roman. conſi. 11.* ubi ita arguit; in ſpecie noſtra loquens de ſtatuto Bononienſi quo cavebatur, quód poteſtas teneretur pro ſuis Officialibus & *conſil. 434. in fin. Felin. in c. potens de homicid. Decius in l. [illegible]. quod quiſq; juris. Decian. reſponſ. 25. n. 16. vol. 2. Aug. Berous q̃ſt. 39. n. 3.* Curtius quoq; ſenior cõſulvit *conſi. 20. in ſecunda q̃ſt. n. 102.* ubi determinat, Officiales & civitatẽ excuſari, quando qd non poſſunt, ꝓpter delinquentium multitudinem, vel non ſine magno ſcandalo, ut quia ſe defendant, vel loci difficultate ſe protegant: Non enim hoc caſu dicuntur habe-

re fa-

re facultatem *c.quæritur 22.quæſt.2.l.ſi quis in hoc genus C.de Epiſ.& Cler.l.1.C.de his q.latro:* Ex quib. Interpp.traditis, duo potiſſimúm colliguntur, videlicet ad hoc, ut Domini terrarum ad damni reſtitutionem teneantur, duas qualitates requiri. Alteram quod Dominus fuerit ſciens & in adminiſtranda iuſtitia negligens, & quód prohibere potuerit & non prohibuerit, ac ratio hujus requiſiti eſt, quia quilibet Adminiſtrator tenetur de neglectis & omiſſis in ſua adminiſtratione: & ſupra fuſiús in quarto fundamento contrariæ opinionis deductum fuit. Alteram quod malefactorem exhibere non poſſit: Nam ſi † exhibendi po- 100
teſtatem habeat & eum exhibeat Dominus, liberatur á damni præſtatione *Bart, in d.l.1.§.familiæ de public.* Et eſt text.apertus in *l.cum exhibuiſſent eod.tit.* ubi *Bart.Jo.de Immol.Raph.Guman.& in l.ſi poſt C.de aſſeſſor.Roman.conſ.7.Bald.conſ.203.num.3.vol.1.* Atque hæc modificatio Interpretum eſt valde æqua ac jurium rationibus maximé conſentanea. Nam certum eſt, quód † Magiſtratus qui ex delicto alterius 101
convenitur, ſaltem in ſubſidium teneatur, ideóq; ita demum ſi Rei qui delictum perpetrarunt, non poſſint exhiberi *tt.tt.ff.de Magiſt.conven.* Et quatenus ab aliis non poſſit exigi *Luc.de curte conſ.62.num.17.vol.2.conſ.crim.* Eſt enim obligatio extraordinaria *l.licet.§.poſſumus ff.Naut.Caup.Stab,* Et in *Inſtit.ſi quadr.paup.fec.dic.*

102 † Ordinarium autem facit ceſſare extraordi-
narium *l. in cauſſæ ff. de minorib. Bald. conſ. 203. vol. 1.*
ubi naturalem & æquiorem dicit eſſe ſenten-
tiam. Et tenetur quilibet ex exhibitis in ſoli-
dũ ut eó magis Senatus á præſtatione damni
vacuus evadat *l. 1. §. plures ff. de eo per quem fact. e-*
103 *rit.* Ac * quoties quis ex delicto alterius obli-
gatur, id intelligendum eſt niſi aliqua juſta
excuſationis cauſa ſubſit: nam & hic, á regu-
lis juris exceſſus, quoad fieri poteſt, reſtrin-
gendus eſt: & quód cauſa excuſans, genera-
liter relevet, tradit *Bart. in d. l. 1. §. occiſorum. Ad*
Syllan. Et *in l. ſi quis in gravi §. ſubvenitur eod. tit.*
Et *in l. ſi ideo C. eod. tit. Bald. in l. fin. de quæſtion leg.*
ſemper §. ſi quis juſſerit ff. Quod vi aut clam. leg. in o-
mnibus l. in delictis ff. De Noxal. l. ſæpe §. cum autem
ff. de Re. judic. A d. conſ. 57. Roman. d. conſil. 7.
num 6. Gravett. conſ. 3. num. 16. Bart. Socin. conſ. 122.
num. 1. vol. 1. & quod magis eſt, id quoque pro-
cedit, quamvis verſaremur in crimin. læſæ
Majeſtatis *Plott. in l. ſi quando num. 876. C. unde*
vi Decius conſil. 64. Sed in propoſito, quoad
primum requiſitum, dici non poteſt, am-
pliſſimum Senatum negligentem fuiſſe in
proſpiciendo & juſtitiam adminiſtrando, &
quod non prohibuerit. Nam præterea, quæ
jam pauló ante ex parte Senatus, adducta fu-
erunt, negari non poteſt, aliquos ex Decurio-
nibus cum periculo vitæ ad locum delicti
accurriſſe, cuſtodias & ſatellites ad depellen-

dos

dos facinoroſos adhortatos fuiſſe, ipſos quoque ſubditos & cives aditantes, & hæc omnia ſpectantes ad malum hoc ingens declinandũ commonefeciſſe, quamvis omnia propter nimiam reſiſtentiũ multitudinem, fruſtra ſuccepta fuerint. Ex quo facilè elicitur, Senatum ampliſſimum poteſtatem impediendi & prohibendi non habuiſſe, neque de aliqua negligentia rectè inculpari poſſe, cúm ſubditi inobedientes & repugnantes ac rebelles fuerint. Ad * convincendam enim 104
alicujus negligentiam, non ſufficit probare quod non fecit, ſed neceſſe eſt probare, quod facere potuit & non fecit *Bartol. in leg. ſi ab hoſtibus §. fin. ſol. matr. l. idemque ff. pro ſocio & leg. Tutor qui repertorium §. pen. de admin. tut. Bartol. in tract. de teſtibus in verb. (Lata culpa.) Joan. Andr. in c. ſtatutum de Reſcript. lib. 6. Carol. Ruin. conſil. 12. num. 8. vol. 5.* Ubi in terminis noſtris ad convincendam negligentiam Officialis non ſufficere, ait: *Quód teſtes deponant, Officialem non feciſſe ac negligentem in perſequendo, & capiendo malefactores fuiſſe, ſed etiam illud deponere debet, quod illos capere potuiſſet ſi voluiſſet.* Ut quia poteſtas ſive Magiſtratus habuerit familiã, & quód in loco comparuerit, quodq; delinquentes capi potuiſſent, ſi voluiſſent. Igitur, inquit, *ſi probaretur quód * familia Officialis non fuiſſet ſufficiens, quia adverſa pars obverſabatur congregata et armata,* pro- 105
ut in noſtro caſu contigit, tũc ſatis appareret

de legitima excuſatione & defenſione. Et in ſimili caſu ſic arguit *Bald. in l. ſi ideo de his quibus ut indign.* Ubi voluit excuſari Villam, ſi non capit malefactores, quia erant fortiores *per not. in c. fin. de pœn. lib. 6.* Et *Bart. in d. l. 1. §. occiſorum. Ad Syllan.* textum illũ ſummopere notari jubet, ad ſtatuta Italiæ, quibus villæ & caſtra tenentur capere malefactores: Id enim intelligendum eſſe dicit, ſi capere malefactorem potuerint. *Quid enim,* inquit, *ſi quis in Villam venit, cũ tanta gente & commiſit maleficium, quod non poſſit tota villa reſiſtere, certé non tenebuntur.* Allegat *l.*
106 *addictos C. de Epiſc. aud.* Nam † multitudo reſiſtentium excuſat Magiſtratum á culpa & delicto *l. raptores C. de raptu virg. l. ſi cum §. hæc autem actio.* Ubi *gloſſ. ff. Quod met. cauſa. Roman. in d. l. ſi quid in gravi. §. ſubvenitur ff. Ad Syllan. Deciſ. conſ. 64.* Joan. *Andr. in c. fin. de pœnis in 6. Afflict. in conſtit. Regni ſuper inciſionibus d. l. impoſſibilium, ubi Decius ff. de reg. jur.* Quæ omnia in contractibus, ſententiis & præceptis obtinere tradidit *Cardin. in c. Nemo poteſt, de regul. jur. in 6.* Joa. *Jacob. Leonard. conſ. 117. num. 113.* quod relatum eſt inter conſi-
107 lia feudalia Alberti Bruti. † Ex eodem quoq; ſtatuto excuſantur ſi malefactores capere nõ potuerint, ſi delictum ſit commiſſum ad confinia, ita ut ſtatim in comitatum vel diſtrictũ alterius potuerint tranſire *l. 2. C. de Noxal. l. Naturalem de aqr. rer. dom. l. ſi quis ſit fugitivus de Aedil. Ed.* Sic etiam obtinet, ſi ſe contulerint ad ali-

quam

quam munitionem, quod capi nõ potuerint *l.4.ff. Ad l. Jul. Majeſt. & in c.1. de forma fidel:* Quod & in Vaſallo procedit. Nam etſi is amittat feudum ſi Dominum non defendat, hoc tamen intelligendum ſané eſt, puta ſi potuit. Prout traditur *in tit. Quæ fuit prima cauſa beneſ. amitt. §. Sed non eſt alia l. omnes §. fin. de re milit.* Ubi parcendum eſt ei qui non defendit Præpoſitum, ſi reſiſtere nõ potuit, *facit d.l.1. §. occiſorum. Ad Sc. Syll. & l. cũ Dominus eodẽ tit. Cacher. deciſ. 138. n.23.* At cũ in ꝓpoſito, in autoritate, præcepto & juſſu cõſiliariorũ Principis, cives dimoveri á ꝓpoſito nõ potuerint, iisq; morẽ gerere recuſarint: quantò magis apparebit, Senatum ampliſs. hoc efficere nõ potuiſſe per Reg. SI VINCO VINCENTEM TE, MULTO MAGIS VINCO TE *l. illã ubi Aug. C. de Collat.* pſertim veró in pſentia illuſtriſſimi Principis VVolfgangi:
†Ubi enim eſt Princeps ibi eſt ſecuritas *ſecũdũ* 108
Bald. in l.1. C. de his qui ꝓpter met. jud. nõ appel. l. fin. ff. Quod met. cauſa. Decianus reſp. 41. n. 24. vol. 2. Imó cũ prædicti Conſiliarii á Senatu requiſiti fuerint, ut conſilio & autoritate ſua tumultum ſedarent, certé dici non poteſt, quód nõ præſtiterit Senatus omne id, quantum in ſe fuerit: unde ſuccedit Regula. SI *QUIS PRÆ- 109
STITIT ID QUANTUM IN SE EST, OPTIMO JURE EXCUSATUR, *& proinde culpa carere dicitur c. imputari de reg. jur. in 6. l. matrem ff. de his quibus ut ind. Bald. conſil. 348. lib. 5. Aymon.*

Gravet.conſ.319.num.16. Jaſ. in l.Polla C. de his quibus rit.indign. Cæpoll. caut.24. Petra Sanct.ſing.57. Et ſi quid ultrá á Senatu, vi & manu armata tentatum fuiſſet, abſque diſcrimine vitæ non abiiſſet, cúm virib. longé inferiores fuerint, & tamen malo remedium non fuiſſet alla-
110 tum. Nemo * autem ſuæ ſaluti alienam anteponere tenetur *l.1.§. hoc autem Ad Sc. Syll.l.fin. C.de his qui latr.occult.* Ubi dicitur: Exemplum enim grave eſt, latronem ſic requirere, ut innocentibus periculum fiat *l.3. Ad l. Jul. Majeſt. l.ult.ff.de Accuſ.l.noſtros de Calumn. c.1.de Cler. non reſid.gloſ.in c.culpa caret, de Regul.jur.in 6.c.ad reprimendum, de offic. ordin. Bald. in leg. ut vim de juſtit. & jur. Caſtr. in leg. fin. C. de his quibus ut indign. gloſ. in cap. 1. de poſtul. Bart. in leg. idemque ff. pro ſocio Matth. de Afflict. deciſ. 289. numer.23. Auguſt. Berous conſil. 179. numer. 3. vol.3.* Et hæc quidem interpretatio juri maximé eſt conſona. Nam
111 * quando á lege requiritur potentia, intelligitur ſi commodé & ſine periculo ac ſcandalo poteſt reſiſti, *Decius Cagnol. in leg. culpa caret, de regul.jur. Felin. in cap.1. de offic. deleg. Aret. conſil. 163. ſocin. conſil. 20. inter conſil. Curtii Senio-*
112 *ris, Oldrad. conſil. 315.* Igitur * qui aſſerit prohibendi poteſtatem adfuiſſe, id probare tenetur *Bart. in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vero ſol. matr. l. idem erit pro ſocio, Alex. conſil. 123. numer.2. libr.7. Ruin. conſil.12. num. 8. vol. 5. Dec. conſil. 437. num. 3.* Ubi volunt hoc quoque eſſe articulandum.

Qua-

Digitized by Google

Quapropter cum Senatus ob multitudinem reſiſtentium, nihil efficere potuerit, reliquũ nihil aliud fuit, quám rogando, obteſtando & precando apud furentes inſiſtere. Et nedum precibus locus ullus relictus fuit, cúm & ipſimet Senatores á vi atque inſultu tuti non fuerint. Nam armata manu in Curiam pervenerunt atque clamoribus, minis, haſtarum concuſſione & contuſione, omnia compleverunt, Senatúmque eó coëgerunt, ut concives ex Scheda recitatos, inter quos & Decuriones relati fuerunt, eo momento ex civitate ejicerent, quibus parendum fuit, ut cives ſeditioſi ſedatiori animo redderentur, & quám plurimorum injuriæ placarentur: Et tamen ne hoc quidem contẽti, ſed ipſimet aliquos ex civitate fugarunt, ſpoliarunt & vulnerarunt. Cúm ergo & ipſis Decurionibus non pepercerint, quid ſperandum fuiſſet de rebus eorum, qui in eos Imperium non habuerint.

Quando autem * quis aliter prohibere non poteſt, niſi rogando & præcipiendo abſque vitę periculo, tunc is culpa carere dicitur ita enim arguit *Petr. Foller. in conſ. 138. num. 4. in 1. tomo. conſ. crim. ubi allegat. l. Culpa caret, de regul. jur.* Et ita putat accipiendam *l. ſcientiam Ad leg. Aquil. ſecundúm Gandinum in tit. de Præſumt. & indub. indiciis : verſ. non tamen poteſt.* Et quod 113

hæc omnia diligenter & bona fide á Decurionibus fuerint peracta, ut quibuſcunque rationibus & modis poſſibile fuerit ad avertendum imminens malum, incubuerint, pro eis maximopere militat. Primó Juris præ-
114 ſumtio. † In Officialibus enim bona fides præſumitur *l.1.C.de ſuſcept.& Arch. lib.10. Moderni in l. Damni §. Sabini ff.de damn.inf.Decian. Reſp. 2.num.213.vol.1. & Reſp. 17. num. 28. vol. 2. Cyn. in Auth. Generaliter quæſt.4.de Epiſc.& Cler. Alex.conſil.47.num.8.vol.6.* Et eſt textus *in l.2.* Ibi *quod non arbitramur C. de offic.civil.judic. Bald.in l. errore C.de teſtamentis.* Et ideó præſumuntur omnia fideliter & legitimé peracta. Sic quoque probi & honeſti viri, eādē juris p̄ſumtionē ꝑ ſe habēt, omnia videlicet eſſe recté & legitimé peracta
115 *l.Titio fundus de cōdit.et demonſtr. Curt. cōſ. 70.* Et † pręſumitur etiā Officialis magis q̄d feciſſe vel omiſſe bona, quā mala mente *Burſ. cōſ.331. n.9.*
116 Pari etiam ratione † diligentia, cura, ſolicitudo, in Officialibus præſumitur *Bald.in l.2. num.3.C.de his qui accuſ.poſ.Pariſ.de put.tract.de Syndic.in verb. Culpæ Officialis num.2.* Ubi, inquit, nō præſumi Officialem quid omittere: Nec etjam per eum ſtare niſi proteſtatione contra
117 eum adhibita. Et generaliter † quilibet præſumitur diligens, *laté Abb. conſil. 41.num.2.vol. 1. Burſat.conſ.197.num.14. & d.conſ.331. cum alleg. per Sebaſt.Medic.de caſ.fort.quæſt.18.num.46.* Igitur pro Senatu præſumtio eſt, omnia ab ipſo diligen-

gentiſſima cura & ſolicitudine geſta eſſe, eóque invigilaſſe quo modo & via, motus exorti ſedarentur, & flagitia ac ſcelera cohiberentur *Bart. in l. Divus C. de Reſtit. in integ. Bald. conſil. 302. vol. 2. Vulgos conſ. 173. Alex. conſ. 77. vol. 1. Gram. voto. 3. num. 12. & voto. 23. num. 4. & 12.* Quibus
adde: quód † ſatis diligentia probetur accur- 118
ſione & acclamatione: Imó ob periculum cui ſeſe objecerunt *Jaſon. conſ. 98. inter conſilia Gratti vol. 2. Burſat. conſ. 325. & conſ. 326.* ubi putat in ſimili caſu factique ſpecie eadem, Reos eſſe abſolvendos *viſitat. in conſ. 96. Anton. Piperat. conſ. 97. num. 7. in ſecundo Tomo conſ. crim.* Cúm igitur
† Senatus præſumtionem juris pro ſe habeat, 119
ei qui contrarium adſerit, & ſic culpam ac negligentiam allegat, probatio incumbit *gloſſ. in l. ſuper ſervis C. Qui mil. non poſ. lib. 12. l. 1. & l. in teſtamento C. de teſtam. milit. gloſ. in l. creditor. C. de pignor. act. Bart. in l. alimenta de neg. geſt. Jo. And. in c. 1. de homicid. in 6. Bald. in l. ſi quis non dicam C. de Epiſ. & Cler. Hippol. in rubr. de probat. num 437.* Et † re- 120
quiruntur contra eum qui ex delicto alterius convenitur, probationes pleniores, ac longé mitiús cum eo agitur *Bart. in d. l. ne quid Bald. in l. ſi quando C. vnde vi Decius conſ. 38. Gravetta conſil. 196. num. 8. Decian. in reſp. 25. num. 19. vol. 2.* Hiſce omnibus quodammodo accedat, impoſſibile ſapientiſſimo Senatui fuiſſe, eo inſtanti, prout ex jam dictis apparet, deprædationes
impedire: Illud veró † quod impoſſibile eſt, 121

á legibus non exigitur. Nam leges & ſtatuta non adaptantur ad impoſſibilia *l. Impoßibilium ff. de reg. jur. l. Titius §. fin. ff. de excuſ. tut. l. proſpexit §. Sextilii qui & á quibus l. fin. C. de Adult. leg. fin. §. in computatione, C. de jure delib. c. Daibertum 1. quæſtion. 2.* Atque ex his infert. *Andr. Barbat.* in noſtro propoſito in *alleg. conſil. 64. num. 8.* relato inter *conſil. Calcan.* Quód niſi diſpoſitio legis vel ſtatuti reſtringeretur ad poſſibile, ſequeretur quod eſſet Diabolica & horrenda.
122 Hinc quoque traditum eſt: *Si † intendo probare aliquem fuiſſe negligentem, in eo quod potuit per alium gerere, tunc & id probandum eſt, quod facile erat factum alteri committere leg. idemque ff. pro ſocio leg. 1. §. ſi quis in villa cum ſeqq. Ad Syllan. & leg. final. C. eod.* Præterea quia fecit Senatus in hoc tumultu, quod alioquin ſedãdis tumultibus facere ſolitus & conſuetus fuerat, nempe cuſtodiis multiplicatis & Satellitibus ad locum oppugnatum miſſis, ut deprædantes depellerent, ſatis quoq; videtur eſſe
123 excuſatus. Nam * ſufficienter inde diligentia deprehenditur, ſi quis fecit, quod alioqui in ſimilibus caſibus facere cõſuetus erat *l. pignus de pig. act. l. non ſolúm Commod. Bart. in l. quis ſit fugitivus §. apud Labeonem de Aedil. Ed. & in d. l. Quod Nerva ff. Depoſ. Riminald. conſ. 95. nu. 25. & conſ. 97.* Et quæ alii facere vel omittere ſolebant. *Bald. in l. pignus ff. de pign. act.* Et ſic quoque in Officiali arguit. *Carol. Rudin. in d. conſ. 12. num. 8.* Ubi

excuſa-

excuſatur Officialis ſi fecit ad cõſuetum modum; allegat. *Bart.in l.C.de pace.publ.lib.11. & leg. ult.de pign.act.* Et eſt text.*in l.qui foveas & l.ſed etſi §. quod autem Ad leg. Aquil.* vel qui facit quod multi facere ſolent, vel quod erat faciendum ſecundúm opinionem multorum *l. cum quidem ff. de acquir. hered. l. quæſtus §. Quod autem de* [illegible]*l.Edict.l.ſemiſſem §. quæſitum de uſur.l.ſi pignor. §. fin. de pign. act. Cataldinus de viſo conſil. 22. numer. 6. vol. 2. conſil. crimin.* Cúm igitur Senatus in hoc tumultu, cum Conſiliariorum Principis præſcitu & conſilio fecerint, quicquid potuerint, eorúmque fortunæ periculo ſubjectæ fuerint, dubitandum plané non eſt, quód eam diligentiam & curam poſuerint, circa tumultum ſedandum & vulgum compeſcendum, quam in propriis rebus, jam maximoperé periclitantibus adhibuiſſent: igitur excuſandi erunt *l. ea igitur de pignor. Bart. & Dd.in d.l. Quod Nerva ff.Depoſ. Cagnolus in l. contractus de regul. jur. Bald. conſil. 404. vol. 2.* Nec etjam Senatus ampliſſimus inſimulari poterit, quód in adminiſtranda juſtitia, fuerit tardus & negligens: Nam ſtatim ac civiũ voluntatẽ præceptis eorum adverſam intellexit, magnis ſumtibus copias & cuſtodias militares inſtituit, malefactores deprehendit atque publicé de iis ſupplicium ſumſit & quám plures relegavit; Nec adhuc deſtitit, quin diligentiſſima & exactiſſima inquiſitio

inſtitua-

inſtituatur contra tumultus ac ſeditionis au-
124 ctores & procuratores. Nam † ex his quæ ex poſt facto fiunt, ſatis de animo præcedenti colligitur, quód non minús in actibus antegredientibus ad motus ſedandos & facinoroſos reprimendos, & in procuranda ſalute publica, ſeduli & diligentes fuerint *l. ſed Julianus. §. proinde ad Sc. Maced. l. ſi quis adulterum §* [illegible] *adult. Bart. conſ. 102. Bald. conſ. 26.* Et in *l. data opera, qui accuſ. poſ.* Et in *l. ſi ideó C. de his quibus ut indig.* Ubi etiam *Angel.* & in *conſ. 319. num. 11.* Et ita in ſimili, Officialis diligentiam ex eo, quód de iis ſupplicium ſit ſumtum arguit. *Carol. Ruin. conſ. 12. num. 6. vol. 5.* Cúm igitur Senatus ampliſſ. diligentiam omnem in comprehendendo & puniendo criminoſos adhibuerit, cenſebitur etiam diligens fuiſſe in alio. Nempe in eo quód deprædatores depuliſſet, ſi id téporis in ejus poteſtate fuiſſet *l. contra majores de milit. Teſt. l. ſi extraneus de condict. cauſa data l. fin. C. de iis qui á non dom.* Adeó ut Senatus ſapientiſſimus, & ne arbitrio quidem boni viri, plus facere potuiſſet.

125 Factum † autem arbitrio boni viri, cenſetur diligenter eſſe factum *l. Labeo ff. de ſtatu lib. Bald. in l. ſolum C. de teſtibus.* Addit *ad Bart. in conſ. 102. in verbo diligentiam.* Nec enim credere vel ſperare potuiſſet Magiſtratus, quód cives jurati, & vehementiſſimé adhortati, officium facere & mandata ſua præſertim veró Domi-

ni

ni Adminiſtratoris Principis quæ ſatis ipſis nota & cognita fuerunt, inſuper quoque enixas preces ſpernere, ac iis parêre non debuiſſent, cúm antea adeo obedientes & morigeri fuerint; et quod tam † repenté mali fieri & 126
habitum bonitatis tamdiu retentum, de ponere debuiſſent *contra c.pen.de præſumt.& c.ſi ſermo de pœnit. diſt. 2. Bertrand.conſ. 37. vol.2. Decian. reſp.4.num. 29. vol.3.* Ex quibus omnibus efficitur cum Senatus malefactores exhibuerit, atque ad pœnam traxerit, eoipſo ſecundæ qualitati ſatisfactum eſſe videtur. Nam licet de jure civili,* de quocunq; crimine, ci- 127
viliter & criminaliter recté agatur, criminaliter quo ad pœnam imponendam: Et etiam civiliter, quoad damnum conſequendum, nec criminalis præjudicat civili *l.fin. ubi Bart. & Dd. de privat.delict.l.unic. Quando civil.act. crim. præjud.l.qui nomine ubi Bart.l.q. hodie §. 1. ff. de Falſ. l. Locatio §. quod illicité de public.l.3. C. Ad l. Aquil.l. Nequicquam ubi gloſ. pro Socio Maranth.part. 4. Judic.diſt.1.num.33. Boſſius in pract. crim. de Furt. num. 17. Bart. in l.fin. ff. de Var. & Extraord. cogn.* Attamé ſecus eſſe videtur de Jure Saxonico Landr. *lib.2.art.13. & ſecundum conſtit. Elect.12.lib. 2.* Ubi ſi † quis corporaliter punitur, ad expenſas li- 128
tis ac reparationem damni non tenetur. Preterea † quando utraque actio & civilis & cri- 129
minalis tendunt ad vindictam, tunc una tollitur per aliam *l. quod Senatus de injur.* Sed in no-

no-

ſtro propoſito utraq; eſt ad vindictam. Quia petitur damnum á clariſſimo Senatu ubi nihil ad eum pervenit. Pulcré *Bald. in conſil. 203. Præſuppoſito ſtatuto num. 3. vol. 1. Bart. in l. Prætor edixit §. 1. de injur. & in l. 2. §. 1. vi bon. rapt. Dd. in §. ſi minus, inſtit. de act.* Igitur cúm & hæc pœnalis ſit, una alteram tollit. Quocirca Mercatores, quibus merces ſunt ablatæ, acquieſcere debent, cúm ſupplicium á malefactoribus ſit ſumtum & ſanguine commiſſum fuerit *l. interdum §. qui furem ff. de furt.* Cúm ut jam dictum eſt, jure Saxonico pœna capitalis tollat actionē civilem, & ſatis factum videtur per pœnā corporis, loco pecuniæ *l. ſed ſi unius §. ſi ante ff. de jur. l. Divus Veſpaſianus ff. de injur. patron.*

Secundó pro hac ſententia comprobanda urget, quód etſi clariſſimus Senatus aliquid omiſiſſet, quod tamen in præjudicium veritatis minimé conceditur, illud adeó culpabile non eſt, nec etiam grave delictum *gloſſ. in c.*
130 *ſi moræ, ubi Dd. ſolut. matr.* Nam † quando quis agit vel omittit ex quo nullum commodum ſive utilitatem percipit, dolo id egiſſe non præſumitur, adeó quidem, ut contra eum omnis ceſſet ſiniſtra ſuſpicio *l. quod ſi cum ſcires de dolo. Bald. conſ. 282. lib. 5. Gravet. conſ. 18. num. 22. & conſ. 319. num. 13. Menoch. conſ. 22. num. 24. & 25.*
131 *& conſ. 145. num. 30.* Et † quod bona fide omittitur, aliis confidens puta ſubditis juratis, quod ſuis, ſuperiorum, mandatis ſint ob-

tem-

peraturi, pœnam mereri non debet *gloſſ. in l. ſi ſervum §. Non dixi in verb. amoveri. De aquir. hered. l. quamvis de Condit. & demonſtr.* Et † quod bona fide ſit, bené fieri dicitur *Bald. conſil. 414. lib. 1. l. cum qui §. in popularibus ubi gloſſ. in verb. fuerit, de Injur.* Unde cúm delictum abſque dolo non committatur, pœna quoque ceſſare debet. Et proinde † nec leviſſima culpa quæ in omittendo conſiſtit, conſiderabilis erit: Nec in lege Aquilia continetur *l. ſi uſusfr. §. denique ff. de uſufr.* Joan. *Gadel. in l. Quod te, num. 16. ſi cert. pet.* Joſeph. *Ludovicus deciſ. Peruſ. 25. num. 24.* Inde etjam ſit, quod in jure noſtro † argumentum á delicto in committendo, ad delictum in omittendo rejiciatur, & é contra· *Decius conſil. 151. num. 9. & conſil. 178. & conſ. 605. num. 1. Aret. in l. ſi is ad quem de acquir. hered. Decius in l. quod te, nu. 45. ff. ſi cert. pet.*

132

133

134

Tertió confirmatur. Nam ſi verum eſſet, quód Dominus ſive Univerſitates, ſimpliciter tenerentur de damno dato ad quid opus fuiſſet, hæc ſtatuto præcavere in Italia, & aliis plęriſq; locis, de quibus per *Bart. & alios*, ſupra in hanc rem citatis. Et *Matth. de Afflict. in d. §. Illicitas, num. 6. de pac. jur. firm.* aſſerit *Conſtitutione Regni, Caroli Regis 2.* Univerſitaté teneri de roboria, non de furto, q; in *alia conſtitutione Regis Roberti* eſt repetitũ. Quib. in caſib. diligẽtia ſatis abundé ꝓbatur, ſi † quis diligens fuerit, in inſequẽdo latrones *l. ſin. de his q. latr. occult. l. 2. §. ſin.* 135

ſin autem Cod. de rapt. Virg. vel quia rumorem fecerit ad malefactores deprehendendos *l. prætor. §. ſi quis ad inventum, vi bon. rapt.* vel quod campanæ pulſatę fuerint *l. ſed ſi ex dolo. §. 1. ff. de Dolo l. aliud §. refertur. De Reg. Jur. Franciſc. de Capic. conſ. 40. inter conſ. Calcanei num. 3.* Quæ omnia in noſtra propoſita facti ſpecie intervenerunt, cúm tamen extra locum verſemur, ubi ejuſmodi ſtatuta extant & vigent: Igitur Senatus prudentiſs. de damno dato non tenebitur.

136 Quartó negari non poteſt, quin † ſi merces iſtæ penes Senatum clariſs. depoſitæ, & á prædonibus ablatæ vel alioqui amiſſæ eſſent, eum non teneri *l. 1. §. illud §. ſi conveniat. §. cúm ſæpe l. Quod Nerva ff. Depoſ.* Ita nec pro furto & rapina *l. fin. C. Depoſ. §. præterea Inſtitut. Quibus mod. re contrah. obligatio.* Quod etiam obtinet, ſi pro cuſtodia mercedem accepiſſent *l. 1. §. ſi veſtimenta ſervanda ff. Depoſiti d. §. præterea & in §. fin. inſtit. pro ſocio. Grattus conſ. 95. vol. 2.* Quantó minus igitur ampliſſimus Senatus tenebitur, quando apud alium, merces, & res deprædatæ ſint invectæ atque illatæ.

137 Quintó etiam hoc confirmatur † in cuſtode: qui etſi teneatur de damno dato in re cuſtodita *d. l. ſi mercedem locat. l. 3. §. Effracturæ.* Et quod ibi Interpp. notant de off. præf. Vigil. *l. fin. ubi Ang. de Cuſtod. reorum.* Attamen de damno dato non tenetur, Quando eidem negligen-

tia

tia imputari nequit *l. ſi quis domum §. Imperator Antoninus locati: Albert. Brun. in tract. ſtatut. part. 2. quæſt. 8.* Quod & in noſtro caſu ſibi locum vẽdicabit.

Sextó: † Dominus territorii, etſi ſecuritatem, recepta pecunia ſive mercede, expreſſé in ſe ſuſcepiſſet, & contractus incideret in contractum locationis & conductionis, ſive in alium quemcúnque: attamen de caſu fortuito non tenebitur *l. 3. §. Inde Labeo ſcribit ff. Naut. Caup. Stab.* ubi textus inqt: *Inde Labeo ſcribit, ſi quid naufragio aut per vim piratarum periit, aut damnum datum ſit, non eſſe iniquum, ei exceptionem dari*: Idem erit dicendum, etſi in Stabulo aut Caupona vis major contigerit *l. Nauta ubi gloſ. eod. tit. l. in duobus §. damna pro ſoluto, l. 1. l. in judicio C. locati gloſſ. in l. ob. æs C. de præd. minorum.* Optimus eſt textus in propoſito noſtro in *l. 1. §. 3. Magiſtratus de Magiſtrat. conven.* Ibi; *Non enim debent Magiſtratus futuros caſus præſtare.* Caſus enim fortuitus, qui prævideri nequit, pœnam contrahendi inferre non debet *l. ſi res pupillares de admin. tut. l. 1. ff. de neg. geſt. l. ſi negotium ff. eod. l. 1. C. commodati l. & ita de facto §. ſed ſi gravis Naut. Caup. Stabul.* Similiter quoq; ſi ſtatutum diſponat, de damno dato, ut quis ad id reſarciendum teneatur, non comprehendit caſum fortuitum *Bald. conſi. 174. volum. 2. Cuman. in l. nemo de acquir. poſſ. Sebaſtian. Medic. de caſu fortuit. quæſt. 16. num. 45.* † Inter caſus autem furtuitos & da- 139

mna fatalia numerari aggreſſorũ & latronũ damna, dubium plané nullũ eſt *d.l.3.§.Inde Labeo et §.Itẽ 15.cui.Inſt.q̃b.mod. re. contrah. oblig. l. q̃ fortuitis* C.*de pign.act.l.1.* C.*depoſiti l. cũ duob.§.damna.ff.p̄Socio:Medic.d.tract.q.8.n.7.*
140 Quin etſi † qs ex cõtractu ad caſum fortuitum eſſet obligatus, tamẽ non teneretur de inſolito *l.ſi qs fundum ff.Locati l.ſed etſi qs §.q̃ſitum.Si qs Caut.Bart.in l.Seio §.Medico ff. de ann. leg. Et in tract. de Gabell.q.25.part.2.Bald.in l.falſus C.de furtis.Bald.et Salic.in l.licet C.locati.Alberic.in l.fiſtulas per illũ text.de contrah.empt.Felin. in c.ſedes de reſcript.Ant.de Butr. in c.1. cõmodati.Imola. in l.pretia rerum ff. ad L. Falcid.* ubi dicit: *q̃ ſuſcepit caſum fortuitũ, nõ intelligitur ſuſcepiſſe extraordinariũ. Angel.cõſ.176.Oldr.cõſ.266.n.6.Alex.conſ.28.lib.1.& cõſ.108.lib.3. Socin. conſ.123. lib.4.Fulg. conſ.139.Comẽs.conſ.282. lib.4.Gravetta conſ.95.Rimin.conſ.210.n.18.* Caſum aũt de quo hîc in p̄poſito agitur, omnino inſolitũ eſſe, dubium prorſus nullum eſt: quis enim unquã crediſiſſet, quód cives, & ſubditi hujus urbis, qui alioq, tam obediẽtes, morigeri & obtẽperantes fuerunt, ſe contra Senatũ, contra Principẽ, & ſuæ Celſitud. cõſiliarios, adeó cõtumaces, reſiſtentes & facinoroſos, contra juramenta præſtita ſe præbere debuiſſent? Ut non ſolúm ædium expugnationem & deprædationem permitterẽt, ſed ex eorũ quoque medio in tantam furoris audaciam quidã prorepere, & tantum facinus perpetrare auderẽt.
141 † Caſus veró inſolitus is dicitur, qui

Digitized by Google

cõmuniter evenire non ſolet, *Alex.conſ.107.n.16.lib.3.Albã.conſ.1.n.8.Alciat.Reſp.157.n.6.Crott.conſ.143.* vel ut alii exiſtimant q in centũ annis non ſemel cõtingit. *Corneus conſ.23.lib.2.Hierõ. Gratt.conſ.94.Rube.conſ.153.n.2.* Alii veró tẽpus 40.annorũ definierunt. *Ripa de privil.cauſa peſt. n.101.* At dubiũ non eſt, q ejuſmodi caſus, de quo hîc q̃ritur cõmuniter evenire nõ ſoleat, ut nec in centũ annis retró contigerit, nedũ in quadraginta. Idcirco clariſſim⁹ Senatus, etjamſi aliâs de caſu fortuito teneretur, in hac ꝓpoſita facti ſpecie, ad dãni emendationẽ nõ obligabitur, cũ de hoc caſu inſolito et rariſſimé contingẽte, neq;, unq̃ cogitatum, multó minus de eo uſpiam aliquid diſpoſitum fuerit, prout Interpretes in jam citatis locis fuſiús traditum reliquerunt.

Septimó, ſi ampliſſimus Senatus de damno reparãdo condẽnaretur, hæc condẽnatio eſſet exemplo pernicioſa: Nã inde maxima occaſio p̃beretur latrociniis & rapinis ꝑpetrãdis: Hoc.n. malitioſo & deplorato mũdi ſeculo, reperientur homines, q per colluſionẽ ſe paterentur exſpoliari, ſi á Dominis territorii rurſus conſequi poſſunt, quod vellent: Et ſic non ſolúm Senatus ſed & ſumma Magiſtratus autoritas illuderetur, atque malis artibus, pecunia ab eis extorqueretur, cum jactura bonorum, & rerum publicarum, & ut majori ſumtu cuſtodias militares ale-

re, & pecuniam publicam actu facinoroſorũ
142 profundere cogeretur. At † hominibus ad delicta perpetranda, occaſio minimé concedenda, quin potius omnis materia, & fomentum criminum amputandum & iniquitates, ſumma diligentia & cura reprimendæ ſunt, magisque delictis obviandum, quám indulgendum *§. 1. in proem. Inſtit. l. convenire de pactis dotal. l. clem. 1. & ibi Cardin. de teſtib. c. 2. de conceſſ. præbend. & in c. ne captando eod. in 6. Franciſc. Marc. deciſ. 771. num. 7. Thom. Gram. conſi. 21. num. 14. Cephal. conſi. 87. num. 34. Simon. de prætis conſil. 191. n. 19. Jacob. Phil. porc. conſi. 160. num. 11.* Quod certé in propoſito committeretur, ſi Senatus clariſſ. ad refundendum damnum actoribus urgeretur, quod ſané minimé permittendum vi-
143 detur. Nam † quod cum alterius jactura, de pecunia aliena præſertim veró communitatis, actu & fraude quis locupletetur, id magis contra naturam eſſe, quám mortem, teſtatur *Cicero in lib. 3. off. Ripa. in l. quominus §. fluminum. ff. de flumin. na.*

Octavó: pro hac ſententia confirmanda
144 affertur: Quód † ſi adhuc in dubio verſaremur, utrúm Senatus feciſſet omnia ea, quæ potuerit; magis tamen judicandum eſſet pro reis contra actores, cúm jura in dubio magis reis faveant *l. favorabiliores de Reg. Jur. l. cum ſint eod tit. in 6. c. cum ex literis de probat c. inter dilectos de fide inſtrum. l. Arrianus de obl. & act.* Quod etiam

obti-

obtinet, quamvis jura actoris in aliquo excederint jura Rei. *Abb. in d. c. ex literis, Decius conſil. 564.* Quin & † in dubio ea ſentẽtia eſt amplectenda, ubi evitatur delictum *Burſat. conſi. 410. num. 68.* Et per quam evitatur pœna *l. ſi præſes: cum ibi not. de pœnis.* Et ſané † meliús eſt, nocentem relinquere impunitum, quám innocentem condemnare. *l. abſentem de pœnis.* Neque his quæ hactenus, in favorem ampliſſ. Senatus adducta fuerũt, adverſantur ea, quę ſupra pro contraria opinione in medium protulimus. Nam ad primum & ſecundum fundamentum, jam ſupra ſatis abundé reſponſum fuit, in ſecundo argumento pro defenſione Senatus allato, ubi cõmunes illas Interpretum concluſiones, non ſimpliciter procedere oſtẽdimus, ſed cum modificatione, & certis adjunctis quibusdã qualitatibus. † Qualitatis autem ea eſt natura, ut reſtringat ſubjectum cui adjicitur, ut proinde actus & diſpoſitiones ob qualitatem adjectam diverſificẽtur ac varientur *l. præter. §. docere vi bon. rapt. l. Fulcinius §. 2. ubi gloſſ. & Bart. ex quib. cauſis in poſſeſſ. eat. Bart. in l. 1. §. 1. ne quid in loco publ. Caſtr. in l. ſi per alium §. docere ne quis eum qui in jus. voc. l. cogi. de petit. hæred. Joan. Andr. in c. 1. de homicid. c. comperimus 14. quæſt. 6. c. ſuſceptum de reſcript. in 6.* Cúm igitur hę qualitates, nempe quód ſapientiſſimus Senatus deprædationem violentã prohibere non potuerit; Deinde etiam, quód

145

146

147

rei & criminoſi fuerint exhibiti, deq; iis quoque publicé ſupplicium ſumtum: Abſonum ſané non eſt, quód & ipſa diſpoſitio, ſecundú qualitatem adjectam reguletur, licet altaretur & mutetur. Idque maximé, cúm & alioqui qualitates, ab Interpretibus aſperſæ, de natura actus neceſſarió inſint, videlicet, ut quis ad impoſſibile nõ obſtringatur, & quod is, qui in ſubſidium duntaxat ſit obligatus, exhibitione malefactorum liberetur.

Non obeſt tertio loco recitatum, quamvis enim is qui ex locato & conducto vel alio ex contractu, ad aliquid faciẽdum ſit obligatus, ſi id non præſtet, ad intereſſe obligetur: tamen & in illis contractibus, ſi incurſus latronum á contrahentibus prohiberi non poſſit, nec hi quoq; obligabuntur *d.l. quæ fortuitis ubi omnes C.de pignor.act.d.l.cum duobus §.damna pro ſocio.* ubi etiam tradunt, quód nec furti actione teneantur, ſi culpa & negligentia eis imputari nequeat. Quocirca & in noſtro caſu Senatus ampliſſimus á reparatione dãni excuſandus erit, cũ fecerit, qcquid potuerit, nec impediendi aut ꝓhibendi vim deprædãtium, ꝓpter multitudinẽ ſævientium, & aliis de cauſis, ſupra in contrariũ productis, facultatẽ habuerit, ut ꝓinde, cum etiã idem in locatione militet, id multo magis in noſtra facti ſpecie, ubi qs ex crimine alterius, & quidẽ
48 in ſubſidiũ cõvenitur obtinebit. † Nec quoq; admittimus, Magiſtratũ de leviſſima culpa

teneri, ꝓut docuit *Paris de put. in trac. de Syndic. in verb. Negligẽtia c. 3. n. 19. Grat. conſ. 100. n. 12. volum. 2. Burſat. conſ. 193. n. 55. Bald. in d. l. quæ fortuitis n. 13. 15. 26. C. de pignor. act. quẽ vide.* Quartum etiam argumentum nõ urget: nam etſi maximé Senatus ampliſs. vectigal recepiſſet, & etiam expreſsé de ſecuritate, ſive conventione tacita, ſive expreſſa eſſet obligatus: nõ tamen teneretur, ſi poteſtatem impediendi & ꝓhibendi non habuiſſet, propter rationẽ illam naturalẽ, quæ quibuslibet cõtractib. ineſt & pauló ante id relatũ fuit, ne ſcilicet qs, ultrá q̃ ꝙ ſit poſſibile, aſtringatur, cũ quilibet actus & cõtractus, illam conditionẽ & interpretationẽ poſſibilitatis in ſe cõtineat, & p̃terea caſum, adverſamq; fortunam á ſe rejiciat *l. ex conducto §. ſi vis tempeſtatis l. ſi merces Locati l. licet C. eod. c. ꝓpter ſterilitatẽ ext. eo.* ubi laté Canoniſtę & Legiſtæ. Inſup & in privilegio impetrato, ſuſcepit Senatus ſecuritatem, in itineribus & viis publicis duntaxat, quatenus ejus imperio & jurisdictioni ſubjectæ ſunt: non veró in civitate aliisq; in locis: Unde ſuccedunt regulæ, ꝙ † quãdo verba privilegii, aliquid nõ di- 149
cunt, nec etiã nos id dicere debeamus. Igitur cúm ſaltem de viis & itineribus, quibus mercatores eũt & redeũt, ex preſſum ſit, certé ultrá, q dictum eſt, & verba ipſa ſonãt, extenſio faciẽda nõ erit *l. ſi de certa C. de trãſ. l. hos accuſare §. omnib. de accuſat.* † . Unius. n. caſus incluſio di- 150

 citur

citur alterius eſſe excluſio *l. cum prætor ff. de judic. l. maritus C. de procurat. gloſſ. in c. diſciplina 45. diſt.* Cúm ergo caſus itinerum & viarum incluſus ſit, cætera loca excluſa & exempta cenſebuntur. Atque hinc quoque efficitur, quód
151 † ſi quis extra itinera ſolita deprædarus fuerit, Dominus damnum non præſtabit *Bart. in d.l.1. de his qui dejec. vel eff. & in d.l. ne quid de incend. ruin. naufr.* Quia in eum caſum Dominus non videtur ſe adſtrinxiſſe, nec etiam lex eum obligat, cum ſaltem de viis & itineribus iisdémque ſolitis loquatur. Ut proinde manifeſté appareat, ſecuritatis præſidium, non absque diſcrimine ad quæcúnq; loca protendi. Ne-
152 que ſané injuria. Nam † limitata cauſa, limitatum debet producere effectum *l. in agris de acquir. rer. dom. l. actione de tranſact. Angel. conſi. 226.* Unde cum ſecuritas ad certum modum & ad certa loca ſit limitata & reſtricta, vires ejus ad alia loca, quibus verba non conſonant, porrigi non poterunt. Porró valdé abſonum vi-
153 deretur, quód † cúm privilegium, in gratiam & favorem Senatus & civitatis, ſit cōceſſum, id in ejus odium & detrimentum deberet retorqueri. *contra c. quod in gratiam de Reg. J. in 6. l. quod favore de ll. ubi Bart. Bald. Salic. Jas. c. dilectus ubi Felin. de reſcript. Bald. conſi. 39. lib. 1.* Itaque ad refuſionem damni, Senatus obſtrictus non erit, cúm nō in viis publicis ſed in civitate deprædatio ſit facta. Quapropter ſufficit, ſi Senatus

natus clariſs. ad requiſitionem accuſatorum juſtitiam adminiſtret, & in delinquentes, ſe-veriſſimis pœnis animadvertat. Nam † ubi 154
ordinaria via juſtitię extat, ad extraordinariã non eſt tranſeundum *l.1.C. de Theſaur.* Nec in fidem datam Senatus comittit, qui ad juſtitiã adminiſtrandam, cuilibet ſe offert, hoc petenti, cúm etiam hoc proprio motu, juſtitiæ zelo, absque alterius inſtigatione perfecerit, & etiamnum id facere non deſtiterit, ut proinde ad aliud, quod videatur quodammodo iniquum, non ſit compellandus, & ita aliorũ quaſi delicta luat. Nõ obſtat, quód plura vincula arctiús uno conſtringant. Nã talis promiſſio, ſecundúm verba & naturam contractus, ſunt accipienda *Bald. c.1. §. conventicula de pace juram. firm.* ut quis tum ad damnum teneatur, quando prohibere potuerit, & non fecerit, et ſi in juſtitia adminiſtranda tardus & negligens reperiatur. Caſum enim & adverſam fortunam Magiſtratus minimé præſtat. Non movet quinto loco adductũ, quód Officialis teneatur de neglectis & culpa. Nam ſatis jam antea oſtenſum fuit, Senatum ea feciſſe, ad quæ ex neceſſitate officii ſibi incumbente, facienda obſtrictus erat, maximé veró, cúm & præſumtio diligentiæ pro eo militet, qua quis potius judicandus ſit probus, diligens, ſolicitus, quám negligens & culpabilis. † Culpa enim & negligentia non præſu- 155

 mitur

mitur, *l. meritó pro ſocio l. quoties §. dolo de probat. Salic. in fin. de ſid. inſtrument. Grat. conſi. 99. num. 4. Plott. in l. ſi quando, numer. 7. C. unde vi.* Ideóq; nó immeritó jure cautum reperitur, ꝙ qui dolú, culpam, & negligentiam allegat, ad probationem ejus quod aſſerit adſtringatur. *l. interpoſitos. ubi Bald. Aret. C. de tranſact. l. quod Nerva ff. depoſiti l. dolum de dolo l. quoties §. dolo de probat. Grat. d. conſi. 99. num. 4. & conſi. 10. num. 14. vol. 2. & conſi. 100. n. 11. Berous cõſ. 195. vol. 1. Burſatus conſ. 325. n. 46. Riminald. conſi. 97. n. 5. & conſ. 98. n. 5.* Et ꝓpter hanc juris preſumtioně, exactiores & evidětiores probationes, cõtra Officiales exiguntur, quám aliâs requirerentur, *Gramma. conſ. 35. n. 36. Port. conſi. 95. n. 24.* & longé mitius cum eo agi debet, quám ſi ageretur cõtra veré delinquentem, ut ſupra quoq; dictum fuit. Et ꝙ hæc probatio negligentiæ & culpæ ali-
156 quató ſit difficilior, ex eo patet. nã † ſi alicui culpa objiciatur, ſive excipiendo, ſive agědo ſive denunciãdo, objici debet certa & limitata, nec ſufficit in genere objicere & probare, quod qs fuerit negligens in providendo, adhibendo remedia competentia, & q̃ hiſce ſunt ſimilia *l. prætor ff. de injuriis l. libellorũ de accuſat. c. ut circa c. præſentiã de elect. in 6. l. Denunciaſſe §. quid tamě de adult. l. aut qui aliter §. 1. ꝙ vi aut clam.* Et ſic in noſtra materia contra Officialem arguit, *Ruin. d. conſi. 12. n. 1. vol. 5.* ubi rationě ſub-
157 jungit. *Nam † negligentia*, inquit, *eſt privatio diligentiæ.*

gentiæ. Omnis autem privatio eſt negatio *l. inter ſtipulantem de v. obl.* Igitur ſicuti negativa loco & tempore debet eſſe adſtricta, in probatione facienda, *c. cum Eccleſia ſutrina ext. de cauſa poſſeſ. & propriet.* † Ita quoq; & in hoc propoſi- 158
to ſic reſtringenda erit. Præterea etiam probandum eſt, quód facultas faciendi pręſto atque in promtu fuerit *l. tutor ſecundũ dignitatem §. 1. de admin. tut. & in l. tutor. qui repertorium §. ſi poſt depoſitionẽ ff. eod.* ubi ad hoc ut tutor obligetur de negligentia, ꝙ non collocaverit pecuniã pupilli in emtionẽ ꝑdiorum; probandum eſt prædia fuiſſe venalia: Itẽ in civitate fuiſſe homines idoneos, ꝗbus pecunia pupillaris ad honeſtũ lucrum potuiſſet credi. Unde eũ omnia ea, q̃ ſub hoc fundamento fuerũt allata, ꝙ quis nõ adhibuerit cõpetentia remedia, exequẽda non fuerit executus, dilatione admiſſa nõ fecerit ea, q̃ debuit, ꝗ non inquiſivit inquirenda, non reſtitit violentis & reſiſtentib. non punivit punienda, ꝗ diſſimulavit nõ diſſimulãda, qui licentiã delinquendi ꝓbuerit, cũ ꝓbenda nõ eſſet &c. omnia, inꝗ̃, ſint ꝓbanda, túm ꝙ cõtra juris præſumtionẽ objiciantur, tum etiã quod hæc omnia in facto cõſiſtant, ſimplici ſané aſſertioni ſtandum non erit. Unde in noſtro quoq; ꝓpoſito, nõ erit ſufficiens probare, quód quis non fecerit, ſed etiã neceſſe erit docere, ꝙ facere potuerit. *Bald. in l. juris ignorantia C. qui admitti.* ubi

non

non ſufficit probare, quod maritus non adhibuerit medicos, uxori infirmæ, ſed neceſſe eſt probare, quod facere potuerit, & non fecerit: *Ruin. d. conſi. 17. num. 8. vol. 5.* Et quamvis aliquoties ædium expugnationes fuerint ſuſceptæ, eæ tamen ſolent á ſcholaribus, non deprædationis ſed petulantiæ cauſæ fieri, qui ſcilicet Jurisdictioni Senatus nõ ſubſunt. Ideóq; etiam in eos animadvertere non licet, ut proinde hujus omiſſionis gratia, nulla Senatui clariſs. negligentia imputari queat.

Sextó loco conſideratum non adverſatur, dum dictum fuit adeó ſuperiorem, ad damni reſtitutionem obligari, ut etiam ignorãs obligetur. Nam præter id, quód ad probationem ſcientiæ, qui eam allegat, ſit obſtrictus: *Bart. in conſi. 202.* cúm ibi per eum allegatis; requiritur etiam ad hoc, ut negligẽtia in omittendo convincatur, & alia probatio, nempe Officialem interpellatum fuiſſe, ad hoc ut pœna committatur *Innoc. in c. extirpandæ §. Quia*
159 *veró de præbend.* † Pœna enim appoſita judici, aliquid non facienti, tum demum commiſſa intelligitur, ſi monitus fuerit, & non fecerit *gloſſ. Immol. & Ant. de Butrio in c. fin. ext. de reſcript. Bald. in c. 1. §. Judices de pace juram firm. Alex. in l. properandum C. de Judic. Caſtr. in l. peto. §. fin. de leg. 2. gloſſ. in l. univerſa C. de precib. imper. off. c. fin ubi gloſſ. et Dd. ext. de reſcriptis:* Cæterúm nec ſolius ſcientiæ probatio in noſtro caſu ad condemnatio-

mnationem eſſet ſufficiens, ſed deberet etiã doceri, de poteſtate, quod ſcilicet Senatus potuerit impedire, & non fecerit, quod hîc nondum eſt probatum, probari etiam difficulter poteſt.

Non refragatur ſeptimum, Senatum ad damni reparationem teneri, & quidem perſonas ſingulas in ſolidum, non de pecunia publica, ſed de propriis facultatibus, & de proprio patrimonio. Nam id procedere poteſt, iis in caſibus, in quibus Senatui dolus & culpa imputari poſſit; quod in propoſito dici nequit, cúm á Senatu ſapientiſſimo omnia fideliter geſta, ſuſcepta & tentata fuerint, quæ in ſimilibus caſibus ad tumultos ſedandos ſuſcipi ſolent, & quantum etiam in ea temporis anguſtia fieri poſſibile fuerit: Quibus equidem remediis, ſatis ſufficienter proviſum fuiſſet, ſi cives in contumacia illa, erga ſuperiores perfidé, atque in ſe, & ſuos contumelioſos pertinaciter non perſtitiſsét, ejúsq; autoritatem, quæ alioqui eis ſancta & honorabilis fuerat, quaſi uno momento jam projectã & proſtratam toti provinciæ & tot nationibus exteris ludibrio nõ expoſuiſſent. Tantum autem abfuit, ut ad officium & obedientiam debitam redierint, ut & ipſum clariſſimum Senatum, legibus ab ipſis ei præſcriptis, morem gerere coëgerint. Ubi igitur nulla eſt culpa, ibi quoque nulla pœna, & per conſe-

conſequens, nulla etiam patrimonii jactura & imminutio.

Octavum quoq; contrarię opinionis fundamentũ non facit: nam cúm ex ſupioribus liqueat, Senatũ excuſari, quod deprædationẽ poſt omnem adhibitã diligentiam reprimere non potuerit, multó igitur magis Principem excuſandum, q hoc facinus ignoraverit, nec tam citó ꝓhibere, & remedium oportunũ afferre potuerit. Deinde ꝙ ſuperior teneatur de facto Officialiũ, illud contingit ꝓpter malã electionẽ, ut infra ſuo loco dicetur: Sed horũ Officialiũ electio, nõ eſt facta ab ipſo Principe, ſed ab ipſo Senatu, ideóq; pro mala electione nõ obligabitur. Proinde ſi Officiales in culpa eſſent, ꝙ tamẽ in ꝓpoſito dici neqt, ipſi Officiales nõ Dominus tenerẽtur. Ut interim omittamus, optimum & laudatiſſimũ Principẽ in animadvertẽdo cõtra facinoroſos, & ad reliquorum ſeditioſorũ hominum petulantiã compeſcẽdam, quæq; ad tranqllitatẽ, ſecuritatẽ & pacem publicã ꝓcurandam & ꝓmovendã conducunt, & neceſſaria ſunt, omne ſtudiũ, operam & diligẽtiam tam anxié & ſolicité adhibuiſſe, ut nihil hac in parte in ſua Celſitudine poſſit requiri: Utpote, qui ſibi juſtitiam tanq̃ Reipub. baſin unicam atq; immotã, ſemper præ oculis ꝓpoſuerit, á qua etiã, ne latum qdem unguẽ, etſi id variis modis tentatum fuerit, diſceden-

dendum, rectè & piè exiſtimaverit, ac etiamnum, nemini petenti, in juſtitia adminiſtrãda officio deerit, quin potius ꝓpoſitum hoc laudabile, firmiter & cõſtãtiſſimè retinebit.

Nono item loco adductum, huic ſententiæ non obſtat. Clari. n. juris eſt, cauponam, nautam & ſtabularium, non teneri, ſi vi majori detrimentum & damnum datum ſit, ubi extra omnem culpã ſint poſiti. Sed hic caſus deprædationis violentus cũ ſit, nec & hi tenebuntur; quorum tamen cauſam propter malitiã frequẽtiſſimè ingruentem, odioſam eſſe, nemo inficias ibit. Et ob id ut majori diligentia delictum evitaretur, edicto locus factus eſt *l.3. Naut. Caup. Stab.* ut pauló quoq; ante in ſexto fundamento pro ſententia ampliſſimi Senatus latiús fuit deductum.

Decimó non obſtat, quód violentiæ ſint odioſæ, ut oppreſſis & dãnificatis ſubveniatur. Nam ea remedia, de quibus ibi agitur, á legis-latoribus ſunt prodita, cõtra ipſos delinquentes & facinoroſos, qui in dolo & nequitia verſantur, in quo caſu in noſtro propoſito non verſantur, ſed ubi quis ob alterius delictum, ad damni reparationem convenitur contra regulas juris: Unde cúm ſupra in primo fundamento hujus opinionis oſtenſum fuerit, ſtrictam faciendam eſſe interpretationem, ut tertius, quantó id minus fieri poſſit, non lædatur præſer-

tim

tim cúm ſit receſſus á regulis juris cõmunis.
Id certé multo maximé in hac noſtra facti
ſpecie dicendum erit, ubi Senatus nulla cul-
pa vel negligentia ſit convictus, nec etiã qc-
quam commiſerit, ut proinde á damni repa-
ratione illum vacuum atque immunem eſſe,
optima ratione ſtatuendum videatur.

Non impedimento eſt undecimo loco
160 allatum. Nam † communitas non tenetur
de delicto, niſi communicato conſilio & prę-
cedenti deliberatione ad delinquendũ pro-
ceſſerit *l.ſemper §.2.quod vi aut clam.gloſſ.in l.aliud
§.refertur ff. de R.* J*ur. Bart. communiter approbatus
in l.aut facta §.fin.de pœn.Curt.*J*un.conſilio 174.n.30.
& conſil.fin.Dec.conſi.221.num.2. Oldrad. conſi.315.
Corneus conſi.224.volum.4.& Villalob.com.opin.lit.
V.*J*ul. Clar.lib.5.ſent.§.fin.quæſt.16.* ubi etiam de
communi atteſtantur. Sed agendum eſt con-
tra ſingulares perſonas, qui deliquerunt *gloſſ.
in l.aliud §.refertur de Reg.*J*ur.l.ſed etſi ex dolo §.1. de
dolo l.ſicut §.1.quod cujusque univer. nom. Bart. in d.l.
aut facta §.fin.de pœnis.* J*o.Andr.Gemin. in c.felicis §.
fin.de pœnis in 6.Abb.in c.in geneſi de elect. & in c.di-
lectus de Simonia, Angel. in conſi.163. Caſtr. conſi.86.
& conſi.104.volum.2.* Sed Senatui clariſſimo ad-
verſum non eſt, ut delinquentium quisque
pro ſuo commiſſo, & quoq; ad reparationem
damni, conveniatur, quibus omnibus & ſin-
gulis juſtitiam facere, ſeſe liberaliter offert.
Et ſané iniquum eſſet, alterius odio, alios,
præ-

præſertim ſenes, pupillos, mulieres, abſentes, innocentes, ægrotos, & alios, quibus hoc grave ſcelus, ſummopere diſplicuit prægravari *c. non debet de reg. jur. in 6. l. ſi quis ſuo §. legis C. de inoff. teſt.* Quibus addatur, quód conſtet de delinquentibus, de aliquibus etiam ſupplicium ſumtum ſit: Igitur maximé iniquum eſſet, quód univerſitas de aliorum delicto puniri debeat. *Caſtr. conſ. 423. vol. 2. Aret. conſ. 163.* cum iis quæ ſupra allegavimus, cúm de autoribus delicti, & malefactoribus ipſis ſatis cõſtet. Cæterúm alii, cúm incertum ſit, utrúm delicti ſint participes, ſive non, pœna affici non poſſunt, neque etiam ad damni reſtitutionem condemnari debent, cum † in pœnalibus liquida debet eſſe probatio, *Jaſon. in l. 1. C. de milit. teſtamento. l. ſi quis mihi bona §. ſed quid ff. de acquir. hered.* Nec ſuper incerto ferenda ſententia. Cúm igitur hoc factum non ſit totius communitatis, ſed ſaltem quorundam ſeditioſorum, ad totam univerſitatem traducendum nõ erit, cúm ut pauló ante oſtendimus, delicta ſuos debeãt autores tenere, nec quiſquam ex alterius delicto vel maleficio ſit prægravandus. Quibus adde, de jure cautum nõ reperiri, quód communitas teneatur locum cuſtodire, niſi per ſtatuta locorum, expreſsé hoc cautum reperiatur. Atque hinc eſt, pro ut Interpretes in jam citatis locis teſtantur, de ſtatutis hac de re diſponẽtibus per totam 161

feré Italiam, & facit *d. §. quoniam, cum gloſſ. in d. Auth. ut nulli judic.* ubi etiam & id notandum, cuſtodiam territorii non communitati, ſed præſidi injungi. Et eſt text. *in d. §. congruit.*

161 † Nec etiam admittitur verum eſſe quem teneri prohibere delictum, quamvis ſcientiã habeat, puta revelando vel alio modo etiamſi abſque ſuo periculo hoc facere poſſit, prout tradit *gloſ. in l. culpa caret de reg. jur. Bart. & communiter Dd. in l. utrum de parricid. & in l. 1. §. ſi in eo ad Sc. Syllan. & in l. ut vim de iuſt. & jure & l. metum §. ſed licet quod met. cauſa.* Nam ſecundúm illum textum, licitum eſt alicui pecuniam accipere, pro alicujus defenſione. Ergo infertur, quód non tenebatur, alioqui turpitur acciperet *gloſ. in c. non inferenda 23. quæſt. 3.* Atque ex his infertur, ſi negligentiam communitatis velimus arguere, probanda eſſet ſciẽtia, & quód ad defenſionem teneatur *gloſ. in l. ex maleficiis §. longé minus de Obl. & Act. Bald. in l. 1. C. qui accuſ. non poſ. Jaſ. conſ. 46. num. 2. vol. 3. Dec. conſ. 437. num. 3.* Quibus accedat, quód delinquentes ab iis, qui in ędibus fuerint inſtrumentis tormentariis petiti, plures lethaliter ſauciati & vulnerati fuerint, qua provocatione in eum furorem & ſævitiam tandem agitati, ad deſtructionem ædium, & rapinam proceſſerunt. Quod ſi ab inhabitantibus hoc intermiſſum fuiſſet, ad illam rabiem multó minus ad deprædationem progreſſum feciſſent,

Digitized by Google

ſent, flagrante præſertim in Dominum ædium odio, per religionis ſuſpicionem comitato. Unde † cúm inhabitatores, cauſam damni dederint, ſibiipſis non aliis acceptum hoc ferre debent *l. prætor §. ſi non ſervum ff. vi bon. rapt. l. qui occidit §. in hac ad l. Aquil.* Et communitati uti incitatæ & provocatæ ignoſcendum *Dd. in l. ut vim. ff. de juſt. & jure.* 163

Verum-enimveró, quamvis quæ pro defendendo ampliſſimo Senatu hactenus in medium fuerunt prolata, non exiguum juris colorem prę ſe ferre videantur; verendum tamen maximopere eſt, ne judices contrariæ ſentētiæ, adverſus Senatum primo loco relatæ, in favorem mercatorũ agentium, & damna repoſcentium ſint adhæſituri, eã potiſſimũ ob cauſam, quód † ipſe uſus & juris Saxonici diſpoſitio, hanc ſententiã comprobat. Nã feré in ſimili caſu iiſdẽq; pené in terminis in judicio Camerę impialis & partim in Germania, ſic eſt pronũciatũ ac á plurib. noſtri ſeculi Jureconſultis in hanc rẽ ita cõſultũ, inſuper etjam in lecturis ab ipſis firmatum id reperitur. Atq; hujus rei initio locupletiſſimi ac probatiſſimi autores & teſtes ſeſe offerũt; imprimis veró Joachim Mynſing. *in ſing. obſ. iudic. Cã. obſ. 70. cent. 5.* Ubi determinat Dominos terrarum, quãdo pedagia colligunt, vel ſalvũ conductũ præſtant, teneri de deprædatione facta, etiãſi ignorent, quis damnum dederit, ſive ea in re 164

vel familiares ipſius Domini, ſive etiam re-
165 gentes culpabiles fuerint. Nam † Officialium & ſubditorum negligentiã de Dominorum voluntate factam præſumi, allegans *Roman. conſ.152.Felin.in c. nulli de Accuſat.* Nec etiam dicitur, Dominum territorii, in ejuſmodi caſu, de alieno puniri delicto, ſed de proprio & propria negligentia, ex qua pravum animum colligendum & præſumendum putat, *d.l. reprehendenda C.de inſtit.& ſubſtit.* Et hanc determinationem optimé notare jubet, cũ hac noſtra ętate depdationes admodũ ſint frequentiſſimæ. De hac camerali obſervatione in judicãdo teſtatur quoq; Hartman. Hartmanni in obſervat.in Cameræ judicio collectis *obſ. 6. lib.10.mihi folio 172.* Ubi dicit ex mente Bartoli *in d.l. Nequid: Dominum loci teneri de Robaria facta, in territorio ſuo, maximé ſi prohiberi potuerit.* Ut inde ſatis eliciatur, quód etſi Dominus ignorans ſit, nec etiam prohibere poſſit, vel alia de cauſa ſit impeditus, nihilominus illũ
166 de damno dato teneri. † Dictionis enim (Maxime) ea eſt natura, ut includat caſum magis dubitabilẽ, & tam expreſſum, quã etiã nõ expſſum, cũ ſit dictio implicativa *l. qui ſi patris ibi maximé emãcipatis C. unde liberi, & ibi not.Dd.et in l.Rogaſti ſi cert.pet.in verb.Maximé l.Decurionib.ff. de Decur.* Joã. *Crott.cõſ.144.n.14.Paris cõſ.90.n.17.& conſ.65.n.18.vol.1.Com.cõſ.69.n.21.vol.1.Alex.conſ.2. n.9.lib.5. Gratt.conſ.4.nu.62.vol.1.* Similiter quoque

que de hac pronunciandi obſervatione, ſcriptum reliquit *Andr.Gail.in Obſ.judicialis Cameræ obſ.64.lib.2.* Ubi magis in ſpecie exprimit, in quo caſu in Camera ſic fuerit pronunciatum, videlicet cõtra Epiſcopum Herbipolenſem, ubi Mercator in itinere, præſentibus conductoribus ſecuritatis, rapinam paſſus & rebus ſuis deprædatus fuerit. Quód in primis notandum eſt deprædationem ibi fuiſſe factam, præſentibus conductoribus non impedire valentibus: prout in noſtro quoque caſu accidit, ubi deprædatio quoque facta, in præſentia Senatus, Conſiliariorum Principis, cuſtodiis & Satellitibus ad prædones arcendos ad locum delicti miſſis: & tamen illam qualitatem, á Dd. requiſitam, Camera non attenderit. Quam etiam ſententiam, tam firmam eſſe exiſtimaverunt Judices Camerales, ut eam procedere exiſtimaverint, etſi nullum pedagium Dominus collegerit, vel aliquam penſitationem pro ſecuritate acceperit. Quo poſtremo caſu, longé evidentiús apparet, Dominum ad reparationem damni teneri; multó ergó magis id obtinebit accedente receptione vectigalis, & conventione expreſſa: Atque in caſu Epiſcopi Herbipolenſis pro eadem ſententia conſuluit Udalricus Zaſius *conſil.9.& conſ.10.* Quæ conſilia relata ſunt *in tomo 1.cõſ.* JC.*Germaniæ* & extãt *in lib.1.conſ.Zaſii conſ.14.et 15.* Ubi teſtatur de cõſuetudine Ger-

maniæ ſic obſervari, ut jacturæ damnum paſſis á Dominis territorii reſarciatur, & in eodẽ caſu in hanc ſententiã conſuluit Jacob. Henrichman. *conſ. 10. Quidã negociator in reditu ex nundinis autumnalib.* in appendice ſuorũ conſiliorum, cui Zaſii jam citata conſilia quoq; ſunt inſerta. Ubi eo in caſu, in deprędati putat eſſe poteſtate & electione poſitum: utrúm cõtra Dominum territorii, an veró contra deprædantem velit experiri. Sic etiã ſentiunt in lecturis J*ochim. á Beuſt. in Rubr. de jure-jur. in tit. Spoliatus an contra Dominum loci fol. 35. & 36.* Ubi generaliter ſtatuit, Dominũ territorii teneri deprædatis de damno dato. Et pro confirmanda hac ſententia allegat *jus Saxonicum in art. 27. lib. 2.* ubi diſponitur: wem er aber Geleitte gibt/ der ſol jhn für Schaden bewahren / bey ſeinem geleitte/ oder er ſol jhme den Schaden gelten. cui textui adde *gloſ.* Weichbild *art. 8. in verb.* (Muh vnd Zoll) vbi habetur: Zoll ſeyn aufkommen vnd zum gemeinen Nutz geſetzet/ dann vormals wie die Leute mit-einander krigeten/vnd ſich das Volck nicht geregen kondte / da ſatzten die Römer im Lande / daß man Bolleten nemen ſolte/ das ſeynd Geleitsbrieffe/ vnd von dem man die Bolleten nahme/ ſolte den Nehmer Schadloß halten/ binnen ſeinem Geleite/vnd das war von deß Reichtsgunſt zugeben den Fürſten / daß ſie Straſſen-reutter hielten/ die das Volck beſchirmen ſolten/das Gaſtes weiſe in jr Gebiete kõmt.

Digitized by Google

Et de his Bolletis ſive teſſeris publicæ ſecuritatis, paſſim meminerunt juris Interpretes *ut Jacob. de S. Georg. ſupra citato tract. feud. in verb. Marchio. §. Quæritur, numer. 4. Et Andr. Gail. in d. obſ. 64. num. 5. libr. 2.* Ex quo textu juncta gloſſ. ſatis manifeſté apparet, Dominum qui præſtat ſalvum conductum ſive ſecuritatem, debere indemnem viatorem conſervare, ideó quód pecuniam pro ſalvo conductu ſive ſecuritate recipiat. Et cúm textus juris Saxonici generaliter loquatur, abſque ulla diſtinctione adhibita; igitur & nos generaliter illum accipiamus neceſſe eſt. Nam quemadmodum ex eo, quod jus Saxonicum ei qui homicidium perpetravit, pœnam mortis dictat, neque de damnis & expenſis mentionem facit, ex hac generalitate determinatur, ad damna & expenſas reum non teneri, propter generalitatem ejus diſpoſitionis. Quam interpretationem ſecutus eſt, illuſtriſſimus Elector in præcitata *conſtitutione 12. part. 4.* Ubi diſpoſitio illa etjam ad pœnam corporalem, etſi non ſit mortis, protenditur. Et ratio eſt: nam † ſta- 167
tutum ad unguem ſervari debet, ut aliquid addat juri communi *Bartol. in leg. 3. §. Prætor de damn. inf.* cúm ſemper illa quid operari debeant, ultra jus commune ne ſint fruſtratoria *leg. ſi quando ff. de leg. prima. Alexand. conſi. centeſimo decimo-nono, libri ſeptimi, & conſ. 35.*

Digitized by Google

lib.6.Martin.Laudens conſ.36.num.3. Nevizan. conſ.
168 *95.nu.19*: Et † diſpoſitio generaliter loquens, generaliter quoque eſt intelligenda *l. 1.§. & generaliter de legat. præſtād.c.ſolito de major. & obed. Bened.Capra.conſ.8.num.8.* Itaque cum Mercatores, de quibus hic ſermonem facimus, pro ſecuritate depenſum debitum ſolverint, neceſſarió etiam ſequitur, quod ab ampliſſimo Senatu indemnes ſint cõſervandi. Nec quicquā iniqué petunt, ſed id, quod tam juri communi, quā juri Saxonico eſt conforme, quodque etiā uſus Gemaniæ & imperii apꝓbavit.

Verúm adhærendo huic opinioni videamus, quomodo fundamenta, pro clariſſimo Senatu allata poſſint evitari; videntur enim non uſq; adeó eſſe firma. Nam quantū ad primū fundamētū attinet, quod regulariter quis pro delicto alterius non teneatur, etſi haud gravatim hoc concedamus, regulariter neminé ex alieno delicto cõdemnandum: Attamen hic caſus de quo diu multúmque hîc ſermonem fecimus, quando videlicet Mercatores, in aliquo territorio vel diſtrictu deprædantur, ſecus eſt. Tunc enim dicitur delictoDominus obligari ex quaſi delicto; Ideóq; ad damni reparationem & ſic ad pœnam pecuniariam obſtringitur, quod fieri poteſt *gloſ. in Rubr. C. de decret. Decur, cum allegatis per Didac. Covarr. Var. reſolut. cap. 8. num. 7.* Idque ex rationibus ſupra allegatis. Quod de jure com-

communi Dominus ad cuſtodiam diligentiſſimam territorii ne deprædationes fiant, teneatur. Deinde quód pedagium accipiat, & tandem, quod Cæſarea Majeſtas, in privilegio conceſſò, Viatoribus & Mercatoribus, de ſecuritate proſpexit, promiſſione Senatus expreſſa intercedente. Et quod Dominus hoc in caſu, ad reſtitutionem damni teneatur, prout jam ſupra dictum fuit, ſumma cum utilitate introductũ eſſe puto, ut ſcil. publica ſecuritas cõſervaretur, & pax ac tranqllitas 169
publica eó arctius ſtabiliretur. Ideóq; † diſpoſitiones & ſtatuta, quibus Dominis & communitatibus, villis & caſtris, reſtitutio damni injungitur, maximé ſunt favorabilia, non autem injuſta, impia vel iniqua, prout in primo fundamento deductum fuit. Nam ita traditum reliquit *Bald. in l. ſi quis non dicam rapere nu. 6. C. de Epiſc. & Cler.* ubi dicit ſtatuta, quód villa teneatur cuſtodire territoria ſua, ne fiant robariæ, ut ſi in iis damnum accidat, quód ad emendationem teneatur eſſe æqua, allegat *d. l. ne quid §. facinora ff. de incẽd. ruin. naufr.* Sic *Jaſon. in l. ſi qs ſuo §. legis C. de inoff. teſtamẽto & in l. de quibus ff. de LL.* ubi cum Bart. concludit, quód ſtatuta quib. villa tenatur pro facientibus furta, ſint valida. Atque concluſionem hanc pluribus exemplis ibi exornat atque illuſtrat. Æquitas autem inde procedit, quód Domini terrarum, caſtra, civitates & comitatus, metu

pœnæ adigantur, ad cuſtodiendos ſuos limi-
tes,&loca ac diſtrictus,ut omnia á latronibus
& facinoroſis hominib quám tutiſſima con-
ſerventur,& ut publicæ ſecuritati conſulatur
*d.l.1.§.in ſumma,de his q. dejec.vel eff.l.2.§. Hæc autē
de offic.præſi.not.in c.ſicut dignū de homicid.Igneus in l.
1.§.ſi qs in Villa n.86. Ad Syll.Alex.in apoſtil.ad Bart.
in d.l.ne quid de incend.ruin.nauf.Carrerius in d.§.ho
micidiū.Bald.in d.l.ſi quis non dicā,Laur.Calcan.conſ.
39.*ubi his verbis, inquit: *Nec eſt verum quód hoc
ſtatutum ſit iniquiſsimum,quia ex delicto alterius te-
netur:* Imo æquiſſimum & favorabile, † quia
170 eſt damni emendativum & culpę punitivum.
*c.diſpendia de reſcript.in 6.*Et ideo ſervandū *l.quæ-
ſitum de ſepul.viol.l.nō ſolū §.1.de injur.Bart.in Auth.
omniū C.ne Uxor pro Marito & in tract. de Repreſſal.*
ubi voluit: quód ex hac ratione valeat ſtatu-
tū,permittens Repreſſalia. *Et Roch. de Curte in
d.conſ.63.*ubi hortatur judices,ut multúm ſint
promti hoc in caſu,in ſubveniendo lęſis,&in
cōdēnando ſontes,in quorū ꝓvinciis delicta
ſunt cōmiſſa.Nec ad ſolemnitates & ſubtilita
tes *l.locatio §.Quod illicité,de probat.* reſpiciendū,
ꝓpter ſecuritatē & favorē publicū. Et ſequi-
tur Henrichman.*in d.conſ.1.in appēdice conſ.n.12.
Grāmat.conſ.23.vol.1.* Injuſta equidē ejuſmodi
ſtatuta dici poſſent,quādo eſſent ſine cauſa &
ratione.*Bart.in 1.conſtit.digeſt.n.4.*Quem ſequi-
tur J*aſon.in §.Actiones n.83.& 85.* Deinde etiam,
ſi culpa & negligentia alicui imputari non

poſſit

poſſit *Aret.conſ.87. Gravetta conſ.3.num.16. Socin. conſ.122.nu.1.vol.1.* Imó *Jacob.de Belvis.* ibi ſtatuit Dominos pro robaria obligari. Nec obſtaculo eſt † §. *Quoniam in Auth.ut nulli judic.* Nam 171
ille text. ibi *á gloſ. Jacob.de Belviſo* & communiter á Dd.accipitur, quando univerſitati nulla culpa imputari poteſt, quæ pro alio condemnanda eſt *l. quód quis ex ſua culpa ff. de reg. jur.c.damnum,de reg.jur.in 6.Cacheran.d.deciſ.88.n. 26.* At ſecus eſt ſi ſubſit cauſa legitima & favorabilis *c. ſine culpa, de reg.jur.in 6.gloſ.& Bald.in d. c.2. de conſtit.Bald. & Angel.in l. Sancimus C. de pœnis.Alex.in addit.ad Bart. in l.jure proviſum C.de Fabricens.libr.11.Jaſon. in d.l.ſi quis in ſuo C.de inofficio. teſtament.* Satis autem juſta cauſa dicitur, ut quisque ſuum, hac legitima & circumſpecta proviſione conſervet, deprædationes & maleficia cohibeantur,hominésq; á delictis deterreantur, ac inde publicæ ſecuritati & tranquillitatì ſubveniatur. Quod ipſum publicã juſtitiã &publicam æquitatem requirere fatetur etiã *Cato Schacchus in ſubſcriptione ad d. conſ. Rolandi á Curt.conſ. 63. inter conſ. Calcanei: & Octau.Cacher.d.deciſ.88.nu.18.& nu.25.* ubi voluit ſtatuta & conſuetudinem ejuſmodi valere, etſi nihil veré vel etiã pręſumtivé ſit commiſſum. Et optimé probatur *in l. 3. §. ait Prætor: Naut.Caup.Stab.* ubi Juriſconſultus ait, Pręto-rem actionem honorariã induxiſſe,ut q̃s pro alio teneatur ut innoteſceret Prætorẽ curã age-

agere reprimendæ improbitatis in hoc genere hominum. Et per *text. in c. quoniam frequenter* §. *ſi veró, ut lite non conteſt. c. quantó de divort.* Nam delinquentes, hac diſpoſitione fiunt timidiores, & remiſſores *Joan. Crott. conſ. 6. num. 15.* Itaque & Magiſtratus, ad damni reparationem, tam jure civili, quám etiã Saxonum legibus, adſtringitur; ut eó ſint diligentiores, obviando delictis, & ut ſecuros reddãt quorum res ſalvas fore in ſe receperunt. Cæterũ quæ de mandato dicta fuerunt, ut hoc requiratur ad id ut quis pro delicto alterius puniatur; id quidem procedere poteſt, quoad pœnam corporalem, ſed quoad pœnam pecuniariam, ob publicam utilitaté, & ex cauſſa relevante, qua culpa & negligentia omiſſionis arguitur, & corrigitur, cúm etiam quis ultró ſponte periculum in ſe ſuſcipit; tum enim bené & recté quis poteſt ad damni reparationẽ condemnari, cúm & pauló ante oſtẽderimus, aliquem ex cauſa etiã ſine culpa poſſe puniri.
172 Et ſatis eſt, quód † patientia habeatur inſtar mandati, qui enim fieri quid patitur, idem eſt ac ſi ipſe faceret *l. q. patitur Mandati. Jaſon in d. cõſ. 139. vol. 4.* Cúm ergo & in noſtro propoſito, p damni reſtitutionẽ, reddantur in officiis conſtituti, diligentiores & accuratiores, ut magis vigilanter & ſolicité, in ſecuritate & ſalute publica procuranda, laborent: æqua lex erit, publicũ bonum reſpiciens *l. 1. l. 3.* §. *ſed ſi tota ff.*

Naut.

Digitized by Google

Naut.Caup.Stab. Nam ſi homines &ſubditi intelligerent, nihil Dominorũ intereſſe, ſi viatores & mercatores offenderẽtur, audacius procul dubio eſſent graſſaturi, & per hæc, ut ante dictum eſt, aditus ad maleficia patefieret. Facilitas enim veniæ, delinquendi occaſionem præbet. *Bart.in l.1.§.occiſorũ ad Syllan.* & non ſolúm extraneis, ſed & propriis ſubditis, hoc ſeculo egentiſſimo, daretur materia & occaſio, cum prædonibus & furibus coeundi *d.l.1.§.1.Naut.Caup.Stab.* Maximé veró, quoad ſubditos, tenentur Magiſtratus & judices obviare futuris delictis *Dec.in l. nullum crimen & in l.culpa caret ff.de reg.jur. & in culpa caret ff. eod.* Et probatur *per c.quãta de Sent. excom.* Unde & hoc profluit, nõ ſufficere á malo abſtinere, niſi & fiat bonũ *l.in illa ſtipulatione per te nõ fieri ff.de V.O.*

Ad ſecundum veró fundamentum, in quo feré cardo totius negotii vertitur, diligẽtiſſimé eſt advertendum. Quód etſi admittamus, majorem partem Interpretum eó oculos habuiſſe intentos; utrúm Magiſtratus ſcientiã habuerit, & potuerit prohibere, vel malefactorem exhibere· nam quod ad ſcientiã, primúm, attinet, neceſſe non eſt inſiſtere, cũ hęc delicta palam, de die, in loco ad forum eminenti, ſint perpetrata, omnibus ſcientibus & intuentibus. Utrũ veró Senatus ampliſſimus prohibere deprædationem potuerit nec ne; hîc pauló accuratiús, ut in arcem quæſtionis aſcen-

aſcendamus, inſiſtendū erit. Initio igitur negari nō poteſt, ſubditos & cives, anteq̃ ad deprędationes ędium, de quib. nunc agitur, perventum eſt, ſe oppoſuiſſe Senatui, in quamplurimis, diverſisq; articulis, & exitus illius controverſiæ probavit, ſatis injuſté & temeré ampliſſimo Senatui á cõmunitate, moleſtiam fuiſſe exhibitam, qua in re tanta audacia, & tanta procacitate ſe oppoſuerunt, ut niſi ab ipſo Principe, Domino noſtro clemẽtiſſimo, & ejus Conſiliariis, autoritate & cõſilio pollentib. comperta negocii iniquitate, id interceptū atq; diremtum fuiſſet, vel inde quoq; ejuſmodi malum emergere potuiſſet. Ex quo ſané de eorum animo, erga Senatū, & Magiſtratū arguere licet, & quód malū intẽtarint, haud obſcuré deprehẽditur, ut dubio procul in omnẽ occaſionẽ ſe vindicãdi intẽti fuerint.

Secundó & id in aperto eſt, ſæpius ante hac, ędes quorundã civiū, & etiã Senatorum, ex odio & ſub quodã religionis ꝑtextu tanq̃ delicti & turpitudinis velamẽto, fuiſſe expugnatas. Nec tamen in malefactores ſeveriús animadverſum. Ex qua licentia ad delinquendū, homines alioq odio flagrãtes, & vindictæ cupidiſſimi, facti fuerũt audaciores, inſolentiores & magis petulantes, unde nõ mirū, ꝙ hoc
173 facinus inde fuerit ſubſecutum. † Hæc enim pœnę intermiſſio, plura & varia mala gignit. Nã hinc publica lætitia interturbatur *l. Nemo. Ubi Bald. C. de Epiſ. & Cler.* Ira Dei in nos ꝓvoca-

Digitized by Google

tur, á quo delictorũ venia ſperatur *l. provinciarũ C. de feriis.* Siqdẽ pœnis populi incolumitas ſervatur & procuratur *Paul. Merẽda cõſ. 88. in fin. in 2. tom. cõſ. crim.* Et dicitur *in c. eſt injuſta 23. q̃ſt. 4. Nonne cũ uni indulget indigno. ad plapſionis contagiũ pvocat univerſos? Facilitas enim veniæ, incẽtivũ tribuit delinquẽdi.* Nã qui nõ impedit principia & media, dicitur pmittere finẽ *d. l. 1. §. 1. de mort. infer.* Et ſufficit ut trãſeat tẽpus, quod facere potuerit & non fecerit *Bart. in l. 1. C. de his quib. ut indign.* Et ibi *Angel.* ſequitur.

Tertió, quód Senatus nõ ſolúm monitus fuerit, p motus & tumultus antegredientes, ſed ẽt p ſchedas publicé affixas, quib. de expugnatione ędiũ, ſcholares & cives adhortabantur, & quoq; inſup civiũ concurſationes & cõſultationes Senatui nõ incognitę fuerint, hoc palã eſt omnib. † Præſumitur quoq; in Magiſtratu, notitia facti, *Bald. Felin. in. c. quoſdã de præſumt.* 174
Deinde ꝙ diſtinctis dieb. inſultꝰ ædiũ, ubi depdatio facta eſt, renovatus fuerit, nemo eſt, q ignorat: nã cũ ſibi hoc permitti animadverterẽt, quaſi re bené geſta, alacriús ꝙ cœptũ erat, poſtero die aggreſſi, ad ædiũ deſtructionẽ & depdationẽ tandẽ proceſſerunt. Et cúm pcedente die Senatus intellexerat, 30. cives ſufficientes nõn fuiſſe, ut inde latrones & tumultuãtes depellerẽtur; niſi hi, q in ædib. fuiſſent, eo die armis ſe defendiſſent: ad eorũ ſané officium maximé ſpectaſſet, hac de cauſa majori numero cuſtodias, & excubias multiplicare,

præſertim tempore nundinarum, quó certé plus periculi á prædonibus imminet, & tempore conſpirationis, quo & Senatus autoritati plurimũ inſidiatum fuerit, publicæ conſervandæ ſecuritatis & cõmunis utilitatis ꝓmovendæ gratia, diu noctuq; eis ex legũ pręſcripto vigilare, & omnia quæcunq; ad loci defenſionem conducerent, pręparare, inque facinoroſos é veſtigio graviter animadvertere, incubuiſſet *d.l.2.C.de off.præf.præt.Affr.* Quód cúm omiſſum fuerit, & latrones ſenſerint, ſe ſatis validos eſſe ad reſiſtendum Senatus imbecillimę proviſioni, quę ſat frigidé ſuſcepta fuerat, factum eſt ut animo audaciori, poſtero die ędes, quaſi ab omni tam Senatus, quám etiam communitatis præſidio derelictas ac prædæ expoſitas, cúm eis quaſi impuné graſſari liceret, adortę fuerint. Cúm igitur hac ſuſpicione negligentiæ & culpæ Senatus non careat propter metum & periculum deprædationis ſubſiſtens: ac † metus iſte non minus æſtimetur in jure, quám ipſa deprædatio *l. habitatores §. ſi loca l. in hac ſtipulatione de damn. inf. Gravetta conſ. 319. num. 5.* magis inde quoque de negligentia convincitur. Nec refert, quód aliquid factum ſit; nam cúm † non ſit legitimé perfectum, idem eſt, ac ſi nihil factum fuiſſet *l. ſi. §. illud. C. de Codicil. §. pen Inſtit. Quib. mod. teſt. infirm. l. quoties, qui ſatisd. cog. l. ſi aut nullũ de legit. tutor.* † Paria enim reputãtur, nõ facere, vel

175 (margin, beside "dationis ſubſiſtens"); 176 (margin, beside "aliquid factum ſit"); 177 (margin, beside "git.tutor.")

in

in facto nõ perſeverare *l. quicqd calore, de reg. jur.* vel etiam non bené facere *Calcan. d. conſi. 39.* unde cum ſubditorum inſtitutum, á Dominorum voluntate dependere dicatur. *Bart. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi de nov. op. nunc. num. 19. l. 1. quod vi aut clam. l. 4. ff. de minor.* Senatus hujus mali primam cauſam præſtitiſſe videtur. Atque hæc ſuſpicio adverſus clariſſimum Senatum, eó magis augetur, quód concurſationes & conſultationes delinquentium, non clam, ſed omnino palam abſque ullo metu, omnibus audientibus, quaſi optimo jure illis hoc grave & enorme facinus perpetrare liceret. Et ob id Senatui non incognitæ hujuſmodi machinationes fuerunt; & ſi fuiſſent, hoc explorare ſui officii erat *l. 1. §. cura ff. de officio præf.* ubi præcipitur; quód † Stationarios debeant 178
habere ad referendum ſibi id, quod ubique agatur, cúm paria ſint, ſcire, vel ſcire poſſe *l. pen. ad Macedon. l. in bonorum de bon. poſſ.* vel ſcire debere *l. quod te. ubi Dd. ſi cert. pet. l. qui fundum. §. ſervos ff. pro emtore.* † Putandum enim ea quæ 179
publicé & propalam fiunt, neminem latere *c. fin. ubi Canoniſtæ qui matr. accip. poſſ. gloſſ. in c. fin. 16. diſtinc. gloſſ. in c. 1. de poſtul. prælat.* Imó ignorãtiã craſſam dici, neſcire quæ in civitate publicé fiunt. *Specul. in tit. de conſtitut. numero 8. Albert. in Auth. quod ſemel ff. quomodo & quando ad: Bart. in extravagant. in verb publicé: & in l. ſed etſi pupillus §. de quo palam. ubi Alex. ff. de inſtitor. act. Canoni-*

ſtæ in c.præſumitur de R.J.in 6.Roman.conſi.59. ubi præſumtionem hanc adeo fortiſſimam eſſe exiſtimat, ut juramentum in contrarium non admittatur *Hippol.in l. qui ignorans numer. 18.cum ſeq.et l.qui falſum num.88.ad l.Cornel.de Falſar.gloſſ. in l.1.C.qui & adverſ.quos in integ.reſtit.non &c.*

Quartó veriſimile non eſt, quin Senatus ad defendendũ ac tuendum miſeros atq; oppreſſos, lacrymis, ululatibus & clamorib. req̃ſitus fuerit, unde etiã culpa argui ſolet, *Aret. cõſ.29.verſ.ſi ibi ageret 68.et cõſ.68.verſ.ꝓterea. Corn. conſi.183. lib.4.* Et ita in ſyndico & conſule arguitur & eorum officium perſtringit *idẽ Corn.*
10 *conſ.132.num.5.* † Oppreſſionibus enim hominum ſubveniendum *eſt l.ſi fundo ubi Bart.& Alber.ff.de rei vindic c.ſedes de reſcript.clem.1. ubi Card. de uſuris clem.1.§.de conceſſ.præbend. Socin. conſi.115. num.22.volum.1.Hippol.in l.1.§. cum quis latrones de quæſtion. & ſingul.177.Bald.in conſi.4.lib.2.*

Quintó, Senatum poteſtatem & facultatẽ impediendi habuiſſe, ſi ſtatim in principio, antequã cunctatione, & negligentia, facinoroſi licẽtioſiores facti, obſtitiſſet, ac remedia competentia adhibuiſſet & delicta antea cõmiſſa non ita impunita tuliſſet, verúm potius cuſtodias arctas inſtruxiſſet, ꝓut in ſeditione & tumultu exorto, neceſſitas & uſus requirit, dubium ſané nullũ eſt. Et ſi locus iſte hominum copiã nõ ſuppeditaſſet, ex locis vicinis, quę etiam impio & juriſdictioni Magiſtratus parent

parent evocãdi fuiſſent. Cúm † facultatẽ ha- 181
re p̃ſumantur, qui impium & juriſdictionem
habent; & ratione hujus ſuæ poteſtatis, & ju-
riſdictictionis ſi non remedia adhibent, ꝑut
neceſſitas & facti cõtingentia exigit, cõſcr. ti-
re dicũtur: Et ideo ex quaſi maleficio obligã-
tur. *l. in delictis de noxal. act. ubi gloſ. in verb.* (Prohi-
bere poteſt) aſſerit, † facultatem ꝓhibendi 182
habere qui de facto & de jure prohibere po-
teſt: *& Innoc. in d. c. quantæ de ſent. excom.* Atq; eſt
textus *in l. lege Cornelia ad l. Cornel. de Fals.* qui ſic
inquit: *lege Cornelia cavetur, ut qui in aurum vitii
aliquid addiderit, quive argenteos nummos adulterinos
conflaverit, falſi crimine teneatur. Eadem pœna is quo-
que afficitur, qui cum ꝓhibere tale aliquid poſſet, etiam
nõ prohibuit.* ubi etiã gloſſ. in verbo (prohibuit)
multa jura ſimilia allegat. Itaq; cuſtodias, tẽ-
poribus periculoſis ita inſtructas habere de-
bẽt, ut vim, q̃ in ꝓpoſito p̃cedenti die, in cõ-
ſpectu & ore omniũ erat, poſtero die cohiberi
& oppreſſis ſubveniri potuiſſet *d. l. 2.* ubi Of-
ficiales ſufficiẽter inſtruũtur, quomodo exi-
gẽte neceſſitate, ꝗſque ſe gerere debeat. Atq;
hinc etiam † territoria dicuntur á terrendo ꝙ 183
á Dominis oẽs qui nocere p̃nt terreantur *l.
pupillos §. territoriũ ff. de verb. ſig.* Quod ſi hoc præ-
ſtare impoſſibile aut difficile eſſe exiſtime-
tur cum, ut ſ̃ oſtenſum fuit, impoſſibiliũ nul-
la ſit obligatio; quare igitur pedagia exigunt
& commodo perfruuntur, cúm hoc adeó ſit

Digitized by Google

difficile, aut impoſſibile? cur officia in procuranda Reipub. ſalute, in purganda provincia malis hominibus affectantur? Hinc eſt quod veriſimile non reputetur, aliquem in civitate vim pati poſſe ubi Magiſtratus & poteſtas adiri poteſt, quæ vim prohibeat *l. non eſt veriſimile ff. quod met. cauſa.* Et cúm Domini dicantur prohibendi poteſtatem habere, ſi diligentem inquiſitionem & cuſtodiã inſtituãt ac facinoroſis, competentibus remediis & oportuno tempore occurrant: mirum ſané non eſt, quód etiam ignorantes obligẽtur, ut jam pauló ante dictum fuit. Nec etiam remedia adhibita dicuntur, ſi non congruo tempore adhibeantur. *Bart. in l. 1. ff. de his quib. ut indig. l. in cognitione §. et pro ejus declaratione ff. eo. tit. Zaſius d. conſi.* 10. *n. 46.* PRINCIPIIS ENIM OBSTANDUM, CUM SERO MEDICINA PARETUR. Cogendi igitur potentia ſufficit ad hoc, ut quis cogi atque á malo arceri poſſit *l. Labeo ff. de ſtatu lib. Carol. Ruin. conſ. 73. n. 7. volum. 5.*

184 Sexto, † cúm caſtrũ, & cuſtodiæ militares ipſius Principis, in civitate ſint; in auxilium urgente hac neceſſitate vocari potuiſſent: Et id ipſum ad arcendos latrones & malefactores, opem ferre, obligatum fuiſſe innuit *d. l. 2.* Etſi non habeant mandatum á Principe, cẽſetur tamen habere á lege *d. l. ne quid & argumento l. 1. ubi Salic. C. de fals. monet*: Et in ſpecie tradit

tradit *Hieron.Schurf.conſ.2.n.2.cent.2.* Sic etiam † quando Officiales nō poſſunt ſubditos domare, tunc implorare debent auxilium aliorum judicum, & exequi, prout neceſſitas requirit *l.ſi quis in hoc genus C. de Epiſ.& Cler. Innoc. in c.licet ex ſuſcepto de foro compet. Rol. á Valle conſi. 37.num.18.& 20.vol.4.* Cúm igitur † Senatus clariſſimus omnia hæc optimé ꝓvidere potuit, ex eo quod antea perpetratum fuerit, nam in delictis á præteritis ad futura recté arguitur *c.1.de Cler.non reſid. c.ſcribam de præſumt. Panorm. in c. ocyus de elect.* et qui ſemel malus ſemper præſumitur malus *C. qui ſemel malus de Reg Jur,in 6.* neque debito modo proſpexit: Ipſi hoc imputandum eſt. *l. qui bona §. cum inter l.in hac ff.de damn. inf.l.ſi idem §.fin.ff. de Juriſd.omn. jud.l.habitatores §. fin.ff. locati. Alex. conſi. 52. lib.6.& conſi.41.vol.3.Gravett.conſi. 79.num.4.& conſi.170.num.11.& conſi.179.num.8. Baldus conſi. 395.volum.2.Riminald.conſi.210.num. 42.* tenetur enim Magiſtratus, cives ad arma ruentes impedire, & in eos graviter animadvertere, *Dec.Cagnol.in d. l.nullum crimen & in d. l. culpa caret ff.de Reg.Jur.Felin.in d.c. quantæ de ſent, excom. l. 2.ff.de noxal.act.ubi Bald.& Flor. Fernand. vasque de ſucceſſ.reſolut. lib.1.§.2.num.19.20.& 21.* unde non immeritó inferiorum culpas, ad deſides & negligentes Magiſtratus refert text. *in d. c.1. d.diſtinct.86.* Et vehementior ea præſumtio inſurgit, quod in civitate quæ caſtro & muris

186 (margin, line 2) · 187 (margin, line 7)

cincta, optimé munita, & portis bene clauſa eſt, delictum ſit perpetratum in loco omniũ optimé ſecuro, & quaſi in ipſa ſecuritate & juſtitiæ gremio. Quis, quæſo, negabit Senatũ in defectu juſtitiæ hìc offendi? Atq; etiã huc plurimum confert ꝙ tradit *Petrus de Anchor.*
188 *conſ.158.* ubi ſtatuit, quod † ſubditi & univerſitates, teneantur reſiſtere Dominis, notorié delinquentib. aliás videntur participes delictorum & eorũ vitia venerari *d.c. quãta de ſent. excom. c. ſicut dignum de homicid. c. ſi quis presbyterorum de reb. Eccleſ. non alien. c. admonendi c. negligere 2. q. 7.* Multo ergó magis Domini tenebuntur reſiſtere ſubditis notorié delinquẽtib. cũ hoc utilitas & ſal⁹ reipub. expoſtulet; & hoc facere in eorũ poteſtate & facultate poſitum ſit, ſi participes delictorũ haberi recuſent. Et huc pertinent & accõmodantur argumenta & rationes q̃ ab U*dalrico Zaſio in d. conſi. 9. &* 10. contra Epiſcopum Herbipolenſem, qbus in illa cauſa, in impio, ſecundúm ejus conſultationẽ reſpõſum & ꝓnunciatum fuit, ponuntur. Nã
189 † in illa facti ſpecie Epiſcopus mercatori, qui ob depdatorum multitudinẽ per vim & violentiam fuerat ſpoliatus, comites dederat, in quorũ conſpectu & præſentia, uti etiam ex *d. deciſ. 64. Andr. Gail.* colligitur, facinus hoc perpetratũ fuit. Et ante delictũ cõmiſſum mandata emiſſa fuerant, in qbus mãdavit loca inſidioſa muniri & obſtrui, vada fluminũ præverti, equites nõ recte itinere cõmeantes de-

Digitized by Google

tineri & ſimilia quæq; ꝓvideri. ſummam etiã diligentiam in perſequendis latronib. adhibuerat, multis in locis territorii campanę inſonuerãt, qbus populares & ruſtici ad cõcurrendũ excitabantur. Itẽ Epiſcopus atq; Officiales ex civitate, ex caſtris, aliiſq; locis, complures eqtes ut 50. & pedites 300. ad liberandũ captum mercatorẽ, &ad cõphendendos facinoroſos emiſerãt, quorũ aliqui ad 6. qdã ad 9. miliaria inſequẽdo perſeveraverãt. Præterea ex complicib. & malefactorib. illis, duo ultimo ſupplicio puniti fuerant. Hæc tamen omnia non relevarunt Epiſcopũ, quominus judicio Cameræ cõdẽnaretur ad reſtitutionẽ damni illati mercatori: Et hoc ideó, ꝙ inſufficientẽ cuſtodiã inſtituerat, Itẽ Officiales & Magiſtratus, nullã veram aut germanam, ſed frigidam & ſuſpectã adhibuerint diligentiã cũ non debito tẽpore fuerit ꝓviſio facta, ſed nimis tardé, addens ex Barbatia illud Vergilii: *tardi venêre bubulci*; cũ ſané oportunũ tempus arripere omniũ rerum ſit primum. Neq; etiã mãdata emiſſa ſufficere, multó min⁹ excuſare exiſtimat, cúm nõ verbis dũtaxat, ſed & facto opus fuerit: Nam qui ſolis mandatis, prout Zaſius refert, tutelã & ſecuritatem territorii parare ſtudẽt, ſimiles ſunt his, QUI EX MURO, ut in ꝓverbio eſt, AD PUGNAM COHORTANTUR. Nec etiã relevarę aſſerit, ꝙ duo malefactores ultimo ſupplicio ibi fuerint affe-

cti. Ideó enim Epiſcopus non excuſatur de ſua negligentia, ab quam ad damni reparationem tenetur; allegans *Bald.in d.l.in cognitione verſic.Item iſte text.* ubi dicit: *Quod licet principalis ſit punitus, Syndicos tamen, qui fuerunt in mora, nihilominus puniendos:* qui ſi non cauſam, occaſionem tamen dediſſe cenſentur *d. conſi. 9. n. 48. & conſi. 10. num. 67.* Atque ad horum comprobationem ſubjungit, in cauſis tam arduis nõ ſufficere, ſi á Domino exacta diligẽtia adhibeatur, imó neceſſariam eſſe ſummam & exactiſſimam diligentiam: allegat *Bartol. in d. conſi. 102. Jacob. de Aret. Bald. Bart. in l. 1. §. occiſorum Ad Sc. Syllan. cum aliis per eum* ibi *ſub num. 56.* allegatis. Quæ omnia, ſi ex illa facti ſpecie, ad noſtrum propoſitum caſum traducantur, & diligentiſſimé ad invicem conferantur, propé eſt ut exiſtimemus, iisdem rationibus & fundamentis, quibus motum fuit judicium camerale, ne & noſtri judices commoveantur ad judicandum, Senatum ampliſſimum et in hac ſpecie, certiſſimam facultatem & poteſtatem habuiſſe, impediendi deprædationes, & motus ſeditioſos exortos, ſi in tempore competentia remedia adhibuiſſet. Ut é converſo, ad oſtendendum, Senatum ſummam diligentiam præſtitiſſe, ut inde vehementes præſumtiones jam antea relatæ, removeri poſſint, evidentior requiratur probatio, cúm id in facto conſiſtat, illud veró in medio, &

ſuæ

Digitized by Google

ſuæ ſorti, relinquendum. Nec etiam refert, quod ex póſt facto, Senatus omnem diligentiã adhibuerit in cõſcribendo milites & cuſtodes ſtipendiarios, & quod capitis ſupplicio in malefactores fuerit animadverſum, ut ita ex poſterioribus animus præcedés colligatur, † longé enim tutius eſt periculis ab 10
initio reſiſtere, quám poſt cauſam vulneratam remedium quærere, *Anchoran. conſi. 277. num. 12. Sebaſt. Medic. in trac. de caſu fort. quæſt. 11. n. 58.* & jam antea dictum fuit. Similiter quoque non obſtaculo eſt, de jure Saxonico, ob pœnam corporalem, civilem actionem, quæ ad damni æſtimationẽ conceditur, eſſe ſublatam: nam id ſolũ in homicidio obtinere memini, non autem in aliis delictis; quo in caſu etiam conſtitutio electoralis loquitur, prout nec hoc diſcrimen, autores differẽtiarum juris civilis & Saxonici annotarunt.

Proximum nunc eſt, ut ad ſecundam qualitatem, á juris Interpretibus requiſitam accedamus, videlicet ut Dominus territorii vel damna reparare debeat, vel malefactorẽ exhibere. Jam veró exhibiti ſunt, atque de iis quoque ſupplicium ſumptum, accedente juris Saxonici diſpoſitione, qua ꝑ pœnam corporalem tollitur actio civilis legis Aquiliæ: Et quód Senatus adhuc exhibendi facultaté habeat, cúm quilibet ex criminoſis teneatur in ſolidum, á quibus mercatores quod amiſerunt,

Digitized by Google

ſerunt, repetendi facultatē habeant. Nā quoad primū reſpōdet Zaſius, de quo pauló anté,
191 ꝙ † licet ſupplicio afficiātur delinquētes, nihilominus teneri Dominos ex negligētia & ſic ex ꝓprio delicto. Et anté eum hoc docuit *Rol. de Curt. in d. conſ. 63. & not. Alberic. in 2. part. ſtatut. ꝙ villa ex ſua negligentia puniatur, etſi malefactorem ex alia cauſa ceperit; nec ideo ſit excuſata l. 2. §. confeſtim & ſi nunc ff. ad ſenatuſc. Tertyll.* cum caſum hunc culpa prçceſſerit, ut infra dicemus. Nā ſi remedia adhibita fuiſſent, debito tempore, ad hūc miſerabilē caſum & ſtatū res nō ꝑveniſſet. *Auguſt. Bero. cōſ. 92. vol. 1. Rim. conſ. 210. n. 55.* Cúm igitur & in caſibus antea occurſis, ad accuratiorē diligentiā erat adſtrictus Senatus, nec eam ꝓſtiterit, culpę etiā reus erit, *Bar. in d. conſ. 102. Alex. in d. conſ. 88. part. 3. Bald. in d. l. quæ fortuitis C. de pign. act. Ang. in d. l. ne quid ff. de incend. Ruin. naufr. Calcā. conſ. 51.* Quin etiā nec poſtea, cúm ꝓdium incendio fuerit abſumtum, ꝙ ipſum ex eadem cauſa & ꝓpter odium in concives concitatum, ꝓfluxiſſe, conjecturâ fit ꝓbabile. Deinde mercatores, nō accuſarūt delinquētes, ſed laudatiſſimus Senatus, ex officio cōtra eos ꝓceſſit, ob utilitatē publicā, & ad conſervationē ſecuritatis publicæ, ut criminoſi poſthac á maleficiis deterreantur, ꝙ certé inprimis & ſummopere neceſſariū fuit, ne omnia, adeóq; tota feré ꝓvincia, prædæ & latrociniis criminoſis objicerentur. Nam antequam

teq̃ ſupplicium ſumeretur, in aliis pleriſq; civitatib. exẽplo Lipſenſium exſtimulati, ſimiles motus ac tumultus excitarũt, q tamen ꝓpter juſtiſſimã executionem ſubſecutam, timore pœnæ, ſcelerati animi homines à propoſito maligno fuerunt diſturbati. Inſuper & hujus qualitatis reqſitio oppugnatur p *text. in l. unic. §. ſervi furti adverſ. ff. Naut. Caup. Stab.* ubi Dominus deputatos ad aliquod exercitiũ, exhibendo, nõ liberatur, ſi ſint liberi: Culpæ. n. ſuæ imputandum q tales adhibuerit *l. fin. §. fin. ff. Naut. Caup. Stab.* Ergo & hoc in caſu Senatus exhibendo reos, nõ excuſabitur, cũ in culpa eſſe arguatur, eó, q delictum fieri non impediverit, cúm impediendi facultatẽ habuerit. Præterea hęc exhibitio duplicẽ poteſt habere effectum, ut ſc. ſit in poteſtate damnũ paſſi, agere, vel cõtra Dominũ, vel cõtra exhibitũ, vel ut eo meli⁹ poſſit fieri ꝓbatio allegata *l. ſi poſt C. de Aſſeſ. ubi gloſ.* Et quãvis *Bar. in d. l. 1. §. familiæ,* diſtinguat, inter officiũ publicum & privatum; ut † publicũ officium exercẽs liberetur exhibẽdo, ſecus ſi privatũ: Hęc tamẽ diſtinctio cõfunditur p *textũ in l. 1. C. ad l. Jul. repet.* ubi in quadruplũ officialis, quod ipſe vel ejus domeſtici, ſive manipularii & miniſtri acceperunt, condemnatur, & illud invitus exſolvere tenetur. Si igitur in poteſtate Domini eſſet, liberare ſe exhibendo, ibi invitus ad quadruplum non condemnaretur. 192

Et

Digitized by Google

Et Joan. Mar. Jac. Rimin. conſi. 391. num. 28. volum. 2. tradit, Dominum prius conveniendum, qui poſtea habet regreſſum contra famulos ſeu vicinos, allegat *l. 1. 2. & 3. C. quo quisque ord. conven. lib. 11. et l. 2. §. qui C. de conveniend. fiſci debit. lib. 10.* Ex quo ſatis manifeſté evincitur, quod nõ ſit in arbitrio Domini exhibitionem facere, ad ſe liberandum, ſed fieri debere ad petitionem damnum paſſi, & quidem ad eum duntaxat effectum, ut in ejus ſit electione, agere, contra quem velit, vel ut per exhibitum probatio contra Dominum fieri poſſit, quod ꝓbat *text. in l. 3. C. de offic. Aſſeſſ.* ubi dicitur: *Pro confeſſo autem tenebitur, qui accuſatus hujuſmodi perſonam ſubtraxerit, eaque in quadruplum reſtitui jubemus.* Idem *in d. l. ſi poſt. C. eod. tit. ibi judicum præſentiam, vel exhibitionem domeſticorum, querimoniã officialium poſtulaverit.* At exhibitio, quæ noxali nomine fit, illa quidem fieri poteſt, etiamſi damnum paſſus hoc non petat, ſed Domini arbitrio *l. 1. ff. ſi fam. furt. fec. dic. d. l. ſi cum exhibuiſſent §. ante autem actorem ff. de Publican:* Et ſtatim *in princ. text. d. l. ſi cum exhib.* apparet, de noxali judicio agi, alioqui ſi ſervi non eſſent, Dominum non liberari, ſi petens á Domino malit conſequi damnum, quám ab exhibito. Atque exhibitio etiam ibi fit, ut ſcilicet omnes exhibeantur, ad hoc ut damnum paſſus dignoſcere poſſit, uter eorum damnum fecerit, ut ſi liber eſſet, Dominus noxæ dedi-

tione

Digitized by Google

tione non liberatur. Nam ut text. *in d. l cùm ſi exhibuiſſent:* dicit: † *Mala electio Domini facit* 193 *ut teneatur* utitur enim his verbis: *Idcirco autem tam dura eorum effecta conditio eſt, quia debēt bonos ſervos, ad hoc miniſterium eligere; quæ ratio etjam in liberis militat.* Quin potius exhibitionem, & quem velit convenire, in arbitrio agentis eſſe, hæc ratio ſuggerit. Nam ſi contra ipſum delinquentem, vi bonorum raptorum, vel furti manifeſti ageret: quadruplum conſequeretur, vel in duplum condemnaretur, ex edicto *de Publicanis,* ubi dolum probare neceſſe non habet: Adverſus Dominum veró datur in ſimplum *l. 1. §. dixerit.* Sicuti & ſupra in Dominio territorii demonſtratũ fuit. Quod igitur in favorem alicuius diſpoſitum eſt, id in odium ejus detorqueri non debet *c. quod favore ff. de Reg. Jur.* Itaque Baldus aſſerit *in l. 1. C. de uſur. rei judic.* Quod ſtante ſtatuto quod pater teneatur, pro delicto filii, pater, repræſentando filium, in carcere, non evitaret illud onus, quia pater non poteſt filium dare noxæ *§. fin. Inſtit. de noxa*. Et ſequitur *Jaſon in l. de quibus ff. de ll. num. 58.* Deniq; non agimus hîc, quod publica perſona exhibere debeat eum quem officio præpoſuit: Sed verſamur hîc in extraneis qui nulli officio adhibiti fuerint. Ac licet hæc, quæ jam deduximus, ſatis ſint probabilia; tamen quia *Jacob. de Aret. Bartol. Joan. de Immol. Raph. Cuma. & communiter*

Dd in

Digitized by Google

Dd. in d. l. cum ſi exhibuiſſent, intelligant, quód Dominus liberetur, etiamſi liberi ſint, qui exhibeantur. Et ita quoq; *Matth. de Affl. deciſ. 82.* teneat. Inſuper quoq; doctrina Doctorum in Dominis territorii, exhibēdo malefactores, ut liberentur, generaliter loquatur: Et q̃dem de omnib. q delictum cõmiſerint. Ideo alio
164 ſané modo, hæc qualitas reqſita erit, ut ſc. † tum demum exhibitio Dominum liberet, ſi exhibiti ſint ſolvendo. Sic .n. tradiderunt; *Archidiac. in c. Dominus 22. q. 2.* ubi vult, q̃ in damnũ Reipub. vel Eccleſiæ, delictum non ſit cõvertendum, ſi ſubditus, q deliqt, vel p̃latus ſit ſolvendo, ut ſ̃ quoq; dictum fuit *Et Ang. in d. §. quoniã in Auth. ut nulli judic.* tradit, *q̃ ſi in villa vel plebe p̃ aliquẽ detur damnũ, non debet gravari, de jactura reficiẽda, quãdo ſcitur, qs dãnum dederit, et is ſit ſolvẽdo, ſecus quãdo ignoratur, qs damnũ dederit vel ſcitur & is nõ ſit ſolvendo.* Et hoc dicit de conſuetudine obſervari. Quod etiã ſeqtur *Matth. de Affl. in d. § illicitas n. 8. de pac. jurã. firm. et Octav. Cacherã. deciſ. pedem. 88. n. 3*1. ubi etiã citat *Andr. Barbat. conſ. 66. n. 6.* Atq; ex noſtris adſtipulatur *Ludovicus Fachs. conſ. 4. in 2. q. conſ.* q̃ in calce *partis 2. conſ. Modeſt. Piſt* adjecta ſunt: ubi aſſerit, magnũ q̃ddã eſſe, ſi qs ſalvam guardiã conceſſit, & cõtra factum ſit; *p̃ text. in l. deſertorẽ §. in bello ff. de re milit.* ſubjiciẽs, Dominos, q ſalvum cõductum conceſſerunt, in plus nõ teneri, q̃ ut vim paſſum, ratione dãni ablegent ad malefactores, ſi hi ſolvẽdo ſint & facilis exactionis, argumẽ-

to *l.2.ff.ad l.Rhod.de iactu et ibi Bald.* notat. † *Si ex* 119
ſtatuto Ruſtici teneantur ad dāna, et ad ſarciendū, col-
lectā impoſuerint, & contulerint, poſtea veró conſtet de
eo q̃ damnū intulerit, ceſſabit tunc collectio, & ꝓducē-
dus erit is q̃ dammum dedit, ſi ille ſolvendo ſit, & excu-
ti poſſit, argumēto l. ſi fullo cum gloſſ. ff. de condict. ſine
cauſa. ubi ꝓmittitur fulloni pretium, ꝙ Domi-
no, ꝓ veſtimentis amiſſis, q̄ lavādi cauſa con-
duxerat, condicere vel ex conducto agere, ſi
Dominus veſtimēta apud furem invenerit. Et
eſt textus *in l. in cōmodato §. fin. ff. cōmod.* At quo-
modo ab iis exigi dānū poterit, q̃ capitis pœ-
nā ſuſtinuerunt, & ſanguine delictum expia-
rūt; idē certé habebitur, ac ſi ſolvēdo nō ſint:
Ab iis veró q̃ relegati ſunt, vel q̃ exhiberi poſ
ſunt cū vel pauperes vel difficilis alioq̃ exa-
ctionis ſint; unde efficitur, ꝙ hęc qualitas nō
verificetur, & tenerētur unciatim colligere,
ut ita lōgé cōmodius ſit mercatorib. Senatū
dāna ſolvere & reſervare ſibi regreſſum cōtra
delinquentes: ut ĩ dicemus ꝑ text. *l. ſi Magiſtr.*
ff. de Magiſtr. cōven. Cū alioq̃ mercatores, hac ꝓ-
rogativa & privilegio gaudeāt, † ut apicib. & 120
rigorib. juris non implicentur, & maximé æ-
quū eſt, ut ſecuritatē plenā conſequātur. *Bart.*
in l. fidejuſſor. §. quadā ff. mād. Aug. Bero. conſ. 87. n. 13.
volum. 3. In cauſis. n. mercatorum, æq̃tas & bo-
na fides attenditur *l. Quintus, ubi Bartol. ff. mand.*
Mar. Socin. cōſi. 106. n. 49. vol. 3. Et ſané ut ut hęc ſe
habeant, ſi idonei á Senatu laudatiſſimo ex-
hiberentur, credo mercatores actores facilé

acquieturos, nihil curantes, unde vel á quo
197 eis ſatisfieret. Et † quod gratia per Principem quibusdam ſit facta, per hoc non cenſetur remiſſum jus partis offenſæ *l. venia ibi Bart. & Bald. ff. de in jus voc. Bald. in l. transſigere ff. de tranſact. Caſtr. conſi. 423. vol. 1. Jas. conſi. 227. lib. 2. Felin. in c. ſuper de off. deleg.* videatur *Schneidevv. mihi, fol. 564. num. 5.* Item *Mollerus in ſemeſtribus lib. 3. c. 31.* Deinde cum ex ſuperioribus conſtet, Senatum in providendo, negligentem fuiſſe, cúm prohibere potuerit, neque prohibuit; & ſic ipſemet ex quaſi delicto, & quidem proprio facto ſit obligatus, electio penes Mercatores erit, utrúm ex his convenire velint, ut exhibitioni locus minimé relictus eſſe videa-
198 tur. † Paria enim ſunt delinquere, vel delinquenti non reſiſtere *l. 3. §. tantum deni. ff. de admin. tut.* Non obſtat, quód ſint probi, prudentes, & viri honeſti, & quod præſumtio juris pro eis militet, inſuper & bona fide quilibet in ſuo officio præſumatur diligens. Ná evidentia facti pręſumtionem illam tollit, ut
199 ita † Senatui incumbat probatio diligentiæ & quidem ſummæ, prout ante Zaſium docuit *Grammat. conſi. 22. n. 5. & Alex. de Nevo. conſi. 87.* ubi allegat *l. ſi vendens ff. de petit. & comm. rei vend. & probatur in l. 1. §. ſi quis ſervum ff. depoſiti. l. Divus de off. præf. l. ſed & ff. de damno inf. l. ſi in lege § ſi Colonus locati 7. ubi gloſ. in verb. ſtatim et in l. qui mercedem, item in l. ſi fundus ff. eod. l. ſi ut certo §.*

nunc

nunc videndum commod. Quippe † qui cuſtodiam ſuſtinet, tenetur de leviſſima culpa *d.l.qui mercedem gloſ.in l.videamus, locati gloſ. & Bart.in l. eum qui §. qui epiſtolam de furt.Bart.in l.ſi quis ex argentarius §.an veró hæredi de edendo l.fin. de cuſt. reor. gloſ.in l.congruit de offic.præſid.* Præſertim veró ſi pecuniam, ſive mercedem de publico habeant. *DD.in l.á Procuratore C. Mandati & ibi Jacob. de Aretio.Dyn.Dec.in l.contractus ff.de reg.jur.Paris de puteo in tract.Syndic.in verb.carceratus cap.3. num.2. Salicet.in l. in judicio C. locati com. conſil. 242.lib.1. Burſat.conſ.53.num.35.Grammat.deciſ.40.num.10. Jacob.Menoch.conſ.118.num.3.* Etiamſi eſſet culpa in omittendo. *Cæpolla conſil.69.num.5.* Omne enim negligenter factum, cenſetur pravé factũ *d.l.1.de pſumt c.ſi qs nõ irat.15.q̃ſt.1.* Alioqui facilé fingi poſſet, omnia diligentiſſimé peracta, cúm † aliud ſit debité quid peragere, & aliud ficté, ſive etiam negligenter. *Bart.in. l.1.§. excuſatur ad Syllan.* Quorum alterum excuſat, alterum minimé. Culpa enim abeſt, ſi omnia facta ſunt, quæ diligens quiſque fuiſſet obſervaturus *l.ſi merces §. qui columnam locati,* unde non ſufficit, ſi faciat ea, quæ alii Officiales facere ſolebant: ſed præciſé ſecuritatem præſtare debet, pro ut & id Saxones exigunt Et tenetur quis majorem præſtare diligentiam in alienis rebus, quám ſuis. Quia † in ſuis culpa culpatur, in alienis damnatur *l. ſi conſtante § ſi maritus ſolut. matr.Angel. in §. Itẽ, cui inſtit. qui-*

200 201 202

bus mod.re.cõtrah.obl. Nec & culpa caret, q non cogitat id q facilé euenire pt *l. qui bona §. cum inter, de dãn. infect. Alex.cõſ.41.n.5. lib.3. Bal.in l.ult. §. Sed qa C.cõmunia de l.* Neq; etiam hãc ſñtiam moratur, q is qui culpã & negligentiã allegat ad pbationem cõpellatur; illud.n. nõ pcedit
203 in eo † q ratione officii ad cuſtodiã tenetur. Nã is á caſu culpam abeſſe pbare debet *gloſ.et ſcrib. in l.cum ita legatur §. Species de l.2. Pet. d.Anch. conſ.316. Alex.conſ.118.lib.1. & cõſ.53. & cõſ.48.lib.2. Aret.cõſ.120. Com.cõſ.138. vol.1. & cõſ.28. vol. 3. Dec.*
204 *cõſ.473. Et in l.quod te ff.ſi cert.pet.* Sic ẽt † Magiſtratus tenetur pbare culpã & dolũ abfuiſſe, cũ tutores dederit, & q tũ ſufficiẽtes fuerint *l.1.ff.de Magiſtr.conven.* Et eſt textus clar⁹ *in l. non eſt neceſſe ff.de pbat.* ubi inqt textus: q probatio ducenda ſit ab iis, quorũ officii fuit pvidere.
205 Statim.n.ac qd ſalvum nõ eſt, † tenetur is, q ſecuritatẽ ſuſcipit, niſi doceat & pbet cauſſas, qb. ſe liberet *gloſ.in l.4. §. ſiqs curator, in verb. revolvitur ff. Rẽpubl.ſalu.fore.* Nõ facit, q qs non
206 teneatur ſe piculo ſubjicere. Nam † Rex ſive Magiſtratus, dẽt utilitatẽ publicã & ſuorum ſubditorũ magis attẽdere, q̃ propriã cauſam, ita ut poſthabitis omnib. uſq; ad ſanguinẽ defenſionẽ ſuſcipiat *Bar.in l.phibet §.plané q vi aut clã l.ſi finita §.1.de dãn.inf. ubi Alex. et reliq: Spec.de inſtr.edit. §.nũc aũt. Oldrad.cõſ.211. et cõſ.94. Auguſt. Berous cõſ.18.n.40. et 41. vol.1.* Quod ſi aliter dicerem⁹, fragilis admodũ & deceptoria eſſet ſal-

Digitized by Google

vi cõductus ꝑmiſſio, ut ꝑinde nemo alterius territorio ſe tutó cõmittere poſſet, cúm tã levi momẽto eluſio ꝑmitteretur. Ex qb. omnibus infertur, ꝙ etiãſi cũ p̃ſcitu & autoritate conſiliariorũ Principis, ad ſonũ cãpanæ cives cõvocati, atq; iiſdẽ defenſio impoſitafuerit: mirãdũ tñ nõ eſt, ꝙ mãdato nõ obtẽperaverint, cũ antea ſatis intellexerint, nullã pœnã, nec ẽt aliquod piculum, inde eis emergẽs eſſe extimeſcẽdũ, cum hactenus omnia, impuné pagere aſſuefacti fuerint. Atq; ex his jã dictis ſatis cõſtat, de ſolutione ejus, dũ dicebatur, adeó culpabile nõ eſſe, ſi qd omiſſum ſit in eo ex quo nullũ cõmodũ ſentit: Nã cum ſatis ex p̃cedẽtib. appareat, Senatũ ampliſs. ad diligẽtiã exactã obſtrictũ, ac ẽt ꝑ cuſtodia, vectigal ſive pedagiũ, pcipere, ideóq; & negligẽtiã ac omiſſionis culpã ſibi nocere, ut ꝑinde cũ cõmodũ, ex ea re pcipiat, viciſſim quoq; exactã cuſtodiã & diligẽtiã p̃ſtare neceſſe habeat: ut ſic de leviſſima culpa obligetur. Nec ſané impoſſibilia dici poſſunt, q̃ in alicujus manu & poteſtate ſita ſunt; ut quæ porro ꝑ excuſanda Senatus negligentia adferũtur, propoſito minus apté accommodẽtur cũ remedia cõgruo tẽpore ſint adhibenda, atq; multa tarditate amittantur, q̃ facili negotio conſervari poſsẽt. Neq; obſtat delictum in omittendo, non eſſe ita conſiderabile ſicut in committẽdo *gloſſ. in l. ſi moræ ſolut. matr.* Nam in noſtro

caſu punibile, eſt pœna pecuniaria, qua damnum reſarciendum eſt: ut interim omittamus, † quando ex officii neceſſitate, alicui quid facere incumbit, ſi ea omittit, tunc gravius eum peccare, magisq; eum puniendum, quám ſi faceret malé & iniuſté *l. fin. de var. & excrd. cognit. l. ſancimus* C. *de judic.* Ubi traditur, judicem malé judicantem puniri, quatenus æquum fuerit viſum; ſi veró omittat condénare pro ut debuit, & ſic delinquat in omittendo & negligendo, tunc eum teneri ad totale intereſſe. *Et ibi Ang. notat: Quod plus puniatur judex, qui non condemnat, vbi debet, quám ſi condemnet ubi non debet*: ſubjungens, *quod etiam aliquando criminaliter puniatur*; quem ibi ſequitur *Caſt. & Jaſon.* Aliquando etiam æqualiter puniuntur, negligens facere officium, & malé adminiſtrans. *text eſt in l. pen.* C. *de Can. largit. tit. lib. 10.* Nam ibi † pari pœna afficiuntur Officiales, qui non inhibent extorſiones illicitas, & ſic qui negligentes ſunt, qua ii, qui eas faciunt, Quód autem dicebatur, antea cives ad mandata ampliſſimi Senatus obedientes, & obtemperantes fuiſſe: In hoc certé officio debuiſſent contineri, ſeveritate pœnæ, & reſiſtentia convenienti. Non etiam eſt, quód conqueratur, Senatũ, majori expenſarũ onere prægravari, ſi excubias & cuſtodias militares, vel alioqui multiplicatas, ob tumultus populi noviter exortos, ad defendendam

207

208

dam & conſervandam ſecuritatem alere teneatur. Nam pro ut ſupra oſtenſum fuit, tale vectigal, & aliorum onerum præmia, in hos uſus ad ſecuritatem præſtandam, convertenda ſunt. Nec reditus in melius collocari poterunt, quám ad juſtitiam adminiſtrandam, procurandam pacem, & ſecuritatem publicam tuendam, & ut contra graſſatores publicos auxilio ſit & præſidio. Inſuper quoq; † in 209
culpa lata is dicitur verſari, qui non fecit curam & impenſam neceſſariam, in cuſtodiendis rebus, quæ ſibi ſunt commiſſæ. *Caſtr. in l. ſi ſervos num. 4. de pignor. act. Menoch. conſil. 118. vol. 2.*

Ex his quæ hactenus diximus, ſatis apparet, de ſolutione ad primũ & ſecundũ fundamẽtũ, pro Senatus ampliſſimi ſentẽtia ac defenſione allatũ; & inde quoq; ſalvatur primũ & ſecundum argumentũ, contra eundẽ productum, ad oſtendendum, diſtinctionem illam, circa communem concluſionem, qua Dominus territorii qui vectigal percipit, nõ teneatur, ſi delictum prohibere non potuerit, & in defectu juſtitiæ non reperiatur, vel malefactores exhibere paratus ſit &c. ad propoſitum noſtrum non rectẽ accomodari. Pariter quoq; & tertium fundamentum contrariæ opinionis ſubſiſtere, quo generaliter extructum fuit, quemlibet adminiſtratorem teneri de neglectis & omiſſis. Non aduerſa-

Digitized by Google

tur, cauſſam excuſanté, relevare á pœna con-
cedendum enim vix erit, cauſſam ſufficien-
tem, q̃ excuſationem meretur, ſubeſſe, quin
potius tot concurrunt p̃ſumtionũ admini-
cula, cum facti ipſius evidentia ut á culpa o-
miſſionis nõ ſit immunis, et quidem ejus, ut-
pote delicto, jam in conſpectu quaſi & p̃ o-
culis omnium obverſante, debito & conve-
nienti modo, ꝓ ut tempus inſtantis periculi
& ſumma neceſſitas exigebat, de remediis et
ſuccurſu non proſpexerit. Quid autem de
bona civium voluntate ad defenſionem ſuſ-
cipiendam, p̃ſertim ad mandatũ & preces
ipſius Senatꝰ ampliſſimi, ſperandum fuiſſet,
id ſatis ex p̃cedentibus reſiſtentiæ actibus,
non obſcuré intellexerant, conſpiratione u-
nanimi conſenſu p̃cedente: Igitur hac Sena-
tus cunctatione abutentes, occaſionem vin-
dictæ proſequendæ oblatam, non aſpernan-
dam, & Senatum in extremis jam anguſtiis
conſtitutum eó redigendum, ut & ipſe ali-
quando eorum arbitrio vivere cogeretur, ſi
modo ſalvi & incolumes eſſe & ſeipſos, &
plurimos alios bonos viros, á periculo jam
imminente, quod alio modo jam averti ne-
quibat, liberare vellent, ut qui antea impe-
rare aſſueti, jam obtẽperare diſcerent. Quod
& eos facere, & legibus præſcriptis morem
gerere neceſſe fuit. Quo quidem perverſo
conſilio, Senatus autoritatem infregerunt,
miſeros

miſeros homines, qui & forté inſtinctu aliorum, deprædationem fuerunt perſecuti, ſanguine & vitâ privarunt, quám pœnam quamplurimi absque dubio ſubiviſſent, niſi Principis gratia & clementia, in exilii mulctam converſa fuiſſet, atque etiam tandem ad hāc damni reparationis petitionem, cauſām & occaſionem dederunt. Nihil igitur urget confidentia, quam Senatus in ſubditos habuerit &c.

Nec quicquam facit, quod deprædantes, ſclopetorum exploſione, & vulnerum inflictione, ab inhabitatoribus ædium fuerint provocati. Nam cum licitæ rei operam dederint, nihil eis poteſt imputari, cum* defenſio, jure naturale ſit per- 210
miſſa *d. l. ut vim, ubi omnes ff. de juſtit. & jur.* Imó in jure cautum reperitur, quod† ædib. 211
carere debeat, qui eas non defendit *l. hoc amplius ff. de damn. inf.*

Non repugnat tertium, ſi Dominus ſive communitas, teneretur de damno dato, ad quid opus fuiſſet ſtatutis proſpicere, prout paſſim in Italia factum, Interpretes annotarunt.

Nam ſi illorum ſtatutorum diſpoſitio, ad rationes exigatur, illud potiſſimum ad communitates villarum pertinet quæ juriſdictionem & jus ſuperioritatis non habent,

 ſed

Digitized by Google

ſed Dominis, & aliis ſuperioribus ſunt ſubditi, ut hiſce ſtatutis admoniti, atq; intelligentes periculum damni ad ſe ſpectare, ſi delictorum impediendorum curam non agant, eo diligentiores & accuratiores in officio contineantur. Deinde negari non poteſt, ſtatuta hæc cum jure communi optimé convenire, ut ſupra in primo & ſecundo fundaméto oſtenſum fuit, præſertim cúm pro ſecuritate, pecunia & vectigal accipiatur, & ſic etiam ex eo cõmodum ad ipſam cõmunitatem perveniat: Inſuper quoq; ex promiſſione Senatus in privilegio, de ſecuritate præſtita, ipſa civitas etiã, & conſequenter cõmunitas obſtricta eſt. Et deniq; jure etiam Saxonico, quod in his regionibus pro ſtatutario jure obſervatur, reparatio damni eis imponetur.

Nec impedimento eſt quartum: ſi res penes Senatum depoſitæ fuiſſent eum duntaxat de dolo, & lata culpa teneri. Nam hoc ex natura ejus contractus obtinet, qua depoſitarius ad cuſtodiam tam exactam obligatus non eſt, pro ut is, qui ratione cuſtodiæ pecuniam ſive mercedem accipit. Tunc enim cuſtodiam in ſe ſuſcipiens, ad exactiſſimam diligentiam & de leviſſima culpa eſt obſtrictus, ut jam ſupra oſtenſum fuit & etiam traditum reliquit *Stephan. Bertrand. conſil. 84. vol. 5. num. 1.*

Non obſtat quintum. Nam etſi admittamus

tamus, cuſtodem de damno dato non teneri, ſi careat culpa: hoc tamen in propoſito dici nequit. Ex quo enim ob damnumdatum culpa præſumitur, is qui contrarium aſſerit, ad ejus probationem arctabitur, ut pauló ante pluribus fuit edoctum.

Non reluctatur ſexto loco adductum, Officialem de caſu fortuito non obligari. Nam hic † caſus, qui providentia humana 212
prævideri poteſt, caſus fortuitus dici nequit *l. qui fortuitis C. de pignor. act. l. ſi quis domum § Impera. ff. locati l. 2. §. ſi eo tempore de admin. rer. ad civit. perti:* Ubi dicitur: *caſum* fortuitum non eſſe, quem quiſque diligentiſſimus prævidiſſet *C. Iohannes ext. de Homicid.* Sed hic caſus non ſolúm prævideri, ſed etiam impediri & prohiberi potuiſſet, ſi legitima remedia opportuno tempore, à Senato clariſſimo fuiſſent adhibita. Cúm ergo damnum ex negligentia Senatus ſubſecutum fuerit, mirum non eſt, quód hic caſus inter fortuitos non recipiatur. Ut proinde Senatus vel ex hoc caſu obligetur *d. l. cum bona fide §. cum inter ff. de damn. inf.* Tunc enim incurſus latronum pro caſu fortuito habetur, ſi nulla diligentia præcaveri poſſit *l. Dd. in d. l. quæ fortuitis.* Et ideo, † 213
qui allegat caſum, tenetur ad ejus probationem *l. ſi creditor de pignor: act: & not. gl. Bart. & communiter Dd. in l. ſi quis ex argentariis §. fin. de Edend. §. fin. inſtit. Quibus mod. re. contrahitur oblig.*

Ubi gl. & in l. ſi quis fundum §. Imperato Locati. Bart. in l. 2. C. de Nau. lib. 11. l. cum duobus §. damna fatalia. ff. Pro ſocio. Ubi † furtum adſcribitur ei, qui ad rem cuſtodiendam tenetur; præſu-
214 mitur enim eius culpa furtum eveniſſe Bart. & Dd. in d. l. ſi creditor. de pign. act. Et in ſimili caſu ſic arguit negligentiam ſuperioris Henrickman in d. conſ. 1. Quando is qui ſecuritatem debet, miſſo ſpeculatore, vel exploratore, maximé tempore nundinarum, potuiſſet inquirere, præſentire & evitare inſidias ac periculum imminens, ſi hoc facere
215 omiſerit, de damno illato tenetur. Præterea † inter caſus fortuitos etiam ille non numeratur, quando culpa caſum præcedit Bart. in l. ſi alius §. eſt & alia quod vi aut clam. Caſtr. in l. ſi vehenda §. 1. Ad L. Rhod. de jactu. Bald. conſ. 145. num. 3. vol. 3. Burſat. conſ. 197. num. 24. & 25. Hippol. Riminald. conſ. 210. num. 78. Bertrand. d. conſ. 84. num. 3. vol. 5. Etiamſi ſit culpa leviſſima, quando ad cuſtodiam, qui de periculo obſtrictus eſt, teneatur, ut ſupradictum eſt. Et facit text. in l. ſed & de damno &c. Locat. l. divus de off. præſid. l. ſi ut certò §. videndum ff. commod. Ubi Bart. Salic. Fulgos & l. ſi ſervus ſervum §. Tertio autem capite ad L. Aql. d. l. qui mercedem locati & Salic. Fulgos l. in judicio C. Locati. Quia promiſſio cuſtodiæ illud operatur, ultra proviſionem juris communis, nec talis promiſſio ſuperflua ſit, & aliquid operetur. Bald. in Rubr. C. de contrahend. emt. Bertrand. d. conſ. 84. num. 10. vol. 5. Quinimó

mó in noſtro propoſito, per vectigalis perceptionem, expreſsé conventum videtur, ut de caſu deprædationis latronum & violenter graſſantium quis ſit tutus atque ſecurus. Igitur cúm in hunc caſum expreſsé conventum ſit, excipi is non poterit, cúm & in privilegio hoc expreſsé actum ſit *d.l.ſi ut certo §.ſi de me petiiſſes ff. mandati.*

Non obſtaculo eſt ſeptima ratio, quod latronibus anſa præberetur, ut Magiſtratui negocium faceſſerent, eó quód ſe expoliari procurarent, ut ita pecuniam malis artibus, á Dominis terrarum extorquerent. Nam cum † dolus & fraus non præſumatur niſi 216
probetur *l.ſi mulier ff.Rer. amot. Authent.ſed jam neceſſe C.de donat. ant. nupt. Bartol. conſil. 65.Corn. conſi. 189. lib. 2.& conſi. 103. lib. 3. Gravett. conſi. 7. numero 19.*

Nam ſi hoc maleficium doli & fraudis detegeretur, probatione facta, pœna condigna impoſtores plecterentur. Et maximé iniquũ videretur id, quod optima ratione eſt diſpoſitum, ac propter quorundam inſidias & technas, quæ aliquo caſu accidere poſſent, perverteretur. Publica enim utilitas & ſecuritas, privato quodam detrimento, non eſt violanda *d. l. jus publicum de pactis.* Ultimó non reſiſtit, quód in dubio magis reis quám actoribus ſit favendum. Nam cúm penſionem pro cuſtodia & ſecuritate acceperint, id

id certé eos præſtare convenit, pro quo penſio ſoluta eſt, nempe ut indemnes conſerventur illi, qui damna palám, & præ omnium oculis acceperunt. Imó damnum paſſi, etſi ſint actores, longé tamen ſunt favorabiliores, quám rei, cúm favorem publicæ utilitatis pro ſe militantem habeant, ut non immeritó eis damnum reſarciatur, & id præſtetur, quod conventum eſt & pro quo pecuniam acceperunt. Maximé enim naturæ conſentaneum eſt, ut is qui lucrum & commodum ſentit, etiam onus & incommodum ſentiat, prout ex ſuperiorib. fuſius, patet &c.

Sic etiam ſalvũ & incolume ſervatur, tertium fundamentum, dum dicebatur, qui non præſtat id, ad quod ex contractu obligatur, ad intereſſe illum obligari. Nam hîc neminem puto negaturum, factum non eſſe, quod in expreſſam & tacitam conventionem fuerat deductum. Securitas enim violata eſt, quam plenam, integram, illæſam, ſartam & tectam mercatoribus conſervare tenebantur. Igitur, vix eſt, vt aſſeveremus, Senatum damni reparationem evadere poſſe: *Quin* emendatione facta, indemnitatis promiſſioni ſatisfit, & legibus hoc requirentibus, quibus ab omnibus parendum eſt. Et facit *text. in §. fin. Inſtit. Ad L. Aquiliam & l. ſi hominem depoſiti.* Ubi cuſtos carceris, ob cujus negligentiam evadunt captivi, etamſi in omittendo culpa

Digitized by Google

culpa verſetur, obligatus manet. Nec impedimento eſt, ſolutio ſupra allata, quod incurſus latronum non obliget, quando à contrahente impediri non poſſit. Nam ad propoſitum noſtrum, ubi Senatus poteſtatem impediendi & reſiſtendi habuerit, non recté accommodatur, maximé cúm de exactiſſima & ſumma diligentia, & quoq; de culpa leviſſima ſit obſtrictus.

Eadem ex cauſſa & quartum etiamnum ſubſiſtit fundamentum, Senatum non tam de jure communi ad ſecuritatem præſtandam, & per tacitam conventionem, ratione vectigalis percepti exorientem, eſſe devinctum, quám etiam per expreſſam, qua in privilegio Imperatoris, ſecuritatem in ſe receperunt. Prout nec facit ſolutio ſupra accommodata; quód ſine verbis expreſſis quis non obligetur ad præſtationẽ ſecuritatis omniũ locorũ, ſed ſaltẽ itinerum: cúm cauſa limitata, limitatũ producat effectũ, & ꝙ unius incluſio ſit alterius excluſio: itẽ quæ in alicujus favorem ſunt inducta, in illius diſpendium non eſſe retorquenda: Nam ex ſupra deductis ſatis conſtat, Senatum ampliſſimũ etiam abſq; privilegio nundinarum, ad damnũ reparandum eſſe obligatum. Deinde † quando aliquis ſecuritate publica perfruitur, nullo modo, neque per directum neque per indirectum, vexari, & incommodo affligi de- 217

bet.

bet, alioq̃ nõ diceretur is, cui cautũ eſt eſſe ſecurus. ita tradit *Ang. in l. Papinianus §. ſi qs de inoff. Teſt. ubi alleg. l. 1. ad l. Jul. Majeſt. et l. 1. ff. de ꝑtor. ſtipul.*
218 Et is † q̃ ſecuritatẽ ꝓmiſit, efficere dẽt, ut modis omnib. is, cui ea ꝓmiſſa eſt, nullã læſionẽ incurrat *gl. in l. ſi mãdato Titii §. fin. mand.* At hic negari non p̃t mercatores depdatos fuiſſe, itaq; neceſſe eſt fateri, ſecuritatẽ eſſe violatã.
219 Nec ẽt illud inficiari poterit, † mercatores ad nũdinas, intuitu ſecuritatis cõceſſæ, ſe & fortunas ſuas, in fidẽ & tutelã Senatus ampliſs. cõmiſiſſe. Igitur hac ſpe & fiducia defraudari no dñt. *Bal. in l. 2. C. de teſtã. l. ſi libertus de oper. liber.* Quin potius eũ fructũ capere dñt, quẽ pub-
220 lica ſecuritas illis p̃ſtat. † Eſt. n. ſecuritas, ut dictũ eſt, legitimum p̃ſidium, ꝗ nulli denegandũ eſt *Bar. in l. illicitas §. ne potẽtiores de offi. præſid.* ſit ẽt quocũq; in loco, ne fraudi & captioni ſecuritas ſubjaceat; q̃ uti inter ſe contraria, & pugnãtia, in eodẽ ſubjecto ſubſiſtere nequeũt *l. inter ſtipul. de verb. obl.* nec ſub nomine ſecuritatis latrocinia ſunt ferẽda. Et quãvis ſaltẽ viarũ & itinerum mẽtio facta eſſet, id ideo eſt, ꝗ caſus magis neceſſarius fuerit expreſſus, nõ ꝗ ideó min⁹ neceſſarius excluſus videatur *d. l. 1. C. de Theſaur. l. in his. §. idẽ aũt de ſolut. Corn. cõſ. 337. vol. 4.* Cúm. n. in civitatib. alioq̃ ſecuritas eſſe ſoleat, & ibi ẽt á legib. maximé p̃ſumatur: igitur nullo modo poterit hæc ſecuritatis ratio ad eam reſtrictionẽ reduci, ut inde manca &
221 impfecta efficiatur. Hinc eſt, ꝗ † q̃ ſecuritatẽ

habeat eundi, cenſeatur quoq; eã habere & redeũdi *Bar. in l. utimur de ſepulcr. viol. Abb. Felin. in c. 2. ext. de Treuga et pace.* † Eſt. n. tuitio territorii 222
indiviſibilis, igitur ad certũ locũ reſtringi nõ dẽt. *argumẽto l. ex contractu de re jud. l. in execut. §. in ſolidũ de V. O.* Seq; cuſtodia & ſecuritas mutuo cõplexu adeó cõtingunt, ut ſeparationẽ minimé patiãtur, id eóq, & cõjunctim ſe favore ꝓſequuntur publico *d. l. 1. §. ſumma de his q dejec. vel effud. d. l. 2. C. de pfect. ptor. Affr.* Nã ad qd viæ ſecuritas ꝓdeſſet, ſi in loco nundinarũ, mercator tutus nõ eſſet. † Per q .n. unũ qq; tale eſt, 223
id magis tale erit reputãdũ. *Auth. multó magis C. de ſacroſ. Eccleſ. l. ex divortio §. 1. ff. ſol. matr.* Et † qui 224
vult alicuj⁹ antecedens; vult ẽt & neceſſariũ ejus cõſequens *l. 1. illud de acqr. hered. l. 2. de juriſd. omn. jud. l. veteres de itin. actuq; priv.* † Nec dici pt 225
totũ habere, q ejus partẽ duntaxat hẽt, *Ang. in l. Papinianus §. ſi qs metu de inoffi. teſtã.* Nõ obſtat; qꝛis q vias inſolitas inſeqtur, nõ gaudeat privilegio ſecuritatis. Nã id ideo eſt, qꝛ in culpa eſſe pſumatur, cũ pẽſionẽ vectigalis effugere intendat, vel alia ex cã id faciat, cú & ſupior cuſtodiã ad vias publicas potiſſimũ dirigere & inſtituere ſoleat. Cúm ergo palã ſit, ſecuritatem, publicã utilitatẽ reſpicere, ideoq; ſummé favorabilem cẽſendã eſſe. Quin etſi á Senatu ampliſsimo, in eum caſum, ſi in civitate fieret deprædatio, quod tunc de damno dato teneri non velleت, expreſsé conventum eſſet:

tamen

tamen † ejuſmodi pactio de jure invalida eſ-
226 ſet, cúm jus publicum inde lædatur *l. jus publ. de pact.* Et ad delinquendum facinoroſos invitet, contra jura ſupra adducta. *Et Bald. in l. ſi ideo C. de his quibus ut indign.* Inſuper quoque Magiſtratũ in officio redderet negligentiotem adverſus leges, quæ facinora & rapinas maximo ſtudio præcavere incubuerunt. *l. 1. l. 3. §. Sed ſi tota ff. Naut. Caup. Stab.*

Eadem ratione, illæſum & incorruptum remanet quintum fundamentũ, de neglectis Magiſtrat. obligari: Nã cũ de leviſſima culpa teneatur, & ad exactiſſimam ac ſummam diligentiam ſit adſtrictus; neceſſarió ſequitur, cúm caſus damni contigerit, culpa & negligentia accidiſſe ejus, qui ſummam diligentiam debet, donec leviſſimam culpam abeſſe doceatur.

Sextum quoq; argumẽtũ adhuc ſibi conſtat. Nam cúm etiam ignorans obligetur, ſiquidem paria ſint, ſcire, vel ſcire debere: multó magis ſciens, ut-puta, quando delictum fit palám, in loco publico, & eminenti, omnibus videntibus & accurrentibus, obligabitur. Et quód hic caſus proviſu fuit facilimus, ex iis, quæ ſupra ad hoc oſtendendum collegimus, facilé cuiquam liquebit. † Nec
227 etiam Magiſtratus eſt interpellandus, cúm hîc non agatur de officio judicis mercenario, quod actioni deſervit, ſed præſes pro-

vinciæ tenetur ad purgandam provinciam à malis hominibus, & ut reſiſtat violentis deprædationibus; quod ſi non faciat, pœnam legis incurrit *d. l. 2. C. de offic. præf. prat. Affr. & in c. 1. de Treug. & pac. Angel. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* † Tenetur quoque actione 228
injuriarum, necnon ad refuſionem damnorum intereſſe & expenſas *l. nec magiſtratus de injur. glos. in l. 2. §. fin. ſi quis caution. d. l. quemadmodum §. magiſtratus ff. Ad L. Aquiliam. Grammat. decis 11. num. 16. Gravet. conſ. 132. num. 3.* Nec abire poteſt, quin Senatus ab oppreſſis ad ſuccurrendum, non fuerit interpellatus. Ex iiſdem rationibus, immotum & firmum ſeptimum argumentum conſervatur. Nam cúm Senat⁹ à culpa ſe eximere vult, neceſſe eſt, ut legitimis probationibus factis, hoc oſtendat, ſin minus in culpa eſſe reputatur, ut proinde damni reparationem, de proprio patrimonio facere teneatur, non veró de pecunia Reipub. *d. l. 1. ff. de magiſtr. conven.*

Octavum quoq; fundamentum inexpugnatum remanet. Nam absq; dubio ſuperior & princeps tenentur refundere damna læſis, ſi convenirentur, licet per exhibitionem officialium liberentur, ſive officiales ab iis eſſent electi ſive non: Cúm tamen in noſtro propoſito † confirmatio principis interve- 229
niat, quæ plus operatur quám ipſa electio *Bart. in l. 2. C. de defenſ. civit. Angel. in §. Decreto in Auth. eod. tit.* Et * q confirmat cenſetur dare 230

Alex. in l. more ff. de juriſd. omniũ jud. n. 12. Quod veró ad eos, de qb. eſt ſuppliciũ ſumtũ, attinet, ſuperioré á dãni reparatione, non excuſari, já ante ſatis oſtẽſum fuit. Quæ veró nono loco adducta fuerunt, in ſuo valore adhuc pſiſtũt. Nam ꝑut Caupo & Nauta, tenẽtur de dãno, niſi ſe ꝓbationib. culpę eximãt: Ita quoq; Magiſtratus, nõ oſtendẽdo de exactiſſima diligẽtia, & ſe eximẽdo á leviſſima culpa, nõ liberabitur. Quin & ſupior priori in loco eſt, quám Nauta & Caupo, cũ hi caſum violentũ non pſtent, ſec⁹ veró in Domino territorii, q hunc caſum depdationis violẽtę, in ſe ſuſcepiſſe videatur. Decimũ quoq; adhuc viget; violẽtias eſſe odioſas, & depdatis tanq favorabilib. variis remediis fuiſſe ſuccurſũ, ut indẽnes conſervẽtur. Nã hoc non ſolũ ꝓcedit, quo ad reos q dãnum dederũt, ſed ẽt ad Magiſtratũ & Dominos ptinet, q remedia cõpetentia oportuno tẽpore non adhibuerint, *d. l. ne qd ff. de incẽd. ruin. naufr.* cúm iis q̃ s̃ plurib. in hãc rẽ adducta fuerũt. Min⁹ quoq; ſatisfactũ fuit undecimo fundamẽto, quo firmatũ fuit, cõitaté obſtrictã eſſe, tã de jure cõi, q̃ de jure Saxonico, ac deniq; ẽt ex tacita & expreſſa cõventione, itidéq; ad Magiſtrat⁹ p̃ceptum, cui obediẽtiã dñt, depdantib. reſiſtere. Ad rẽ. n. non ptinet, cõitaté nõ delinquere, niſi cõicato cõſilio & deliberatione p̃cedẽte omnib. cõvocatis deliquerit. Nã ſatis in apto eſt, cõitatẽ á Senatu p pulſum cãpanę convocatã ad defenſionẽ &

de-

depulſionē depdātiū adhortatā fuiſſe. Quod nedū cōi conſenſu, conſpirōe pcedente, hoc facere detrectarint, ſed ēt eos, quos Senatus ad arcēdos pdones miſerat repulerint, ac omni conatu ſe oppoſuerint, ut ab his, q ex eorū medio erāt, non ſolū, q inſtitutum ab ipſis erat, pficeretur: Inſup & Senatum honeſtiſſimū, eó vi coëgerint, ut cōcives ex ſcripto recitatos, é civitate expellerēt, & ne qdem ipſis decurionib. pepcerint, neq; ēt alibi paſſim á vi & injuria verberib. vulnerib. & ſpolio abſtinuerint. Quotusqsq; igitur eſt, q manifeſtó & oculariter nō deprehēdat, cōitatem in culpa & in dolo fuiſſe, eo ipſo, q ex eorū medio, qdā, pdam vi inſecuti ſint, alii veró aſſiſtētiâ & reſiſtentiâ cōtra eos, quos Senat⁹ ad defenſionē ablegaverat, opē tulerint. † Delictū 231 aūt cōmiſſum per populū, nocet univerſitati, & ſingulis, q illud tolerârint, & ratū habuerint, ita ut teneātur, licet veré nō fecerint, & ēt q á principio nō fuerint obnoxii. *Bar. in d. l. aut facta §. nōnunq ff. de pœnis. Felin. in c. dilectus de Simō & in c. cū oēs de cōſtit. Paris cōſ. 74. n. 23. & 24. vol. 1.* Et ita ēt cōtra cōitatē cōcluſum & pnūciatū fuit in cōcilio Neapolitano put refert. *Matt. de Affl. deciſ. 376.* Neq; ēt p defenſione cōitatis qcq facit, fundamētū, q moveri intelligo, damnū hoc, q mercatorib. fuit illatū, non principaliter accipiſſe, ſed acceſſorié, & p accidēs, cum dāna voluerint inferre hoſpiti, qui cauſam tumult⁹ dederit: Sed ita eſt, † q dānū 232

 per

per accidens datum, non venire ſoleat in cõſideratioñe *l. ſi quis nec cauſ. Si cert. pet. l. 1. ff. de auct. tut. Bart. in l. quo minus in 11. quæſt. de fluminib.* Quem refert & ſequitur *Alex. conſil. 194. num. 11. vol. 2.* Verúm illud procedit, quando aliquid fit licité, & jure permittente, quod hìc dici nequit, prout ex reſolutione tertiæ quæſtionis, luculentiús apparebit. Ex actu enim illicito licitũ oriri nequit *l. cum lex de fidejuſſ. l. non dubium C. de LL.* Et non adeó pridem oſtendimus, ei, qui ſecuritate potitur, nec directó neq; indirectó incommodari debere. Nihil igitur refert, utrúm omnes ex communitate deprædationem fecerint, an veró ex eorum medio aliqui duntaxat, reliquis conſentientibus, aſſiſtentibus & opem ferentibus, licet ad eos nihil pervenerit. *l. ſine, de Vi & Vi arm. l. dolo & DD. in Rubr. Inſtit. de oblig. quæ ex quo delict.* Neq; etiam quis ſibi patiatur hìc perſuaderi, cives defenſionem loci in ſe ſuſcipere non teneri. Nam prout pauló ante dictum fuit, non ſolúm ad defenſionem ſed & ad cuſtodiam loci tenentur, præſertim ſi ma-
233 giſtratus auctoritas, & juſſus accedat. Et † magiſtratũ poſſe convocare inhabitãtes & incolas, ꝑ arcẽdis p̃donib. & ꝗ loco vim inferre conãtur; & ſubditos quoq; ad hoc faciẽdũ obſtrictos eſſe tradit *Bald. in l. ſi quis in hoc grave C. d. Ep.*
234 *& Cler.* ubi ſubdit. † *Si Auxilium præſtare recuſaverint, teneri ex condictione l. 2. C. de his qui latron. occult. Angel. in l. 1. C. de Nili agger. rump. Paris. de puteo de Syndic. in verb. Brach. Roland. á valle. conſ. 37. nu.*

Digitized by Google

19. vol. 4. Imó quod plus eſt, quando univerſitas tenetur aliqd facere, idq; ab ea omittatur, dicũtur omnes omittere, ac † licet hoc cõtigerit p negligentiã regentiũ civitatẽ, nihilominus tamen ipſa univerſitas negligere dicitur *l. jubemus nullã navẽ C. de ſacroſ. Eccl. juncta l. ſi procurator §. ſi tutorib. Mandati: Bart. in l. aut facta §. nõnunquã, n. 4. de pœnis.* Quantó igitur magis hoc obtinebit, ſi & ipſa univerſitas delictũ cõmiſerit, adſtiterit & opẽ delinquentibus tulerit. Et profectó hoc ſcelus, à cõmunitate ppetratũ, graviſſimum eſt. Quid enim quæſo gravius eſſe poteſt, quám in propria viſcera invehere deprædationes, in civitate optimé munita, in Republ. bené conſtituta, in gremio ac ſinu ipſius juſtitiæ & ſecuritatis latrocinia exercere. Ut prorſus dubiũ nõ ſit, quod peccatũ fuerit contra leges divinas, naturales, patrias, & civiles, contra imperatoriã majeſtatem, contra principẽ, contra ejus regalia, contra Senatum & Magiſtratum, contra publicam ſecuritatẽ & pacem imperii contra propria privilegia, contra obedientiã debitã, cõtra fidem juratã, & deniquæ cõtra caritatẽ & dilectionẽ proximi. Quod igitur excuſationis genus hic produci poterit? prætextúsne religionis? Quaſi illuſtriſſimus princeps, Dominus noſter clementiſſimus & Senatus ampliſſimus judicis partes non amplius ſuſtineant, & officio ſuo non legitimé pfungãtur, atq; ignobili vulgo omnia prædæ 235

expoſita ſint; quaſi Religionis ꝑtextꝰ, ſit turpitudinis flagitii atq; imꝓbitatis velamentũ ac juſtitiæ ꝓſternendæ, ex rapto vivendi, vim inferendi effrenis licẽtia? O væ juſtitię ſacroſanctæ, his legislatorib. ꝓtervis & procacib. gubernãdæ? Quod igitur impedimentũ ſubeſſe poterit, quo minꝰ ꝑ eos, á qb. damnũ datum ſit, & q juſſi nõ reſtiterint, id ſimiliter reparetur ac reſtituatur, ꝑ regulã ex rõe naturali deſumtã; damnum ꝙ qs patitur alicujus culpa, id ab eo eſſe ſarciendũ *d. l. unic. C. de ſent. q̃ ꝓ eo ꝙ inter ẽ prof.* Jacob. *Men. cõſ. 118. n. 25.* Et hic ſané locus unicus, eſt, quo videatur Senatũ ab impetitione mercatorũ evadere poſſe, ut videlicet exceptionẽ ordinis opponat ex *l. 1. de Magiſtr. cõven. argumẽto l. quoniã Augerio C. de cõven. fiſc. debit. lib. 9.* Cúm in ſubſidiũ duntaxat, ſupior in cã dãni dati ſit obligatus, adeó ut prius cõveniendi ſint q delictũ ꝑpetrarunt, & cãm proximã aſſiſtendo & opẽ ferendo ꝓſtiterunt. Et quamvis dici poſſet, Senatum quoq; in culpa

236 omſſionis eſſe, erit tñ cã magis remota † In delictis aũt ſemper cã proximior eſt inſpicienda *l. fin. C. de natur. lib l. ligni in fin. ff. de leg. 2. l. ſi plures §. in arrogato de vulg. & pupil. ſubſtit. Auguſt. Berous conſ. 15. n. 23. vol. 3. Socin. conſ. 87. vol. ult. Menoch. conſ. 152. n. 4.* Deinde cũ Senatus poteſtatẽ ex hibẽdi habeat, vel cõitatis, vel majoris partis, vel eorũ q cõi cõſpiratione facta ꝓcepto & juſſui Senatus, nõ ſolúm nõ paruerint, ſed & reſtiterint, eóq; miſſos depulerint, & manũ quoq; adhi-

adhibuerint,ac deniq; vi coëgerint, ut Senatus eorũ arbitrio,quos vellent, é civitate ejiceret.Itẽ cúm ſ̃ cõi & recepta Interpretũ cõclusione oſtenſum fuerit,p exhibitionẽ,ſi exhibiti ſolvendo ſint,Magiſtratũ liberari: ſeqtur & hoc caſu cõem hãc concluſionem ex uſu Senatus ampliſs. futurã, ut videlicet exhibitione facta imunis evadat. Quod certé eó magis in noſtro caſu hoc obtinebit cúm qualitates á Dd.alternativé ſint reqſitæ,de quorũ natura eſt,ad hoc ut diſpoſitio obtineat,ſufficere ut† alterũ ſaltẽ ex qualitatib.alternativé 237
reqſitis, verificetur. Igitur ſi illa qualitas exhibitionis verificabitur,Senatum qualitatib. ſatisfeciſſe dicendũ eſt, ut pinde ad dãni reparationẽ nõ ſit devinct⁹ *c.in alternativis de Reg. J.in 6.l.ſi heredi plures de cõdit.inſtit. l. cũ pupillus* §.1. *de cõdit.et demõſtr.*§*.pen.Inſtit.de hered.inſtit.Cephal. cõſ.437.n.9.* Et cúm† qlibet delinquẽtiũ in ſo- 238
lidum teneatur *l.ſi qs* §*.fin.et l.ſeq.de juriſd.omniũ jud.l.pen.*§*.hoc judiciũ.Ne qs eũ q in jus.voc.l. itẽ Mela.*§*.ſed etſi plures et* §*.ſi plures l.ita vulnerat⁹* §*.fin.ad l.Aql. l.ſi plures de Injur.Schurf.cõſ.57.n.8.cẽt.2.* Dici certé nõ p̃t,exhibẽdos difficilis fore exactionis.Deinde†p impoſitionem collectę,quoq; 239
mercatorib.poterit ſatisfieri, put in tali caſu, ad collectam pcedendum tradidit *Panorm.& Canoniſtæ in c.1.de reſti.ſpol.Bar.in l.ab omnib.*§*.ſi Titio de leg.1.* Et † q unus ex univerſitate ſolvere 240
nõ p̃t,id ſolvere tenetur,tota univerſitas, vel qui ſunt culpabiles *l. ſicut municipium* §. *fin.*

Digitized by Google

Quod cujuſq; univerſit. nomine l. proponebatur. De judic. cum alleg. p Thob. Neniū in. cōſ. 46. n. 1. & 3. Ubi
241 voluit, quód † illi tantum collectari debeāt, quos cā tāgit, nō alii, cū in qualibet re, initiū & cauſſa, ūde aliqd deſcendit, inſpici debeat *argto l. tutor datus de fide juſſ. l. ſi pcurat. Mandati. c. dudum de elect.* Iniquū enim exiſtimatur, ex aliorū delicto aliquē puniri, & qdem innocētē. Traditur etiam *p Innocēt. in c. gravē de Sent. Excom. Bart. in l. aut facta §. fin. de pœn. Gravetta conſ. 21. n. 8.* Ubi tamē limitat: niſi delictum fuiſſet perpetratū p ſonū campanæ, fact. cōgregiōe. Atq; hæc exhibitio adeó difficilis atq; incerta
242 nō eſt; cúm † exhibere nihil aliud ſit quám oſtēdere, & facere in publico poteſtatē, ut ei q agit, expiundi ſit copia *l. 2. ad exhib.* Sic etiā dicitur exhiberi reus in *l. ſi qs Reū de cuſtod. &*
243 *exhib. reorū.* Ubi † exhibere reū, eſt repſentare, ꝙ Senatū facere poſſe, nulla videtur ſubeſſe dubitatio. Et poſito, nō tamē in pjudiciū veritatis cōceſſo, ꝙ Senat⁹, ob exactionis difficultatē cōdēnaretur ad hoc tamē cōduceret, except. oppōere, ut reſervaretur Senatui regreſſ⁹ cōtra cōmūitatē, ne de ſuo patrimōio ad reparationē dāni urgeatur, ꝙ fieri poſſe, ſatis ex ſupra deductis colligitur. Cæterúm hæc cōſultatio ex eo difficilior reddi videtur. Nā ſi exactio cōtr. cōmūitatē inſtitueretur, timor nō levis ſubeſſet, ne res denuó, ad tumultū & ſeditionē ſpectet & devolvatur. Utrúm autē Senat⁹ hoc metu, de ſuo jure poti⁹ cedere, & cōmūitati ſe ſubmittere velit; An veró

illi ſati⁹ ſit reſpicere ad autoritatẽ legis & ad diſciplinã publicã, ut homines in obedientia metu & officio cõtineãtur, & á delicto & maleficiis deterreãtur: ꝓ ſua prudẽtia eximia diligẽter cõſiderabit: ne forté impunitate freti, totã Rẽpub. ac totã ꝓvinciã quoq;, ſi aliquãdo ſimile q̃d occurreret, ubi defenſio ab ipſis exigeretur, peſſũdẽt. cúm eo ipſo Princeps, Senat⁹ & õnia mãdata eluderẽtur; quod ſané videtur exẽplo maximé eſſe ꝑniciosũ, ut lõgé meli⁹, cõmodius & utili⁹ ſit exiſtimãdũ in tẽpore ejuſmodi malis imminẽtib. obviã ꝓcedere, ut intelligat cõitas, ꝑicula ſeditiõis & q̃ inde dãna oriãtur, ad ſe & nõ ad alios ꝑtinere. Itaq; cum principis auxilio, tota cauſſa ſic inſtitui poterit, ne ſeditio iteretur. † Boni 244 enim regis eſt, ſcãdala & ſeditiones, q̃ pacẽ & q̃etẽ publicã ꝑturbãt, removere *c. ſup. cathed. de ſepulcr. l. 1. & 2. C. de ſeditioſis. Bero⁹ cõſ. 18. n. 40. vol. 3.* Atq̃ Senatus ipſemet, ut ex ante deductis apparet, poteſtatẽ impediẽdi habet, ſi quã celerrimé in autores tumultus, q̃ diu latere nõ poſſũt animadvertat, & initiis bené munit⁹ reſiſtat; deinde, ſi ꝑ ſentẽtiã ad hoc faciẽdũ cõitas cõdẽnaretur, cúm q̃b. erit expoſtulatura quã cum ſeipſa, q̃ in hũc furorẽ & rabiẽ, ex mera petulãtia inciderit? Neq; obſtat text. juris Saxonici: nã ille ſecũdũ jus cõmune erit intelligẽdus: cũ multa in jure Saxonico, ſint diſpoſita, q̃ cũ jure cõmuni optimé cõveniũt. Ut hac in parte nulla ſit diſſonãtia, cum nihil

 expreſsé

expreſsé contra ius commune reperiatur diſpoſitũ. Igitur † talis juris Saxonici diſpoſitiones ſecundúm jus cõe accipiendæ erunt. *Canoniſtæ in c. 1. de cõſti. in 6. Marſi. in l. ſi qs nec q̃ſtio ff. de q̃ſtiõ. Bar. et Dd. in l. oẽs populi ff. de juſt. et jur.* Quibus accedat, ꝙ noſtri Practici, q juris Saxonici fuernnt expertiſſimi, textus juris Saxonici, ſecũdúm diſtinctionẽ cõem Interpretũ accipiãt, *Melchior Cling. in d. c. 1. de reſti. ſpol. Jo. Schneidvv. in d. § . itẽ is Inſtit. de obl. q̃ ex q. delict. naſc.* Neq; etiã obſtaculo ſunt deciſiones Cameræ im̃pialis: quia illæ intelligendæ ſunt, ſecundúm jura, q̃ ab ipſis allegantur, *Bar. in l. non ſolũ § . ſi liberationis verba de lib. leg.* Sic quoq; intelligẽda ſunt tradita *á Joch. á Beuſt. in d. tract. de jurejur.* Ex qbus & illud colligi p̃t, *Hartmã. Hartmãni in alleg. obſervat.* ſatis incõmodé locutũ fuiſſe p dictionẽ (Maximé) cúm diſtinctio Dd. ſuperiorem eó caſu, quãdo ꝓhibere non p̃t, á dãni reparatione eximat, ꝓut claré p̃ter ſ allegatos, firmat *ad lit. ad Roman. conſ. 7. in verb. ignorare.* Non obſervatio Andreę Guils adverſatur, ubi in p̄ſentia cõductorum ſecuritatis, mercator fuerat dep̄datus, & nihilominus, ſupior ad dãna cõdemnatus, etſi ꝓhibere delictũ nõ potuerit. Nã potuiſſet Epiſcopꝰ illo piculoſo tẽpore diffidationis & nundinarũ, plures ꝓ defenſione & tuitione trãſeũtium mittere, ꝙ cũ in illa ꝓpoſita facti ſpecie, factũ nõ ſit, & ita culpæ omiſſionis redarguatur: mirũ ſane nõ eſt, ꝙ Epiſcopus ſñtiã tulerit condẽnatoriã. Et ex conſiliis quoque Zaſii nõ obſcuré colligitur,

Digitized by Google

ſi Epiſcop⁹ pſtatẽ exhibẽdi malefactores habuiſſet,& illi ſolvendo fuiſſent,Epiſcopũ in judicio nõ ſuccubuiſſe.Uti apparet ex *alleg.cõſ. 10.n.69.*ubi arguit negligẽtiã Epiſcopi,ꝙ perſonã,res & bona malefactoris nõ vindicaverit.Itẽ ꝙ uxoris dos ſalva,& ꝓprietas domicilii aliis principib.ſarta tecta pmanſerit.Min⁹ ẽt cõcedendũ eſt,ſecundũ *Henrikmannũ* in electione dãnum paſſi eſſe,utrũ Dominũ,an veró depdatorẽ cõvenire velit. Nã id duntaxat ꝓcedit in iis,q privato nõ publico officio fũguntur *Bart in d.l.1.§.familiæ de publ.et ſeqtur Auguſt.Berous q.39.n.3.*Si veró Senatus ampliſs.ꝓnior eſſet ad trãſigendũ cũ mercatorib. ut eó magis cõmercia & nũdinationes ꝓmoverentur,laudabilius eſſe exiſtimãs,dãna ſine judicio,ſine litigio abſq; expẽſis, exteris reſarcire,illud ſané in medio relinquo.Et certé mercatores abſq;dubio,plurimũ hoc in caſu,á jure ſuo remitterẽt,ꝓpter onus ꝓbãdi,ꝙ eis incũberet, ut ex reſolutiõe ſubſeqntis qſtionis demõſtrabitur fuſi⁹. Quæ ꝓbatio cũ non parũ difficultatis cõtineat, & inſup ẽt abſq; expẽſis graviorib.ſuſcipi neqat;igitur ex re eorũ eſt,ut quovis modo illã ſubterfugiãt. *Interim tamẽ & id hîc admonitũ volo, ſi Senatus clariſs. cũ mercatorib.trãsactionẽ iniret,ex eodẽ capite, et hoſpitẽ mercatorũ.Item hos q incẽdium paſſi ſint,dãnorũ ꝑpeſſorũ nomine ſatisfactionẽ á Senatu petituros,ut vel hoc pjudicio ſe intẽtionẽ adverſus eũ, magis fũdatã habere exiſtimẽt.Ideo et hac quoq; in re circũſpectione op⁹ erit accuratiori, ut ex 3.qſt.exãine luculentius patebit*

Digitized by Google

QUÆSTIO II. EIUSQUE RESOLUTIO ET DECISIO.

Quanam ratione Mercatores damnum rerum ſpoliatarum teneantur probare?

SVMMARIA.

1. *Damnum prius á iudice æſtimandum, ut is qui vim paſſus eſt iuramento æſtimationem manifeſtet.*
2. *In dolo eſſe dicitur is qui omittit ea, ad quæ officii ratione tenebatur,*
3. *Ex negligentia prauus animus colligitur.*
4. *Iuramentum in litem conceditur propter difficultatem probationis.*
5. *Iuramentum in litem defertur ob latam culpam.*
6. *Sic etiam ob dolum præſumtum ut quando quis facit contra præſcriptum ſiue præceptum legis.*
7. *Iuramentum in litem datur contra dominum terræ, qui iniuſté aliquem banniuit ob quod bannito mobilia fuerunt ablata.*
8. *Iuramentum in litem obtinet ob leuem culpam.*
9. *Iuramentum in litem locum habet contra eum qui rei cuſtodiam debet, & res fuerit amiſſa.*
10. *Conuentio, quæ ſuper actu aliquo interponitur, ſequitur eius naturam, ſuper quo interponitur.*
11. *Actioni alicui, ſi quid ineſt, quod habet reſpectum ad illius cauſam, tunc illud ineſt non ſolum quo ad hoc, quod directó cauſſatur ab illa cauſa, ſed etiam quod indirectó & occaſionabiliter.*
12. *Promiſſio cenſetur facta, prout demonſtratur ex cauſa precedente.*

13. pactum

Digitized by Google

13. Pactum contractui in continenti appoſitum, dicitur pars contractus.
14. Iuramentum minorationis de iure Saxonico locum & iuramento in litem ſubrogatur.
15. Iuramentum minorationis etiam locum habet quo ad perſonas,
16. Iuramentum in litem requirit dolum, & ut quis conveniatur ex proprio delicto non alterius.
17. Dolus in libello de neceſſitate eſt exprimendus ut iuramento in litem locus ſit.
18. Iuramentum in litem eſt introductum odio violēti.
19. Delictum in omittendo non ita aggravat, ut delictū in committendo.
20. Et neceſſe eſt ut quis de delicto verè ſit convictus non, per contumaciam.
21. Iuramentū in litem non habet locum ex dolo p̄ſumto.
22. Promiſſum intelligitur, ad quod de iure quis tenebatur.
23. Probatio liquida requiritur, ut quis condemnetur.
24. Obligans non videtur ſe pro indebito obligaſſe.
25. Iuramentum in litem non habet locum contra fideiuſſorem.
26. Probationis verb. á lege prolatum, non de ficta, ſed vera intelligitur probatione.
27. Probatio per iuramentum dicitur, ficta probatio,
28. Probatio legitima non dicitur quæ ſit per iuramētū.
29. Probatio dubia non relevat.
30. Iuramentum in litem non habet locum contra dominum territorii, civitatem, caſtrum, villam, quando pro alio tenentur.
31. Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.
32. Iuramentum in litem non habet locum ex lata culpa ſecundum communem.
33. Iuramentum in litem non obtinet contra hoſpitem, niſi conſtet de dolo & ꝙ ab hoſpite maleficium fuerit commiſſum, qua in re Bart. ſibi cōtrarius eſſe reperitur.

34. Ratio

34. *Ratione ceſſante, ceſſat & ipſa diſpoſitio, quamvis ſit acceſſoria.*

35. *Ratio diverſa, diverſum ius conſtituit.*

36. *Conventio non recipit naturam actus odioſam, licet in eius locum ſubrogetur.*

AD ſecundam igitur quæſtioné accedamus, in qua quæritur: Quanam ratione Mercatores damnum rerum deprædatarũ probare teneantur? In hac quæſtione, quoad fieri poteſt, brevitati ſtudebimus, cúm eam difficultatem, quam præcedens quæſtio habuit, non contineat. Et quidem initio videtur aſſeverandum, nullam aliam probationem damni vel etiam intereſſe requiri, quám ut per juramentum in litem damnum paſſo credatur,
1 † facta prius á judice æſtimatione, quoad damnum & intereſſe rerum deprædatarum & vi ablatarum, quoad videlicet earũ quátitatem & qualitatem, ſive deprædatio facta fuerit p vim, palám, ſive clam, modó de crimine conſtet. *l. ſemper §. in hoc interdicto quod vi aut clam. l. 2. l. in actionibus de in lit. jur. l. ſi quando C. unde vi.* ubi fit taxatio á judice, ut pro perſonarum qualitate & negotii, Sacramento æſtimationem rerum, quas perdidit manifeſtet & *c. fin. extra quod met. cauſa.* Sed hîc negari non poteſt, Mercatores deprædatos fuiſſe vi, palam, de die, in loco eminẽti & publico, omnibus concurrentibus, & conſpicientibus.

Digitized by Google

entibus, adeó ut delictum ipſum nulla probatione indigeat, nec etiam quisquam eſt, qui hoc ſit negaturus, quamvis non conſtet de quantitate & qualitate mercium. Itaque ſtandum videtur juramento damnum paſſi, quod in caſibus violentiæ eſt introductum, & qando dolus ſubeſt.

† Nam dubium non eſt, quin in dolo eſſe 2
dicatur, is qui omittit ea, ad quæ officii ratione tenebatur *l. tutor qui repertorium de admin. tut. l. dolo ad l. Falcid. Dec. conſi. 110. numero 9.* Igitur juramentum hoc locum obtinebit *l. 2. d. l. in actionib. de in lit. jur.* Et convenitur Senatus clariſſimus, hoc in caſu ex proprio delicto, & ex propria negligentia, † ex qua 3
pravus animus colligitur *l. reprehendenda C. de inſtitut. & ſubſtitut. d. c. conſtitui. extra de teſtib.* Quia Magiſtratus conſenſit, dum ſcivit & non prohibuit, ita tenet *Berous in c. 1. de reſtitut. ſpoliat. numer. 47.* ubi dicit ſic tenere Bartolum *in l. nequid l. de incend. ruin. naufr.* Per quem etiam textum hæc opinio ſatis probatur, intelligendo verbum teſtari, pro ſimplici atteſtatione, damnum paſſi. Et in propoſito quoque militat ipſa ratio, quare † ad jura- 4
mentũ in ejuſmodi caſib. perveniatur, nempe difficultas probationis *l. ſemper §. in hoc interdicto. Quod vi aut clam §. pen. inſtit. de verb. obl. l. ſi quando C. unde vi. Canoniſtæ in c. fin. quod met. cauſa.*

Sed negari non poteſt, maximam hic diffi-

cul-

cultatem probationis ſubeſſe, quid & quantum in ea deprædatorum multitudine, mercatoribus fuerit ablatum. Et cujusnam, res amiſſæ, bonitatis, qualitatis & quantitatis fuerint, ut ita maximé congruum eſſe videatur læſis, quú amiſſa recuperent, per juramentum in litem ſubvenire, cum eorum cauſſa adeó in jure ſit favorabilis, ut ex præcedente quæſtione conſtat. Secundó ad hoc * ut juramentum in litem obtineat, non ſolúm conſideratur, quis ſit in dolo, ſed etiam ſufficit quod ſit in lata culpa *l. quod Nerva Depoſiti* ubi lata culpa æquiparatur dolo *l. 1.* §. 1. *ſi mens fals. mod. dix. juncto* §. *ſeq.* Ubi dolus & lata culpa promiſcué ponuntur. Et eſt *text. in l. quæſitum* §. *Eum quoq; de precario.* Sic etiam probatur in *l. 1. juncto* §. *non autem ſi quis teſtamēt.* Et probatur *in l. actio C. de in lit. jur.* Ubi contra heredem juratur in litem, propter latam culpam conjungendo cum *l. is qui eod. tit.* Sic quoq; ſufficit, * ſi reus ſit in dolo præſumto, quæ præſumtio contra omnes eos militat, q contra juris præceptum, ſive præſcriptum faciunt *c. 1. de præſumt. not. in l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar.* Quod etiam in noſtro propoſito dicendum videtur, cúm quis ſecuritatem publicam non conſervet, cúm tamē id facere poſſit, ex legis præſcripto, exemplum affertur in Mercatore, qui non dedit librum rationum ut arguit *Plot. in tractat. de in litem jur. num. 848. & numero 15.*

Ad

Digitized by Google

Ad quod comprobandum optimé facit id, quod tradũt. *Dd. in d. c. fin. ex. de iis quæ vi vel met. cauſa.* † de Domino terre, qui injuſté bannivit 7
eum, qui multa habebat mobilia, cui bannito poſtea bona ſua ſunt ablata, & quidem per alios, Dominus certé tenebitur, ad rerum reſtitutionem, juramento earum facta æſtimatione *d. c. fin. ubi Joan. ab Immola numer. 4. verſic. & per prædicta & l ſi cum exceptione §. Pedius quod met. cauſa.* † Nec etiam juratur ſolúm in litem ob 8
dolum, ſed quoque ob levem culpam *l. alio jure C. de in lit. jur.* ubi Salic. notare jubet contra tutorem etiam propter levem culpam jurari in litem.

Tertió † qui tenetur ad cuſtodiam rei, ſi 9
illam rem non cuſtodiat, ita ut ammittatur, contra eum, ratione damni & intereſſe, locũ habet hoc juramentum *Corn. conſi. 318. volu. 4. cum allegatis per eum num. 7. Bald. conſi. 80. volum. 3.* Quas autoritates in hanc rem allegat. *Joan. Babt. Plot. in tract. de juram. in lit. §. 48. n. 11.* Et inde infert ad quæſtionem: ſi Mercator vel aliquis alius dederit vectori, rem aliquam vehendam vel transportandam, puta capſam vel valiſiam, ſi id nõ fiat, & res dicatur amiſſa: jurabitur in litem contra vectorem vel alium, qui titulo conductionis vel depoſiti vel alio quovis titulo rem vehendam receperit, nec crederetur juramento vectoris ſuper amiſſione. *Specul. in tit. de furtis.* Atq; inde quo-

Digitized by Google

que infertur ad commentarienſem. Pari etiã ratione, ſi quis in hoſpitium diverteretur & penes hoſpitem deponeret valiſiam clauſam & ſigillatam, in qua res ſuas & pecunias bené cuſtoditas aſſervabat: vel ſcholaris, ſi domum iret, interim capſam ſive ciſtam in domum alicuius, ut ibi aſſervaretur, poneret & tempore reverſionis illi redderetur valiſia diſſigillata & ciſta aperta: tunc ſtabitur cõtra hoſpitem de dãno dato, ipſius viatoris, vel ſcholaris juramento, ad æſtimationem rei, præcedente taxatione judicis. *Innoc. Hoſt. et alii Canoniſtæ in d. c. fin. ꝙ met. cauſa Bar: Bal. Rom. in act. de in lit. jur. Fulgos in l. cũ furis eo. tit. Spec. in tit. de furt. §. 1.*

10 *verſi. q d ſi reus.* Quartò † conventio q̃ ſuper actu aliquo interponitur, ſeqtur ejus naturam, ſuper quo interponitur *l. ſtipulationem §. convẽtionales de verb. obl. l. triticum eo. tit.* Sed hîc convẽtio tam expreſſa q̃ etiam tacita, ſolutione vectigalis interponitur ſup materia delicti. Igitur quoq; ejus naturã ſeq debet, ut ſicuti juramẽtum in litẽ defertur, contra delinquentem, ita quoq; cõtra eum, cúm quo pactio inita fuit *l. ſtipulatio habere licere et l. ſi qs cum aliter, cũ gl. ff. de verb. obl. l. emt. §. q autẽ de act. emt. l. ſi ſtipulalatus de uſuris.*

11 Quintó cõfirmatur. Nã † quando aliquid ineſt alicui actioni ꝙ habet reſpectum ad illius cauſam, tunc non ſolũ illud reſpiciẽs ineſt, ꝙ directé & immediaté cauſatur ab illa cauſa: verum quoq; & illa veniunt, quę occa-

occaſionaliter ab ea cauſa ꝓcedunt *l.q. id ꝙ d° donat l.tutor.ff.de fidejuſ.* Sed hęc facultas ꝓbandi p juramentum ineſt actioni reſpiciẽti cauſam, q̃ eſt, ut propter p̃ſtitam ſecuritatem cõſervet viatores indemnes, & ut publicæ utilitati cõſulatur. Ergó ſeq̃tur, ut ſecundũ naturã illius actus reguletur, adeó ut etiã ꝓbationes eodem modo admittantur, ſicuti natura illius actus hoc exigit *l. quidã cum filiũſ. de verb. obl.* Nã † promiſſio intelligitur facta ꝓut demonſtratur ex cauſa p̃cedente. *Et Bald.in l.1. C. ſi cert.pet.n.2.tradit.* Quod diſpoſitio porrigatur ad omnia ea q̃ illã cauſam contingunt. Sic etjã dicitur † pactum, ꝙ contractui incõtinenti 12
opponitur, pars ipſius cõtractus *l. ſi ſterilis §. ſi tibi de act.emt.l.fin.de cõtrah.emt.l.juris gentium §. ꝙ feré de pactis l.ſcire debemus: de verb. obl.* Atq; hanc ſententiã tenet *gloſ.in d.l.in act. de in lit. jur. et in l.bonæ fidei C.de reb.cred. Jacob.de Are.in l.ſi quãdo C. unde vi.* Atqui juramentum hoc in litem, de jure civili quidẽ obtinet: † de jure veró Saxonico, is q violentiam paſſus eſt admittitur, ut poſſit valorem ſuæ rei, & damni perpeſſi æſtimationem facere, & taxare. Quo facto reus ad æſtimationem factam condemnandus eſt, & damna taxata præſtare & perſolvere cogitur. Niſi ipſe reus proprio juramento damna diminuerit, ad quam diminutionem eſt admittendus: Sic traditum reperitur *in lib. 3.* Landtrecht *art. 47. & Chilian.*

König *in proceſſu Judic.cap.136.numer.4. cum ſeqq.* Et annotavit differ. *Juris Sax.87.part.2. & differ. 70.part.1.* Et hæc diſpoſitio Juris Saxonici fa-
15 vorabilis eſt. † Non enim ſolummodo locū habet quoad damna illata circa res, ſed etiam circa ipſas perſonas; nā ſi actor læſus vel vulneratus æſtimaret damnum, & operas amiſſas; tunc probata violentia, reus teneretur actori ſummam taxatam, quatenus eam juramento diminuere non poſſet, perſolvere. Itaque magis locum habebit, in caſu noſtro, ubi ſolúm rerum amiſſarum æſtimatio & reſtitutio petitur &c,

Pro contraria veró ſententia adducuntur.
16 Primó. Quia † juramentum in litem, ut habeat locum requiritur dolus, ita ut quis conveniatur ex proprio delicto & dolo, non ex dolo ſive delicto alterius *l.1.quando ex fact. tut. ſecund.Dyn.& Bart.* Ibi enim juramentum in litem non habet locum adverſus pupillū, conventum ex delicto, ſive dolo tutoris. Ex quo textu generaliter colligitur contra conventum ex dolo alterius non jurare in litem. Sic tenent *Jacob.de Butr.Cyn.Bartol.* & omnes *in l.ſi quando C unde vi:* Quæ ſententia adeó vera eſſe
17 exiſtimatur, ut † dolus in libello, de neceſſitate ſit exprimendus, alioquin juramentum in litem de jure non admittitur prout ſentit *Joan.Babt.Plott.in d.tract.de in litem jur.§.50. num.46.* cum ibi per eum alleg. *Steph. Bertrandus*

conſi.

Digitized by Google

conſi.136.num.2.part.6. Et † quod cōtra deprædantem admittatur juramentum in litem, illud eſt in ejus odium introductū *gloſſ. & Bart. in d.l.ſi quando C.unde vi.* Et quod ab ipſo delictum ſit perpetratum, ut ſic ex ipſo maleficio commiſſo ſit obligatus. Sed Dominus territorii, qui ad cuſtodiam loci obſtrictus eſt, tenetur duntaxat ex quaſi maleficio: Igitur cōtra eum probatio cum Sacramento in litem non erit admittenda, cùm non verſetur in dolo, ſed ſaltem † in culpa in omittendo, quę non ita aggravat, nec tale odiū inducit, quale culpa in cōmittendo *l.ex maleficiis §. his quoque de act. & obl. & Inſtit. de oblig. quæ ex q. de l.or.* confirmatur. Nam ſi ex ſtatuto pater teneatur pro filio delinquente, non tenebitur, ſi filius per contumaciam ſit proſcriptus. Nam † ſtatutum intelligendum eſt de eo, qui veré de crimine convictus eſt, non autem ficté. *Salicet. in d.l.ſi quando num.3.* 18 19 20

Secundó: dolus verus ita præciſé requiritu,;ut † non ſufficiat dolus præſumtus, ad hoc, ut contra aliquem locum habeat juramentum in litem *Jaſon.in d. l.ſi quādo C.unde vi. Joan. Andr.in addit.ad Specul. in titul. de raptor.circa princ.Felin.in c. ſi autem de reſcript. Cotta in memorab.in verb.juramentum.Plot.in d.trac.de in lit.jur.§. 50.num.29.* 21

Tertió, † in qualibet promiſſione, id intelligitur promiſſum ad quod de jure quis 22

tenebatur *l. cum de indebito de probat. l. iis cui §.*
23 *Flavius de ſolut.* Sed de jure cõmuni † qs nõ tenetur aliquid prȩſtare, niſi contra eum liquida ſit probatio, *l. 1. quando ex fact. tut. d. l. ſi quando C. unde vi ubi Cyn.* unde ſequitur qui emendationem damni in ſe ſuſcipit, de eo damno id accipiẽdum, ꝙ legitimis probationib. factis, poteſt doceri, ut ſecundúm jus cõmune ac-
24 cipiatur promiſſio. † Nec etiã eſt veriſimile, ꝙ quis obligando, pro alio ſe velit obligare pro indebito, cum nec in ꝓpria obligatione hoc præſumatur, idq; maximé, quando obligatio eſt pœnalis, & odioſa *l. 2 §. circa, de except. doli.*

Quartó confirmatur. Nam ſi hoc eſt in obligationib. principalib. multo magis in iis, q- bus quis pro alio ſe obligat. *l. & magis de ſo-*
25 *lut.* Atque hinc eſt, ꝙ etiam † hoc juramentum in litem, nõ habeat locum cõtra fidejuſſorem tutoris vel juratoris, q nõ fecit inventarium, vel alio modo dolum commiſerit, ex quo obligatus eſt, quãvis contra principalem id admittatur *l. 1. ubi Dd. de in lit. jur. l. 3. ubi Bart. & Dd. de fidejuſ. Boſſius tit. de Rapin.*

26 Quintó † verbum probationis, quando á lege vel ſtatuto profertur, non intelligitur de probatione ficta ſed de vera, *l. Lucius de condit. & demonſt. l. 1. §. ſi ea de ventr. in poſſ. mitt. l. 3. §. cauſæ, de arbitr. Bald. in c. 1. §. Item ſi vaſallus, de cõtroverſ. inveſt. et in c. ſi vaſallus, ſi de feud. fuer. controver.*

l. in

Digitized by Google

n bonæ fidei.C.de reb.cred.& Dec.in Rubr.de probat.
Probatio autem per juramentum eſt pro- 27
atio ficta *l.fin.§.in cõputatione, ubi Dd.de jure de-*
b. Ideoq; non cenſetur probaſſe, qui proba-
it per juramentum *d. l. publica Mævia.Depoſiti,*
bi gloſſ.l.cum de indebito de probat.Bald.in l.fin.C.de
'cund.nupt.Ludov.Rom. in l. non erit §. dato de jure-
:r. Canoniſtæ in c.2.ext.de probat. † Nec quoq; di- 28
:tur probatio per juramentum legitima *d. c.*
1.quod met.cauſ.l.ſemper §.fin.quod vi aut clam.
Sextó, † dubia probatio non relevat *c. in* 29
'æſentia de probat. Sed probatio per juramen-
.1m eſt dubia cũ ſubſit timor, ꝙ deprædatus
pe lucri maiorem quantitatem, juramento
t æſtimaturus quám veré fuerit. Igitur pro-
ˈatio ipſius damni veré, liquido & cõcluden-
er peragenda eſt. *Bart.in l.Divus de milit.teſt.* Et
ˈꝙ contra Dominum territorii, ſive civita- 30
em, villam vel caſtrum quãdo pro alio obli-
;antur, juramentum in litem non habeat lo-
ũ, cõmunis eſt recepta Interpretum ſenten-
ia, q̃ ſecuti fuerunt tam in lecturis & conſili-
s, quám etiã in cauſarũ deciſionibus, ſic etiã
:atervatim ſenſerunt *Bart. in l. nequid de incend.*
uin. naufr. ubi etiam Angel. & idem Bartol. in l. 1.
urt.adverſ.naut. caup.Bartol.poſt Dynum in d. l. 1.
Quando ex facto tutor. Bartol. in l. ſemper §. ex hoc
nterdicto quod vi aut clam. & in d. l. ſi quan-
lo. Ubi etiam *gloſſ. Angel. Joan. Fab. & Salic.*
t Jaſ. de communi ibi atteſtantur & Alberic

 aſſerit,

aſſerit, judiciorum uſum hanc opinionem approbare. Ac quod de facto ita obtinuerit idem tenet *Bald. in c. conventicula de pac. juramen. firm. Matth. de Affl. in §. illicitas eo. tit. & ſuper prima part. conſtit. regni. Rubr. 27. num. 54. Jacob. de Belviſo & Angel. in d. §. quoniam in Auth. ut nulli judic. Dd. in l. in actionib. de in lit. jur. ubi Jas. num. 34. in verſic. Septimò requiritur*, ubi dicit: *Quod quando villa tenetur pro Robaria alterius, tūc nunquam habeat locum juramentum in litem:* Sic etiā ſentiunt *Panorm. Berous & reliqui Canoniſtæ in c. 1. de reſtit. ſpol. & in d. c. fin. ubi Anton. de Butr. & Immol. quod met. cauſa.* ubi quoque de hac opinione, tanquam veriori & communiori fidem faciunt & *Dd. in d. l. admonendi de jurejur. ubi Curt. n. 215. & Cato Sacchus num. 54. Joan. Andr. in addit. ad ſpecul. de raptor. circa princip. & in tit. de fructibus & intereſſe. Hippol. de Marſiliis in l. de quæſtionib. Auguſt. in addit. ad Angel. de maleſic. in verb. nec non ad denunciationem num. 16. deciſ. conſi. 410. num. 13. & conſi. 83. & in Rubr. de probat. Grammat. ſuper conſtit. regni num. 16. & 39. Bertrand. conſ. 298. volum. 8. Jul. Clar. lib. 5. Senatus §. fin. quæſt. 82. ſub tit. de ſtatutis pœnal. in genere verſic. quæro nūquid ſtante hoc ſtatuto.* ubi quoq; de communi atteſtatur. *Com. conſi. 123. volum. 1. Gravetta conſil. 166.* Etſi abundè ſatis *Paris conſil. 158. num. 28. volum. 4. Barbat. conſi. 76. volu. 4. Cœpoll. conſi. 18. num. 24. Joan. Babt. Plot. de in lit. jur. §. 49. numer. 17. Andr. Gail. d. deciſ. 64. numer. 8. Joachim. Mynſing. obs. 71. cent. 5.* Et ex noſtris *Hieron.*

Schurf.

Schurf.d. conſ. 2.n.4. Joachim. á Beuſt. in d. tract. de jurejuran.nihil fol.36.num.170.& fol.292.num.184. Leges tamen, probationem hanc agentibus, aliquantum indulſerunt, ut non ita exacté eam exigant, & ideó poterit fieri per familiam, & per ſocios ſuos, qui alioqui ad probãdum non admitterentur. Item per conjecturas probabiles *Bart.in d.l.ſi quando num.4. Jas. n. 43.per text.in l.conſenſus C.de repud.l.de ſubmerſis & l.quoties C.de naufrag. lib.11.* Cúm igitur adverſus Dominum, civitatem & villam, juramento in litem locus non ſit, minus quoque locum ſibi vendicabit juramentum minorationis, quod in hujus locum de jure Saxonico ſucceſſit, quod æqué dolum & maleficiũ in perſona conventi requirit, prout fit in juramento in litem, cum † ſubrogatum ſapiat 31
naturam ſui ſubrogati *l.ſi dum §. qui injuriarum ſi quis caut.c. translato ext.de conſtitut. l.1. C. de noxal.act.§.fuerat.Inſtit. de action. c. recolentes de ſtatu Monach. gloſſ. in c. & temporis 16. quæſt. 1.l.4.§.ſi ex conventione de re judic. not. in c. hi qui de præbend.in 6.l.ſed etſi mente. De Precario. Berous conſi.51.volu.2.* Quibus ita fixis & ſtabilitis, nõ adverſantur, ea, quæ non pridem adeó pro contraria ſententia, primo & ſecundo loco fuerunt adducta. Et inprimis non facit *d.l.2.d.l.in actionib. de in lit.jur.cum aliis ibi allegatis.* Nam jura illa loquuntur in iis caſibus, ubi agitur contra ipſum delinquentem, qui veré delictum &

 violen-

violentiam commiſit, & q veré in dolo eſſe dicitur, pro ut ibi Dd. unanimiter cōcludunt & generaliter etiam ſtatuūt, quód ob levem ſive leviſſimam culpā, juramentū hoc nō de-
32 feratur. † Ubi quoque ex communi aſſerunt: Nec latam quidem ſufficere culpam ut *ex Decio ſub num. 17. in verſ. in gloſſ. culpam & conſi. 83. colligerere licet, et ex l. 2. ubi Bal. et Dd. C. de noxal. act.* Nec etiam concedimus, dolum tunc ſubeſſe dici, quando quis committit, quod alicui ex officii neceſſitate incumbit. Nam ex ſupradictis ſatis colligitur, culpam duntaxat ſubeſſe. Nec quoque ſola difficultas probationis, in conſideratione eſt ad hoc, ut juramentum in litem admittatur, ſed neceſſe eſt ut maleficium veré ſit ab eo perpetratum, cōtra quem jurandum eſt, & quod fuerit in dolo, q ſané hic ſubeſſe, dici neqt. Nec quoq; obſtat *text. in l. ne quid de incen. ruin. naufr. Intelligendo verbū teſtatori, de ſimplici atteſtatione damnū paſſi.* Nam expoſitio illa eſt contra *gloſ. ibi* quæ tamen á Dd. communiter eſt recepta, q ſcilicet probatio fieri debeat, teſtib. idoneis, ideóq; favor conſiderabilis non eſt, deficientib. iis, quæ de neceſſitate intervenire debent. Sic etiam pauló ante oſtenſum fuit, ex dolo præſumto juramentum in litem non deferri; & eſt ratio: ne duo ſpecialia concurrant. Nam ſpeciale eſt, ut actori credatur tanquam teſti in propria cauſa *contra l. nullus, de teſtib.* Item & ſecundum

Digitized by Google

dum ſpeciale erit in eo quod dolus præſumatur, contra *l. meritó C. pro ſocio. Bart. in d. l. tutor. qui repertorium, de admin. tut. Comēns. conſi. 81. vol. 4. Jaſ. conſ. 174. vol. 2.* Cúm igitur clariſs. Senatus hîc ſaltem obligetur ex quaſi delicto & quidem pro alio, qui maleficium & dolum veré commiſit, conſentaneum eſt, juramentum in litem in hoc caſu ceſſare. Nec quoque ſufficit dolus præſumtus, ut & pauló antea diximus. Multó minus huc pertinet, contra Dominum terræ, qui aliquem injuſté bannivit, & cujus bona ſunt ablata, juramentum in litem admitti. Nam Dominus qui aliquem injuſté bannivit, eſt in dolo, & metum fecit injuſté: Unde non mirum, quod de iis etiam teneatur, quæ ejus occaſione & culpa fuerint ablata *& c. fin. de his quæ met. cauſa*, locum habeat ut difficultati probationis ſubveniatur. Non obſtat *text. in l. alio jure cum gloſſ. ibi C. de in lit. jur.* q̄a gloſ. & Dd. admittunt hoc in tutore, ut juramentum ex levi culpa, contra tutorem admittatur, ſpecialiter eſſe receptum. Igitur jus commune erit in contrarium. Et ideo Salicet· titulum illum *C. de in litem jurãdo, poſitum eſſe in tractatum tutelarum ibi affirmat.* Minimé etiam tertió, impedimento eſt, de eo q̄ rem cuſtodire tenetur, ſi ea amittatur, contra eundem jurari in litem. Nam ſi conſtaret absque ejus dolo malo, rem eſſe amiſſam, quamvis in culpa

lata

lata levi vel leviſſima deprehendatur, non tamen juramentum in litem obtineret, ſed teſtibus res & rerum quantitas ac intereſſe probandum eſſet, prout ipſemet Corneus reſpondet *in d. conſi. 318. num. 8. per text. in d. l. in actionib. de in lit. jur.* Sed in propoſito ſatis conſtat res vi ablatas eſſe, non ex dolo ſive vero delicto Senatus clariſſimi, ſed potius omiſſionis culpa, & ex maleficio alterius. Igitur ad noſtrum propoſitum, illa objectio non recté accommodatur. Sicuti nec & id quod de valiſia apud hoſpitem, vel ciſta ſcholaris, quæ ad aſſervandum apud aliquem, clauſa & ſigillata fuerit depoſita, & diſſigillata ac aperta reddita, dictum fuit. Si enim conſtaret, id nō dolo, ſed culpa eſſe factum, juramento in li-
33 tem quoque locus non erit &c. Et † in hoc ipſo caſu, quoad juramentum in litem, contrarium tenet. Bart. qui hac in re ſibi ipſi obloquitur *in l. 1. §. 1. furt. adverſ. Naut. Caup.* Ea ratione: Nam *d. l. ſi quando & d. l. ſemper §. hoc interdicto*, loquuntur in eo, qui dolum commiſit; ſed quando non conſtat, utrum ipſe caupo fecerit, an veró alius & ſic manifeſtum nō ſit, utrúm ex facto ſuo, vel ex quaſi maleficio, propter factum alterius conveniatur, juramentum in litem non obtinebit, ſed probādum erit, quid fuerit in valiſia. Bart. tamen conſilium ibi addit, judicem debere tormētis ſubjicere familiares & alios qui fuerint in

domo

domo &procedere ſummatim ad indagandā veritatem *l.quoties & l. de ſubmerſis C. de naufrag.* Et dicit ſe ita in facto obſervaſſe Piſis. Idem *Bart.in l.1 §. ſi ciſta depoſi. Bald. in Rubr. C. depoſiti & in l.1.C.locati.Jaſon in d.l.ſi quando numer.48. & 49.* ubi dicit Bartolum hoc poſtremo caſu forté meliùs loqui.

Nihil quoque refragatur quartum, quód conventio aſſumat naturam actus, ſuper quo interponitur; nam cúm requiſita quæ juramentum in litem inducunt non interveniāt, inconveniens non eſt, ut & diſpoſitio veluti † ratione legis ceſſante, ceſſet & ipſa, quamvis ſit acceſſoria *gloſſ.& Bald.in l. eos C. de uſur. l. adigere §.quamvis de jur.patron.c.tutelas.ubi Bart.de capit.demin.Jacob.Phil.Port.conſi.65.num.35. Joan. Cephal.conſil.229.num.11.Alex.conſi. 123. volum. 5.* 34
Eadem etiam ſolutione tollitur quintum: Quando aliquid ineſt alicui actioni, quod habet reſpectum ad illius cauſam, non ſolúm ea venire, quæ directó & immediaté ab illa cauſa procedunt: ſed etiam ea quę occaſionaliter. Nam cúm ex diverſitate rationis cōtrarium ſuadeatur, mirum non eſt, quód † diverſa ratio, diverſum quoque jus conſtituat, *l.interpoſitas C.de tranſact. l.inter ſtipulantem §.Sacram. de verb. obl. l. fin. de ritu nupt.* † Nec etiam conventio ſolet recipere naturam actus odioſam, licet in locum ejus ſubrogetur, *l.item veniunt §.cum prædiximus de pedit. hered. notatur in* 35 36

l.cer-

l.certi condictio ſi cert.pet. Atque in pactis, in continenti adjectis, diverſa quoque militat ratio, quia illa contractum informant, ex diſpoſitione legis & contrahentes obligantur, prout conventum fuit, cum nihil ex requiſitis ibi deſit. Nos autem hìc verſamur ubi quis ex delicto alterius obligatur, dolo ceſſante, qui á lege neceſſarió requiritur, ad hoc ut juramentum in litem obtineat. Unde de uno ad aliud tanquam de ſeparatis non rectè infertur. Et quia ex jam dictis, deciſio hujus quæſtionis clara, manifeſta & cum cõmuni ſchola Interpretum conveniens eſt, ulterius hìc non inſiſtendum puto, ſed ad tertiam quoque quæſtionem progrediendum eſſe exiſtimo.

QUÆSTIO III. EIUSQUE RESOLUTIO ET DECISIO.

Num Adolphus VVeinhauſen ratione damni perpeſſi, poſſit *clariſs.* Senatum Lipſenſem convenire, adeó ut de ejus reparatione & reſtitutione d. Senatus teneatur.

SUMMA-

SVMMARIA.

1. *Damni cauſam qui dat, cenſetur ipſum damnum dediſſe.*
2. *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi non aliis imputandum.*
3. *Promittens aliquem non inquietare, intelligitur niſi fiat eius culpa.*
4. *Cauſam qui dat cauſæ, cenſetur etiam dediſſe cauſam cauſati.*
5. *De periculo obligatus intelligitur, niſi culpa adverſæ partis accidat.*
6. *Cauſa quod eſt cauſæ, cenſetur quoque eſſe cauſam cauſati.*
7. *Evictio non præſtatur emtori, quæ culpa eius accidit.*
8. *Victus etſi victori condemnetur in expenſis, intelligitur de iis quas victor ſine culpa ſua ſoluit.*
9. *Emphyteuſis non recuperatur ſi culpa Emphyteuticarii ſit amiſſa.*
10. *Poſſeſſio non reſtituitur ei, cuius culpa amittitur, unde Reg. Iuris, quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituen-*
11. *dus, limitatur, niſi culpa eius amittatur No. 11*
12. *Cauſam qui dedit repreſſaliis, tenetur ad damnum ſarciendum.*
13. *Conventicula de iure ſunt prohibita.*
14. *Quandoque puniuntur transgreſſores exilio, aliquãdo capite, aliquando etiam domus confiſcatur & destruitur in qua congregationes fiunt.*
15. *Propter illicita etiam interitus illicitus non curatur.*
16. *Domus poteſt deſtrui, ob contumaciam.*
17. *Domo deſtructa ob delictum, poteſt Reſpub. vendere aream Domino invito.*

18. Sub-

Digitized by Google

18. Subveniendum ei non eſt, qui ſe ultró in neceſſitatem conieceit.

19. Damnum quod quis patitur ab inimicis, cenſetur ſua culpa ſentire, ſic etiam:

20. Si ob eius odium.

21. Provocans qui aliquid committit excuſatur.

22. Opera malorum hominum utens, ſibi imputare debet, damno inde aliquo ſubſecuto.

23. Cauſa qualibet á delicto & dolo excuſat.

24. Nemini pœna infligenda absque delicto & dolo.

25. Hoſpes tenetur ad damnum ſarciendum quod viatoribus in ædibus datum eſt.

26. Vindicare ſe propria autoritate nemini eſt permittendum.

27. Nemo ſibiipſi ius dicere debet.

28. Incompatibilia ſunt, ſumere ſibi perſonam iudicis & partis.

29. Ordinem iuris omittens, præſumitur iniuſté procedere.

30. Ab executione non eſt incipiendum.

31. Poſſeſſio ſua nemini auferenda absque cauſæ cognitione & ne á iudice quidem.

32. Poſſeſſione privatus ante omnia reſtituendus.

33. Violentiam non excuſat autoritas iudicis.

34. Prædoni & iniuſté poſſidenti poſſeſſio non auferen-

25. da & ne reſcripto quidem principis n. 35.

36. Damnum illicité inferens, ad id ſarciendum tenetur.

37. Armorum delatio malum animum gerentis arguit.

38. Nemo prægravandus ex alterius facto.

39. Vis & ne Iudæis quidem inferenda eſt, multó minus Chriſtianis.

40. Afflicto non eſt addenda afflictio.

41. Magiſtratus tenetur defenſionem ſuorum ſubditorum.

42. Bellum poteſt indici, pro defenſione unius civis.

43. Do-

Digitized by Google

43. *Dominus tenetur ſubdito vices reddere, res & iura eius conſervare, ex officio.*

44. *Prohibere qui alium ab officio habet, id ipſi committi non debet.*

45. *Regum officium proprium eſt, facere iudiciū & iuſtitiam & liberare de manu calumniantiū oppreſſos.*

46. *Nemo ad delinquendum invitari debet.*

47. *Magiſtratus munus eſt, audaciam facinoroſorum reprimere & á novitatibus avertere.*

48. *Domus cuiusque ſua tutiſſimum refugium.*

49. *Conventicula, cauſa devotionis non ſunt improbata.*

50. *Præſumendum non eſt quem voluiſſe delinquere & ſibi ipſi damnum inferre.*

51. *Domus ubi debet deſtrui, autoritate Magiſtratus nō*
52. *privata fieri debet, & tali in caſu creditorum habenda eſt ratio.*

53. *Creditores publicis pœnis præferuntur.*

54. *Pro defenſione ſui & rerum ſuarum permittitur offendentem occidere.*

55. *Licitæ rei operam danti nihil poteſt imputari.*

56. *Pro defenſione licitum eſt amicos convocare: etiā*
57. *Quo ad poſſeſſionem, qua ſpoliatus quis eſt, recuperandam.*

58. *Iniuriam nemini facit qui iure ſuo utitur.*

59. *Licitæ rei operam dans, non cenſetur eſſe in dolo vel culpa.*

60. *Interpretatio regulæ qui cauſam damni dat, cenſetur ipſum damnum dediſſe. Quod non procedat occa-*
61. *ſione remota: Et quod neceſſe ſit cauſam eſſe ordinatam ad damnum.*

62. *De caſu fortuito ut quis teneatur, oportet ut culpa ad caſum ſit ordinata.*

63. *Cauſa in delictis ut excuſet, non is qui iniuriam paſſus eſt, ſed agens & inferens iniuriam inſpiciendus eſt an licité fecerit &c.*

Digitized by Google

IN hac tertia quæſtione quæritur: Numne Senatú clariſs. Lipſenſem, Adolph⁹ VVeinhauſen, ratione damni, ꝙ propter ædes expugnatas & dirutas, ac direptiones inde factas, fuit perpeſſus, convenire poſſit, adeó ut de ejus reparatione & reſtitutione tenatur. Et primo intuitu videbatur dicendum, nullam Adolpho actioné cõtra Senatum ampliſs. cõpetere, cúm ſit ju-
1 ris apertiſſimi, † eum qui cãm damni dat, céſeri ipſum damnum dediſſe *l. qui occidit §. in hac act. ad l. Aquil. l. nihil ad l. Cornel. de ſicar. l. 4. vi. bon. rapt. l. prætor. §. ſi cum ſervum eod. tit. gloſ. in c. placuit. 1. q. 9. c. de occidendis 23. q. 5. & c. cum homo 26. q. 6. c. ſtudeat 50. diſtinct. gloſ. in c. cum abſtineas. 26. q. 2. c. eſt injuſta 23. q. 4. c. de nuptiis 23. q. 5. Petr. Corn. conſi. 219. volum. 4. Marſi. Socin. conſi. 68. n. 147. volum. 3.*
2 *Henning. Gœden. conſi. 103. num. 33.* Quinimo † naturali ratione æquum eſſe cenſetur, ut damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non aliis imputetur. *c. qui damnum de Reg. Juris in 6. l. quod quis eod. tit. l. cum duobus §. fin. cum l. ſeq. Pro ſocio: ubi ſi ſocius damnum ſua culpa ſentit, ſibi & non conſocio imputandum eſt l. ſi ex duobus & l. cum duob. de noxal. l. qui patitur Mandati. l. rei communis nomine eod. tit. Grammat. deciſ. 71. numer. 10. Et traditur in l. inter coheredes §. quod ex facto ff. Famil. Et ciſ. c. l. qui foveas ad l. Aquil. Bartol. in l. ſi pignore de pignor. action. Roman. conſi. 475. numer. 2.*

Ang.

Digitized by Google

Angel. conſil. 329. numer. 3. Bolognin. conſi. 45. Et generaliter traditum reperitur: quoties quis ad damni emendationem teneatur, ſemper clauſulam illam ſub intelligi (niſi damnum paſſus, cauſum ipſius damni præſtiterit.) *Bartol. in d. l. 1. §. in ſumma de his qui dejec. vel eſfud.* ubi tradit dominum non teneri, ad reparationem damni, ei qui ivit per vias inſolitas quaſi ipſe in cauſa ſit damni accepti: prout etiam ſupra in prima quæſtione dictum fuit. Et docuit *Franciſc. de Capit. in d. conſi. 40. inter conſi. Laurent. Calcanei numer. 4. ubi in caſu ſtatuti; ſi communitas ad damni reparationem, ex incendio ſit obſtricta, intelligitur, niſi is, qui damnum accepit, cauſam dederit incendio, puta per familiam ſuam, vel alio quoque modo.*

Similiter † ſi quis promiſit, aliquem non inquietare, intelligitur, niſi fiat ejus culpa 3
l. venditores de verbor. obligat. Bald. in l. cum proponas numer. 1. de nautico fœn. Et huc optimé etiam facit, vulgata illa juris regula. † QUI DAT CAUSAM CAUSÆ, DICITUR QUOQUE DEDISSE CAUSAM CAUSATI. 4
not. in l. ex hoc jure de juſt. & jur. & l. manumiſſiones eod. titul. l. dotem de die de collat. Bon. l. quemadmodum de judic. l. ſi quæ armus de teſtament. l. licet C. de probat. c. etſi Clerici ext. de judic. Bald. in l. ex placito C. de rer. permut. Com. conſ. 144. Socin. conſ. 136. vol. 2. Hippol. Marſil. in l. ſi qs ne quæſt. n. 5. de quæſt. Eadem ex ratione id quoque pro-

 manat.

5 manat. Quod † ſi quis de periculo ſit obliga-
tus, id intelligatur, niſi culpa partis adverſæ
illud accidat *l.cum proponas C.de Naut.fœn. l. qui*
inſulam §.fin.locati Dd.in l.licet C.de locato & in l. ſi
merces §.culpæ ff.eod.& in c.ſi propter ſterilitatem ext.
eod. Alexand. conſi.84.lib.6.Socin.conſi.156.lib.2.Co-
men.conſ.103.lib.2.Rom.ſingul.29.Jacob.Philip.Port.
conſi.114.num.1. Eó etiam pertinet regula illa,
6 dum dicitur. † Quód eſt cauſa cauſæ, cenſe-
tur & cauſa eſſe cauſati *d.c.ſtudeat.50.diſt.c.fin.de*
injur.Barthol.Socin.conſi.156.num.19.volum.2. Sic
7 quoque † evictio non præſtatur emtori, quę
culpa ejus evenit *l.ſi ideo l.ſi dictum §.ſi cõpromi-*
ſero l.Herennius de evict.

Atque inde quoque & id derivatur, quod
8 † licet victus victori ſit condemnandus in ex-
penſis, non tenetur ad eas expenſas, quas ꝓ-
pria culpa victor ſolvit. *Matth.de Affl. deciſ.177.*
num.3.Proſper.Caravita conſi.116.numer.16.tom.2.
9 *int.conſi.crim.* Sic etiam † non recuperatur
emphyteuſis ſi culpa Emphyteuticarii ſit a-
miſſa *Chaſſan.in Rubr.11.§.ſans plus eſtre tenu num.*
1.& 2. Quibus ex cauſis & id efficitur quod
10 † ei qui facto & culpa ſua poſſeſſionem amit-
tit, reſtitutio non concedatur *Dd.in c.ſæpe de*
reſtit.ſpol.Socin.in l.rem quæ nobis numer.8.de acquir.
poſ.Abb.in c.accedens ut lite non conteſt.Brun.conſi.21.
num.2.& 3.Gratt.conſi.50.num.13.lib.1.Paris conſi.1.
num.164.lib.1.Socin.jun conſi.47.num.14.& conſi.
48.num.6.lib.2. Nevizan.conſi.79.numer.24.ruin.
conſi.

Digitized by Google

conſi.47.num.5.& conſi.49.num.9. Et ſané cauſa juſtior, ut quis de re ſua diſturbetur, non extabit illâ, quám quæ ex propria voluntate p-venit, ita ut de damno accepto, qui voluntatem ſuam accomodavit conqueri non poſſit. Ideoque regula illa (quód ſpoliatus ante o- 11
mnia ſit reſtituendus) ſibi locum non vẽdicat, quando ſpoliatus poſſeſſionem in adverſarium transtulit. *c.ſuper de renunc. Orian. in Rubr. de cauſ.poſſ.& propr. Jacob.de S. Georg. in l.ſi.de vi n.21.de judiciis.* Ex hoc quoq; fundamento fluit, quod is, qui dedit cauſam repſſaliis, ſive ſit communitas, ſive privatus, quiſpiam teneatur damnum paſſo omnia reſarcire incommoda. *Bart.in l. Neſennius de neg.geſt. Jaſ.in l.2.§.ult.de verb.obl.ubi quoque Ang.in §.ex his.Idem Jaſ.in l.qui ſi putabat de condict.cauſa data.Bald.in Auth.omnino C.ne uxor pro marito. Bart.in Auth.ut non ſinat pign.& in l.ſi veró §.cum autem de his qui dejec. vel effud.Angel.in l.fin.ſi ſam.furt.fec.dic. Guido Pap. deciſ.34.Franciſ.Marc.deciſ.359.part.1.Alex.conſ.49.num.6.vol.1. Petrus de Santern.in tract. de aſſecuratione & ſpons.mercat.part.4.num.34. Burſat.conſi.138.nu.64.Eman.Suarez.in recept.ſent.verb.repreſſaliæ num.52.& Vivius lib.2.com.opin.opin.35.Villalobos in verb. repreſſaliæ num.10. & Matthæus Gribald.*

Quod autem Adolphus cauſam huic damno præbuerit, ex eo ſatis apparet, quód diſputationes in religione excitaverit, atque

etiam conventicula celebraverit, ob quod odium vulgi in ſe concitaverit, atque cauſam huic damno, & malo ſubſecuto dederit. At
13 † in jure veritum eſt, ne privati conventicula exerceant §.*conventicula de pac.iuram.firm.* Et ſolent contrá facientibus imponi certæ pœnæ.
14 † Aliquando enim puniuntur pœna exilii, ut ſi fiant ad monopolium conſtituendum. *l. 1. C.de monop.* Aliquando pœna capitis, ut ſi inſtituantur ad ſeditionem, vel tumultum excitandum vel ad turbationem publici ſtatus *l. 1.& 2.C.de ſeditioſis l. denunciamus de his qui ad Eccleſ. confug.* Sic etiam confiſcatur domus, ubi fiunt illicitæ congregationes *l. conventicula C. de Epiſc.& Cler.d.l. denunciamus C. de his qui ad Eccleſ.confug.* imó deſtruenda eſt domus ejuſmodi *d.§.conventicula.* Cúm igitur Adolphus conventicula illicita celebraverit, conqueri ſané non poteſt, propter deſtructionem ędium & direptionem inde factã *Bart. in l. 1. C.de deſert. Bald.in l.cum proponas C.de naut.fœn.* ubi traditur
15 ꝙ † propter illicita etiam pereãt ea, quæ ſunt licita. Nam ibi confiſcantur cum continente contenta, & ſic conſequenter res, quæ in ædibus continentur. Ut ita ratione rerum inde ablatarũ, Adolpho nulla in juria facta eſſe cenſeatur. *Bal.poſt Dyn.in l.cũ amplius.§.fin.de leg. cũ l.ſeq.facit 1.ſi quis C.de curſ.publ.l. qui fiſcales C. de Navicul.lib.11.l.non ſolũ §.notionũ de excuſ. tut. l. eos §.fin.ad l.Cornel.de fals.et in Auth. de Cano. §.ſi quis autem.*

autē. Et cum generaliter traditum reperiatur † ꝓpter contumaciā poſſe deſtrui domos, ar- 16
bores, vineas ēt in cauſa civili *l. ſi is cum quo cō- mun. divid. ubi Bal.* multó magis eorum, ꝑ quos fuerit turbatus ſtatus publicus ſeditione excitata. Quinimó † ſi domus in illis caſib. eſt 17
diruta, p̄t Reſpub. vēdere aream invito Domino *l. fin. C. de jure Reipub. lib. 11. Alberic. de Roſat. in 1. part. ſtatut. q. 33.* Cúm̄ igitur ob hæc illicita, Adolphus in ſe odiū plebis concitaverit, non eſt, ꝙ de damno accepto conqueratur, cúm cauſam ejus dederit. Unde hoc malū & incōmodum perpeſſum, ſibiipſi & nō aliis aſſcribere & imputare dēt. † Nec ei ſubveniendū 18
eſt, ꝗ ſe ultró in neceſſiatē conjecit *l. Papinianus de minorib. c. intelleximus de judic. Abb. in c. 2. n. 7. de procurat. capit. deciſ. 123. n. 3.* Atq; huc pertinet, quód * damnum quod quis patitur ab 19
inimicis ꝓpriis, id ſua culpa pati intelligitur. *Bar. in d. l. ſi merces §. culpæ aūt locati l. pen. ſol. matr. l. damnum C. locati. §. ult. de act. emti.* * Sic quoque 20
cenſentur is damnū dediſſe ſi ob alicujus odium datum *ſit gl. & Bart. in §. culpæ & in l. cotem §. qui maximos de publ. Decius conſi. 25. Ruin. cōſi. 23. n. 5. & conſi. 65. num. 2. in fin. & conſi. 85. n. 10. lib. 1. Joan. Cepahl. conſi. 117. nu. 14.* prout in hoc propoſito id factum eſt. Quibus accedat & alia cauſa quam inhabitatores ædium dederunt, quód ſcilicet partem adverſam, ictibus aliquot bombardarum, graviter vulnerarint

Digitized by Google

atque inde eos, qui alioqui ira & odio flagrarent, magis magiſque inflammaverint, maxi-
21 méque provocaverint. † Qui autem provocatus aliquid committit de jure excuſatur. *l. ſi ex plagiis §. Tabernarius ubi Bar. ad l. Aquil. l. 1. §. cum arietes. Si quadrup. paup. fec. dic. l. quoniam multa facinora C. ad l. Jul. de vi publ. c. fin. ext. de jurejur. Aymō. Grau. conſi. 119. num. 11.* Quapropter, cúm damnum provocantibus non autem provocatis ſit imputandum, nō eſt ut ab aliis quis pe-
22 tat, quod ipſemet promeritus eſt. Et † imputet ſibi Adolphus, quod operâ malorum hominum in ſuis ædibus ſit uſus, per quos plebs fuerit concitata *l. fin. §. hac autem actione: Naut. Caup. Stab. Paris de put. in tract. de ſyndicatu in verb.*
23 *furtorum actio. num. 4.* Cúm ergo † quælibet cauſa á delicto ſeu dolo excuſet *gloſſ. in l. plagii C. ad l. Jul. de Plagiis. Dd. in l. 1. §. fin. ſi quis jus dic. non obt.* videtur ſané communitas ſatis excuſata, poſtquam fuerit ab Adolpho, & ejus defen-
24 ſoribus læſa & provocata. † Nemini enim pœna infligenda eſt abſque delicto vel dolo. *l. aliud eſt juris de verb. ſignifi. Comens conſi. 205. vol 2. Dec. conſi. 83. Marſil. conſi. 91. num. 14.* Conſequens igitur, modis omnibus videtur, ædium expugnatores, pœnam nullam promeritos eſſe. Nec etiam illos qui defenſionem ædium ſuſcipere detrectârunt, & ideó nec ad damnū reparandum poſſe urgeri, multó minus veró Senatum ampliſſimum, qui duntaxat, ſi alii obli-

obligarentur,in ſubſidium teneretur. Itaque Adolphus nõ ſolùm damnum, quod ipſe accepit, ſibi imputare debet, utpote qui ejus cauſam dederit,ſed & quod ſui hoſpites, hac occaſione perpeſſi ſunt,reſarcire tenetur.Cũ †quilibet hoſpes damnum,quod in diverſo- 25
rio viatoribus datum eſt, emendare & reſarcire teneatur *l.unic.furti adverſ. Naut. Caup.& in l.1. cum multis ſeq. Naut. Caup. Stab.* Atque inde quoque ſequitur, Huberum, cum fuerit ex diſputationibus habitis acriter offenſus,non adeó injuſté feciſſe,quód ſcholares & plebẽ excitaverit,ut ædes,quæ alioqui ex jam dictis cauſis pro publicatis habebantur deſtructæ atque expilatæ fuerint.

Pro contraria veró ſententia, quam-plurima poſſunt adduci. Primó † nemini per- 26
